



Compre April 9



AND THE PROPERTY OF THE PARTY O TRACTIONS. Court of many a second was to THE PERSON NAMED IN

dererhousiell adosipunt

A Thomas in the state

# ANALECTA HYMNICA

# MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

Clemens Blume and Guido M. Dreves.

XXVIII.

# HISTORIAE RHYTHMICAE.

# Liturgische Reimofficien

des

Mittelalters.

Siebente Folge.



O. R. Reisland. 1898.

# HISTORIAE RHYTHMICAE.

# Liturgische Reimofficien

des

# Mittelalters.

Siebente Folge.

Aus

# Handschriften und Wiegendrucken

herausgegeben

von

# Guido Maria Dreves

S. J.



Leipzig.
O. R. Reisland.
1898.



JUN - 8 1938

10808

teriorabre abily burn nothedosbroll

# VORWORT.

Mit dem vorliegenden Bande gelangen die Historiae rhythmicae, deren im ganzen etwas über 770 veröffentlicht worden, In den der sechsten Folge dieser Officien zum Abschluß. voraufgeschickten einleitenden Worten ist bereits auf eine Anzahl verlorener Reimofficien aufmerksam gemacht worden. Darüber, daß wir bei aller scheinbaren Reichhaltigkeit dieser Sammlungen doch nur einen Bruchteil des einstigen Bestandes an rhythmischen Officien kennen, belehrt uns in anschaulicher Weise eine kleine Handschrift des historischen Archivs der Stadt Köln. Ich habe auf dieselbe bereits im Vorworte zum XIII. Bande dieser Analekten aufmerksam gemacht und einige Bruchstücke aus derselben mitgeteilt. Es war mir aber bei meinem Aufenthalte in Köln mangels an Zeit nicht möglich, eine eingehendere Durchprüfung der Handschrift vorzunehmen. Nachdem ich dieselbe seither dank der zuvorkommenden Freundlichkeit der kölnischen Archiv-Direktion hier mit Musse durchzugehen in der Lage war, glaubte ich den Inhalt derselben, soweit er für die Kenntnis der Historiae rhythmicae von Belang ist, an diesem Orte mitteilen zu sollen.

Cod. Colonien. W. kl. 8° 28. ist ein cartaceus saec. 15. von 267 Bll. zu 145 × 105 mm. Derselbe stammt aus der Kölner Karthause und kann als ein Gebetbuch bezeichnet werden. Von fol. 1 a bis 51 a enthält derselbe verschiedene Gebete und Andachtsübungen, die uns hier nicht weiter interessieren. Mit fol. 51 a beginnt eine alte, bis fol. 244 fortlaufende Paginierung. Dies ist der für unseren Gegenstand wichtige Abschnitt, denn er enthält

eine Anzahl von Gebeten in Versen und Prosa auf die verschiedensten Feste des Herrn und der Heiligen, von denen der größte Teil Officien, vielfach rhythmischen, entnommen ist. Fol. 245 folgt dann ein alphabetisches Register, an welches sich eine Reihe nicht hierher gehöriger Nachträge schließen. Diese von fol. 51 a bis 244 a fortlaufenden rhythmischen und prosaischen Gebete sind aber weder alphabetisch noch chronologisch geordnet, wenigstens ist die kalendarische Anordnung nicht durchgeführt, da dieselbe, mehrfach beim Jahresschlusse angelangt, zum Januar zurückkehrt, und so mindestens drei Reihen kalendarisch geordneter Feste darstellt. Zu bemerken ist hier noch, daß alles, was hinter fol. 235 a liegt, späterer, von einer Hand des 15. Jahrh. geschriebener Nachtrag ist.

Inhaltlich erweist sich das, was zu den einzelnen Festen geboten wird, als sehr verschieden. Meist finden wir Bruchstücke von kirchlichen Officien, einzelne Antiphonen, Responsorien, Invitatorien, daneben aber auch Fragmente von Hymnen, Sequenzen, nicht-liturgischen Reimgebeten. Bei allen Festen wird mindestens ein Kirchengebet, eine Kollekte, oft mehr als eine Kollekte angeführt.

Ein vollständiges Inbaltsverzeichnis der Handschrift aufzunehmen und hier wiederzugeben, wie dies anfänglich in meiner Absicht lag, hätte zu viel Raum beansprucht; ich musste mich begnügen, alles das zu verzeichnen, was entweder sicher oder doch möglicherweise Bruchstück eines rhythmischen Officiums sein konnte. Wenn ich dabei unter Verweisung auf jene Bände der Analekta. in denen sie zum Abdrucke kamen, auch die bereits bekannten Reimofficien berücksichtigt habe, so geschah es, weil deren häufiges Auftreten in der Handschrift eine wesentliche Stütze der Vermutung ist, dass auch die unbekannten Bruchstücke ähnlichen Officien entlehnt seien. Diese im Anhange vorliegenden Bandes mitgeteilten Excerpte sind sodann, da in der Handschrift, wie bemerkt, keine Ordnung durchgeführt ist, in alphabetische Reihenfolge gebracht worden. In den Rahmen des Vorwortes selbst sie aufzunehmen, verbot deren Reichhaltigkeit und dementsprechender Umfang.

Fortgelassen habe ich aus diesen Excerpten alle Bruchstücke prosaischer Officien, deren Zahl begreiflicher Weise die der rhythmischen Historien noch übersteigt; alle Bruchstücke,

die sich mit Sicherheit als nicht aus Officien herrührend nachweisen lassen, weil sie Teile eines bekannten Hymnus, einer Sequenz, eines Reimgebetes sind; fortgeblieben ist endlich außer dem Hinweise auf die fast bei keinem Feste fehlende Kollekte die Erwähnung einer Sorte leoninischer Hexameter, die bei einer großen Anzahl von Festen auftreten, fast immer paarweise, rücksichtlich derer man sich aber sehr bald überzeugt, dass sie von einem Verfasser, wahrscheinlich einem Kölner, vielleicht dem Veranstalter der Sammlung selbst, herrühren und keineswegs liturgisch sind. Dieselben sind zum Überflusse in der Handschrift zwar nicht immer, aber durchgängig durch rote Unterstreichung ausgezeichnet. Ein anderes Beweismoment liegt darin, daß, wo die Bruchstücke der Handschrift im übrigen einem bekannten Officium entlehnt sind, diese Leonini niemals einen Teil der betreffenden Historia bilden. Einige Beispiele mögen genügen, einen Begriff von diesen Versen zu geben:

> Martyr et antistes precibus succurito Blasi, Ne pereant tristes vitae de codice rasi. Sancti sutores Crispinus, Crispinianus Nos doceant mores, quibus alta poli capiamus. Oret praegratus Domino Petrus cathedratus, Ne reprimens noxa spoliet nos perpete doxa.

Dass diese Verse nicht liturgisch sind, zeigt am deutlichsten der Umstand, dass unter ihnen solche sich finden, die in der nicht-liturgischen Einzahl reden, z. B.:

> Nos Timothee rege vera sub apostolo lege, Martyr adesto meae clemens animae Timothee.

Den Verfasser dieser Leonini halte ich für einen Kölner, weil spezifisch kölnische Lokalfeste mit ihnen verbrämt sind. So heißt es z. B. fol. 143 a: Translatio capitum Felicis et Adaucti Coloniae ad Apostolos, 4. Martii, wozu die Verse:

Obtineant precibus sanctus Felix et Adauctus, Ut per nos numerus sanctorum fiat adauctus.

Sum dictus Felix, cole me, si vis fore felix, Augeo res auctus, quia sum vocitatus Adauctus.

Staunenswert ist, wie ein Bewohner der stillen Karthause im 15. Jahrhundert eine Sammlung wie die uns beschäftigende zustande bringen konnte, in der er so weit zerstreutes, schwer zu erreichendes Material zu vereinigen wußte. Entweder besaß die Kölner Karthause in ihrer Bücherei eine Sammlung fremder und seltener Breviere, wie sie heute keine öffentliche Bibliothek mehr kennt, oder aber er erhielt, und dies ist glaublicher, sein Material von Ordensgenossen oder Freunden aus Deutschland, Frankreich, England, Italien zugesandt. Von einer ganzen Reihe von Reimofficien hätten wir keine Kenntnis ohne die Bruchstücke, die dieser fleißige Sammler uns gerettet hat.

Wien, den 18. Juni 1897.

Guido Maria Dreves.

# HISTORIAE RHYTHMICAE.

SERIES SEPTIMA.

BQ 5253 .A5 v.28

# HISTORIAE BHYTILMICAE

#### 1. De sancta Margareta.

# In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. O sidus angelicum,
Virgo Margareta,
Audi sonum mellicum,
Quem plebs canit laeta;
Quae draconis uterum
Signo crucis Christi
Assistente superum
Coetu confregisti,
Impetra solacium
Reis desolatis,
Ut caeli palatium
Dimissis peccatis
Scandentes in gloria
Vivamus per saecula.

# Ad Magnificat.

A. Fidelis turba, propere Regem festina cernere Pacificum Salomona, Sertatum matris corona; Super Cherubim residet, Infima qui cuncta videt, In throno sedet gloriae, Quem dulces stipant filiae, Sion adulescentulae, Hierusalem iuvenculae, Quae castitatis lilia Rosarumque martyria Sponso portant in canistris. O quid suavius his sistris? Inter quas, en, luce laeta Ardens stella, Margareta, Pro nobis regem virginum Ora, precamur, Dominum.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem regum veneremur, Ipsi semper modulemur, Ut Margaretae sociemur.

# In 1. Nocturno. Antiphonae.

- 1. Domine Dominus noster,
  Cuius fulget nomen mire,
  Dum ex vasis trahis irae
  Vas honoris Margaretam,
  Per quam superas athletam,
  Inimicum et ultorem.
- Caeli enarrant gloriam Dei, Cuius fide praesignita Margareta margarita Olybrium superavit, Regem Christum dum amavit Super mel et favum
- 3. Domini est terra,
  Margaretam qui in montem
  Sanctum ducens illi fontem
  Dat caelestis disciplinae,
  Hanc qui petet sine fine,
  Ipse est rex gloriae.

# Responsoria.

- 1. Gaude, mater ecclesia,
  Quam illustrant sollemnia
  Margaretae celebria,
  Cuius praeclaro sanguine
  Pro Christi fuso nomine
  Aeterna stat memoria.
- V. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate.

- 2. Cum nutricis oves pavit,
  Praeses hanc videns amavit
  Impulsans minis, precibus,
  Sed illa tamquam stercora
  Mundi reputans decora
  Adhaeret Christi legibus.
- V. Lex Domini immaculata, convertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis.
- 3. Tristatus draco territat Margaretam, dum flagitat Hostis videre faciem, Qui deglutivit tremulam, Sed salvat Christi famulam Crux huius signans aciem.
- V. Aperuit super eam os suum sieut leo rapiens et rugiens.

#### In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Fructavit cor tuum verbum bonum,
  Christi virgo Margareta,
  Dum virtutum fructu feta
  Dilexisti iustitiam,
  Consecuta laetitiam
  Et domum patris tui.
- 2. Deus noster refugium,
  Arma, scutum qui confregit
  Et in nihilum redegit
  Crudelis hostis iaculum,
  Ut faciat tabernaculum
  Suum altissimus.
- 3. Fundamenta eius
  Posuit in suis sanctis,
  [Montibus] quam fulsit tantis
  Columnis rex noster David,
  Sanguine suo fundavit
  Eam altissimus.

#### Responsoria.

- 1. Educta praeses virgine
  Rursus novo certamine
  Vult sanctam mentem frangere,
  Dum lampades ad latera
  Succendit, sed haec aspera
  Tormenta vicit prospera.
- V. Igne eam Dominus examinavit, et non est inventa in ea iniquitas.
- 2. Post haec undis immergitur,
  Motu terra concutitur,
  Dissolvuntur vincula,
  Currentis ad spectaculum
  Gentis ad hoc miraculum
  Credunt quina milia,
  Qui pro Christo decollati
  Sanguineque baptizati
  Capiunt caelestia.
- V. Posuerunt mortalia servorum tuorum escas volatilibus caeli, carnes sanctorum tuorum bestiis terrae.
- 3. O vere caelestis regis
  Prolem non degenerem,
  Decollanda cuius legis
  Se designat memorem,
  Dum preci dato spatio
  Orat pro persecutore
  Et sui memoriam
  Agente, dehinc fuso rore
  Sanguinis ad gloriam
  Tendit caesa gladio,
- V. Quam ingreditur sine macula operata iustitiam.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

Cantate Domino,
 Orbem terrae qui correxit,
 Margaretam dum provexit,
 Ut gentium daemonia
 Damnet; Deo sit gloria
 In sanctificatione eius.

- 2. Dominus regnavit,
  Et exsultet ecclesia,
  Dum Margareta tenera
  Adorantes sculptilia
  Voce damnat libera
  In simulacris suis.
- 3. Cantate Domino,
  Qui recordans veritatis
  Salutare missum gratis
  Revelat per Margaretam,
  Quam fortem stupent athletam
  Omnes termini terrae.

#### Responsoria.

- 1. Virgo sancta Dei Margareta dum nutricis Suae pascebat oves, Olybrius transiens Dixit ministris suis: Adducite mihi illam, Erit mihi concubina;
- V. Si est libera, accipiam eam in uxorem, si autem servilis dato pretio.
- 2. O crux sancta mirabilis,
  Cuius vis est terribilis
  Daemoniorum agmini,
  Per quam victrix Margareta,
  Draconem dum scidit, laeta
  Collaudat nomen Domini.
- V. In te inimicos nostros ventilabimus cornu et in nomine tuo spernamus insurgentes in nobis.
- 3. Spretis illecebris,
  o Margareta celebris,
  Iam toto mundo
  vitii nos solve profundo,
- V. Nos coniunge Deo, martyr praeclara trophaeo.

# In Laudibus.

# Antiphonae.

1. Olybrius praeses viam
Dum versus Antiochiam
Fecit, habebat obviam
Christi sponsam Margaretam.

- 2. Cuius illi decens decor Amore perurens iecor Cogit, ut hanc sponsam quaerat, Quae se Christo iam voverat.
- 3. Nuntiis sic dixit: Ite
  Et de puella quaerite,
  De statu, secta discite,
  Ut sponsa sit, adducite.
- 4. Legati iussa perferunt, Sed de consensu virginis Responsa cassa referunt, Quam vinxit amor numinis.
- 5. Hinc ut aurum in fornace Probatur, cum non vivace Poena virgo concutitur Nec praemiis allicitur.

#### Ad Benedictus.

A. O Christi sponsam vigilem, O Margaretam nobilem, Dum sponsus noctis medio Venit clamore praevio, In vase ferens oleum Suscepit Dominum Deum.

# In 2. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Ave, praeclarissima
Virgo Margareta,
Quae vicisti daemonem.
In carcere latentem
Et praefectum Olybrium
Crudeliter tonantem;
O patrona splendida,
Castitate candida,
Theodosí filia,
Tua prece nos adiuva,
Ut post haec exsilia
Tecum simus in gloria.

# Ad Magnificat.

A. O benigna Margareta, Christi martyr et athleta, Hoste victo, morte spreta Regnans iam triumpho laeta, Deprecamur, mala veta, Et cum vitae venit meta, Fac nos frui sede quieta.

Brev. ms. Monasteriense saec. 15. Cod. Monasterien. 201 (204) A.—Antiph. ms. Lubicense saec. 15. Cod. Lubicen. s. n. B.— Noct. 2 und 3 bis zum R 3 der letzteren fehlen B, der zwei Blätter ausgerissen sind.—In 2. Vesp. Nichts B.— Hymnen in A: Pange lingua Margaretae (Anal. XXIII, Nr. 407) und Adeste turbae virginum (Anal. IV, 202).

# 2. De sancta Margareta.

#### In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Hodie virgo pretiosa Et speciosa Mira victoria Mundi devicta gloria, Carne et spiritu casta Caelestem ingreditur Gloriam et laude digna Suscipitur A virginum sponso, Cum quo cocco Rubens martyrum Et lilio virginum Candida, Gemina mercede pollens, Suis subveniat Dilectoribus Et pro nobis memor sit Peccatoribus.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Auctorem vitae
Christum laudare venite
Et Margaretae
festive festa tenete.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

 Saecula laeta colant praesentis festa diei, Margareta sui quae sacrat honore tropaei.

- Ritu gentili
   decepta statu puerili
   Idola confregit,
   postquam tria lustra peregit.
- 3. Cordeque non sicco tenebrarum rege relicto Lucis in auctorem totum committit amorem.

Responsoria.

- Ecce, triumphalis
   lux [advenit] specialis,
   Festum praeclarum,
   tempus quoque laetitiarum,
   Plaude, chorus, plaude,
   festiva consona laude,
- V. Virginis in festo solito iucundior esto, Collaudansque Deum, meruit quo dante tropaeum.
- 2. Sicut spina rosam
  et florem gignit odorum,
  Sic hanc praepositus
  generavit daemoniorum,
  Sed virgo sapiens
  aras evertit eorum;
- V. Haec Christum confessa Deum, dominum dominorum, Cultu surdorum non est polluta deorum.
  - 3. Dum pia simplicitas
    pecori serviret alendo,
    Hanc videt Olybrius
    praefectus amatque videndo,
    Haec hominem renuit
    hominemque Deumque sequendo;

V. Nunc placido levis, nunc intonat ore tremendo.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Hostis ad haec saevit,
  sed non tamen illa quievit,
  Immo fide crevit,
  cum verbis vulnera sprevit.
- Nullum poenarum
   reputat discrimen amarum,
   Sic habet inflexum
   cor vincens femina sexum.
- 3. Dum nec tormentis
  cedit constantia mentis,
  Nec blandimentis
  nimiumque diu [que] petentis,
  Carceris horrentis
  pocnas parat ira furentis.

#### Responsoria.

- 1. Postea lux fulsit,
  de poena carceris exit,
  Nec timor urget eam,
  quam Christi gratia rexit,
  Temptans praefectus
  fidei pervertere pectus,
  Christum spernendum
  docet esse Iovemque colendum;
- V. O rabies grandis,
  diis immolat iste nefandis,
  Surdis et mutis,
  medicum spernendo salutis.
- 2. Virgo respondens
  probat idola vana cremari
  Et Christum solum
  Dominum Deumque vocari,
  Sed docet hunc colere,
  laudare, sequi, venerari,
- V. Per quem clarescit,
  solem stellasque creari,
  Sanguine qui proprio
  mundum voluit reparari.

- 3. Hinc motus gravius
  iubet illam carcere claudi,
  Illa vacat precibus
  divinae dedita laudi,
- V. Invidet hostis ei, commiscens proelia fraudi.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Hanc draco consurgens
   parat absorbere crepatque
   Per medium, sicut Christus eam
   servatque iuvatque.
- 2. Induit Aethiopis
  formam deformis imago,
  Pandens quo noceat,
  pandentem sancta virago
  Arripit, arreptum
  [rapuit] in ima vorago.
- 3. Quo magis atteritur,
  maiori fervet amore,
  Christus ei semper
  in pectore, semper in ore.

# Responsoria.

- 1. Carcere detracta
  stat nullo turbine fracta,
  Lampas utrumque latus
  varios coquit in cruciatus,
  Ignibus assata,
  sed virtus igne probata,
  Flumine iactatur,
  qua baptizata novatur;
- V. Angelus e caelis,
  custos bonus atque fidelis,
  Nullis tormentis
  frangi sinit integra mentis.
- 2. Praeses turbatur
  victus, licet insaniatur,
  Impatiens irae
  iubet hanc mucrone ferire,
  Sed formidata
  non est sententia lata;

V. Impetrat orandi spatium Christumque precandi

Et prece finita finitur cum prece vita.

3. Digna petunt castra,
tumulum caro, spiritus astra,
Ad tumulum cuius
orbis pars confluit huius
V. Munera comportans.

#### In Laudibus.

Antiphonae.

Dum partu gravidas
 pariendi causa molestat,
 Cumque nihil nisi mors
 et desperatio restat,
 Haec virgo dat opem,
 fera levat, gaudia praestat.

2. Exitus ostendit,
quod ei qui munera pandit
Lumina mittendo
vel limina sacra terendo,
Crescit in optatis
cum summa prosperitatis.

 Quae cupis esse parens, quamvis sis funditus arens, Hanc si corde colis, dabitur tibi gratia prolis.

4. Hanc cole ferventer,
res est experta frequenter,
Voto gaudebis,
requiem post fata tenebis.

Huius opem pulsa,
 Nec erit tibi lata repulsa,
 Si bene iurasti
 culpas, quas flendo piasti.

#### Ad Benedictus.

A. Tu quae calcasti,
superasti, praecipitasti
Serpentem, mentem
vacuam, virtutis egentem
In Christo funda,
fecunda, corrige, munda;
Tu spes lapsorum,
via morum spesque reorum,
Erige labentes,
rege mentes, suscipe flentes.

# In 2. Vesperis.

R. Morte triumphata
iam vivit virgo beata,
Pro vita spreta
vita gaudet sine meta,
Felix contractus,
Deus est in praemia factus;
V. Portans pro capite

V. Portans pro capite
caput in discrimina vitae,
Dum decollatur,
post haec diadema lucratur.

# Ad Magnificat.

A. Sidus honestatis,
gratis fer opem bonitatis,
Stella poli splendorque soli,
contemnere noli
Precantes ad te,
clamantes ad te, venerantes,
Laudes exiles,
humiles non sint tibi viles,
Hoc festo praesto
tua festa colentibus esto.

Brev. ms. S. Mariae Trimmen. saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinen. B 3. 12. — In 1. Noct. A 1, 1 Secunda laeta. — R 1, 10 meruit quondam trophaeum. — R 2, 1 spina rorans. — R 3, 2 pectori. — R 3, 4 vivendo. — Vor R 3, 7 sq. scheint ein Vers ausgefallen zu sein. — In 2. Noct. A 1, 2 sed non tam illa. — A 3, 6 fluentis. — R 1, 9 Orabiles grandis. — R 3, 1 Huic motus. — R 3, 4 debita. — In 3. Noct. A 2, 5 Atripit. — A 2, 6 invina. — R 1, 2 facta. — R 1, 4 verios quoquid. — R 3, 5 scheint ein halber Vers zu fehlen. — In Laud. A 5, 2 tibi fata. — Ad Bened. A, 3 sq. vacuam mentem. — In 2. Vesp. R, 8 caput indisimina.

# 3. De sancta Margareta.

# In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. O Margareta,
caelorum virgo secreta
Iam conscendisti,
suavissima victima Christi,
Ora pro nobis,
virtus quo crescat amoris.

#### Ad Magnificat.

A. Magnificemus Dominum,
Salvatorem omnium,
In spiritu exsultantes
Et festum celebrantes
Beatae Margaretae,
Ancillae humilis suae,
Nos ut eiusdem precibus
Criminum expurgemur faecibus.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Auctorem vitae, Christum laudare venite, Cui Margareta conregnat in aethere laeta.

# In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Haec virgo praedicans nomen tuum, Christe bone, A te meruit coronari gloria et honore.
- 2. Testimonium Domini fidele, Sapientiam praestitit parvulae, Hostis ideo saevissimus Non dominatus est eius.
- 3. Innocentiam retinens
  Mundumque cor diligens
  Per poenas temporales
  Portas introivit aeternales.
  Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

Responsoria.

- 1. Felix igitur Margareta,
  Sacrilego sanguine progenita,
  Fidem, quam spiritu
  sancto percepit,
  Vitiorum maculis
  non infecit:
- V. Ibat de virtute in virtutem Ardenter sitiens animae salutem.
- Haec modica
   quidem in malitia,
   Sed mire vigens
   pudicitia,
   Praeventa gratia redemptoris
   Oviculas pascebat nutricis.
- V. Simplex fuit ut columba, Quemadmodum serpens astuta.
- Quadam die Olybrius,
   Molestus Deo et hominibus,
   Dum transiens visum
   in illam sparsit,
   Mox in concupiscentia
   eius exarsit;
- V. Erat enim
  nimium formosa,
  In vultu scilicet
  floruit ut rosa.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- Desiderans speciem eius Benedixit eam Deus, Trahens illam ad se In laetitia et exsultatione.
- Virtutum Dominus
   Susceptor illius,
   Arcum potentis confregit,
   Qui carnaliter eam occidit.

In medio templi
 regis sempiternam
 Misericordiam suscepit,
 Qua iugiter gaudebit.

#### Responsoria.

- Misit protinus clientes
   Ad inquirendos
   eius parentes,
   Ut, si libera probaretur,
   In coniugium
   sibi copularetur.
- V. Sed hanc qui desponsaverat, Non ita praeordinaverat.
- Cum tyrannus intellexit,
   Quod eum virgo despexit,
   Iussit eandem iratus
   Suis praesentari tribunalibus,
- V. Quam sperans
  puellarum more
  Minis flecti
  subiuncto terrore.
- Virgo veneranda
   In magna stans constantia
   Verba contempsit iudicis,
   Nil cogitans de rebus lubrícis;
- V. Caelestis praemii spe gaudens In tribulatione erat patiens.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

- Dicta sunt gloriosa
   De te, virgo speciosa,
   Sis memor hinc nostri,
   Devotos quos tibi nosti.
- In populis annuntiemus Mirabilia, quae fecit Deus Hac in beata virgine, Quia vixit absque crimine.
- 3. Tubis in ductilibus
  Psallat omnis spiritus
  Iudicaturo cuncta saecula,
  In quo iam exsultat
  Haec agni pedissequa.

#### Responsoria.

- 1. Post carceris squalorem Carnisque macerationem Christi dilecta tenebrosis Denuo recluditur in locis,
- V. Nomen Domini laudare Non desinens et glorificare.
- 2. Sancta martyre
  Precatibus instante
  Draco foetore
  plenus apparuit,
  Qui hanc invadens
  totam absorbuit,
- V. Quem per medium signo crucis discidit Et de utero eius illaesa exivit.
- 3. Fortis agonista
  secum meditatur ut ista,
  Astitit, exorat,
  daemon sua crimina prodat,
  Cogitur afflictus,
  discedit denique victus,
- V. Fratrem truncatum dolet ac sese superatum.

# In Laudibus.

# Antiphonae.

- Martyr insignis Margareta Iuxta praefecti decreta Ocius carceri subtrahitur Eiusque conspectibus sistitur.
- Cumque nullis blanditiis
   Ad consensum
   molliretur iudicis,
   Furore nimio inflammatus
   Praecepit eam
   accendi lampadibus.
- 3. Ministri statim tenellae Corpus comburebant puellae, Sed haec oratione facta Igne permansit intacta.

- 4. Vas immensum aqua plenum Praeses imperat afferri Et in illud virginem Ligatam demergi.
- 5. Laudabilis Dominus
  In suis virtutibus
  Vincula manuum relaxavit
  Suamque famulam
  de morte liberavit.
  Ad Benedictus.
- A. Videntes haec mirabilia
  Baptizati sunt quinque milia,
  Quos capite plecti censuit
  Ira praefecti, quibus est addicta
  Christi testis invicta
  Benedicens Deum deorum
  In saecula saeculorum.

In 2. Vesperis.

Antiphonae.

A. Sanctum nomen Domini
Magnificent omnes populi,
Qui Margaretae
Fusa ad Deum
ultima prece
Promisit se daturum
Vitae praemia
Eius digne
colentibus sollemnia,
Quorum nos consortes
In dilectione fortes
Faciat ad suam laudem
Per infinita saecula.

Antiph. ms. S. Petri de Sudrio saec. 11/12. Cod. Oxonien. Miscell. Liturg. 202. A. — Brev. ms. Admontense anni 1180. Cod. Admonten. 18. B. — Brev. ms. Traiectense saec. 13. in. Cod. Mus. Germ. 22923. C. — Diurn. ms. Monasticum saec. 13. Cod. Pragen. VI E 13. D. - Brev. ms Constantiense anni 1301. Cod. Engelbergen. 115. E. - Brev. ms. Raigradense anui 1313. Cod. Raigraden. B II α 18. F. — Brev. ms. Teplense anni 1353. Cod. Pragen. VII F 23. G. - Brev. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Palat. Vindobonen. 1891. H. -- Brev. ms. Waradinense anni 1460. Cod. Vatican. 8247. I. — Brev. ms. S. Floriani saec. 15. Cod. S. Floriani XI 487. J. — Brev. ms. Plagense saec. 15. Cod. Plagen. (memb. 12°) s. n. K. — Brev. ms. Frideslariense saec. 14. Cod. Casselan. Fol. 146. L. - Brev. ms. Praedicatt. Wirceburgen. saec. 15. Cod. Darmstadien. 1813. M. — Antiph. ms. Rasdorfense saec. 15. Cod. Fulden. Aa 55. N. — Brev. ms. Praedicatt. Meten. saec. 15. Cod. Univ. Bononien. 2865. O. — Brev. ms. Frisingense saec. 15. Cod. Mutinen. X H 1. P. - Brev. ms. Constantiense saec. 15. Cod. Eremiten. 80. Q. — Noct. ms. Feyenbacense saec. 15. Cod. Eremiten. 614. R. — Brev. ms. Veteris Capellae Ratisbonen. 1988. saec. 15. S. — Brev. ms. Eistettense saec. 15. Cod. Eistetten. 2º 122. T. — Brev. ms. Pragense saec. 15. Cod. Vatican. 4751. U. — Antiph. ms. Beronense saec. 16. in. Cod. Eremiten. 729. V. - Antiph. ms. Rhenoviense anni 1519. Cod. Turicen. Rh. 3. W. — Brev. Wratislaviense imp. s. l. et a. X. — Viaticus Wratislavien. imp. Venetiis 1499. Y. - Brev. Eistettense imp. Eistett 1484. Z.

Im Texte ist die üblichste Form beibehalten, obschon die älteste der angeführten Quellen A in einigen Punkten abweicht. Sie beginnt in 1. Vesp. mit der A ad Magnif:

Adest sollemnitas sacratissima,
Dies arridet iucundissima,
In qua gloriosa
Virgo Margarita,
Per martyrii pressura[m]
Expolita,
Pretiosa
Caelesti(s) structurae
Super addita est margareta [sic],

Cuius nunc unanimes Insistentes laudibus, Ut pro nostris reatibus Interveniat, quaesumus.

#### Andere Quellen (z. B. G H K) haben in der Vesp. 5 AA super Ps:

- Psallat mater ecclesia Dulci cum symphonia Recensendo celebria Margaretae sollemnia
- Haee quasi foetorem
   Christi flagrans per amorem
   Sic mundi florem,
   mundi quoque spernit honorem.
- 3. Per virtutum incrementa Carnis horret blandimenta, Servans fidem Christo soli, Laeta scandit arcem poli.
- O flos virens inter paradisi lilia, Margareta, virgo pia, veri solis filia.
- 5. Plaudat Sion filia
  Laudum cum canore,
  Assunt nunc sollemnia
  Virginis decorae,
  Margaretae, sponsae Christi,
  Quae suo cruore
  Lota felix in caelesti
  Gaudet iam decore;
  Cuius, Christe, sancta prece
  Purgans a peccate faece
  Iunge nos caelestibus.

In Laud. AA super Ps. folgen sich in A 1, 2, 4, 5; A 3 fehlt, dafür an letzter (5.) Stelle: O Margareta, coelorum virgo secreta etc. — Ad Bened. A Sanctum Domini etc. A. — In 2. Vesp. ad Magn. A Magnificemus Dominum etc., vgl. in 1. Vesp.

# 4. De sancta Margareta.

# In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Summi regis ad honorem Laetetur ecclesia Celebrando Margaretae Virginis sollemnia.
- Quae de stirpe procreata Praeclara gentilium,
   Vana sprevit fide rata Deum colens omnium.
- 3. Mox ex alvo matris nata Nutrici committitur, Cuius curis educata Matre destituitur.
- 4. In primaeva iam actate Florens Deum coluit,

Cuius fervens caritate Vana mundi rapuit.

- Nostrae semper sit salutis Margareta informatrix, Nos ad Dei ferens laudem Ut filia Hierusalem.
- R. Virgo prudens et formosa
  Parenti fit odiosa,
  Dum diis cultum denegat,
  Sed per fidem generosa
  Summo fit electa rosa
  Patri, quem dilexerat,
- V. Corde puro menteque sedula Deum verum colit orphanula.

#### Ad Magnificat.

O iubar ecclesiae,
Lux serena virginum,
Decus Antiochiae,
Lucerna gentilium,
Vexillum victoriae,
Columna debilium,
Funde preces hodie
Pro nobis ad Dominum.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Ad lumen vitae cuncti vigilando venite, Virginis ut festo iubiletur gloria Christo.

#### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Festum sponsae generosae, Festum plenum gaudio Sponsae Christi speciosae Summo colant studio.
- 2. Haec in annis regnum mundi Spernens puerilibus Non timebat saevis tundi Pro Christo verberibus.
- 3. Hanc ob miram diligenti
  Cura pulchritudinem
  Nutrix servat, dum orbatam
  Matre cernit virginem.

# Responsoria.

1. Tyrannorum
praefectus impius,
Nomen Christi
studens Olybrius
Delere citius,
venit ab Asia
Antiochiam,
fervens invidia;

V. Vicina transiens
per loca virginem
Pascentem conspicit
oves praenobilem.

Margaretae contemplatus
 Miram pulchritudinem,
 Mox ardescit profanatus
 In illius speciem,
 Servos mittit et precatur
 Verbis blandis virginem;

V. Promittit varia, sed et amabilem Sibi coniungere spondet in coniugem.

3. Contemnit impium
puella tenera,
Nec mulcent mitia,
nec terrent aspera,
Constantis animi
nam inter verbera
Dilectum baiulat,
quem colunt aethera;

V. Fide firma

perstat immobilis,

Deridens minas

scelesti iudicis.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- Oves pascens cum puellis Nutricis virguncula, Sic honoris et decoris Declinat pericula.
- Sponsa sponso copulata Cordis desiderio Sociari sibi gliscit Corporis martyrio.
- Metu poenae non gravatur Pugnatricis animus, Nec a Deo separatur Mens trita doloribus.

# Responsoria.

1. O mirandum, praedicandum
Divinum consilium,
In puella nova bella
Rex exercet omnium,
Quae tyrannum infra annum
Vicit quintum decimum;

- V. Ovis lupum, columba vulturem, Philomena sternit accipetrem.
- 2. In tormentis virginem

  Dum invictam conspicit,
  Tyrannus in carcerem

  Taetrum trudi praecipit,
  Sed nec sic immobilem

  Commovere sufficit;
- V. Signo crucis
  munita carcerem
  Intrat, hostem
  non timens veterem.
- 3. Ave, virgo sancta, martyr
  Margareta,
  Ex lapide pretioso
  nuncupata,
  Quae serpentes superasti
  Nec tormenta formidasti,
  Te precantes
  da hostes vincere
  Et carnales
  motus restinguere;
- V. Tu flos agri, tu lilium Non marcescens convallium.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

- Omnis decor, rex decoris, Collaudetur cordis, oris Praedulci tripudio, Margaretam qui nitoris Veste claram iunxit choris Superum cum gaudio.
- Spe mercedis, ad quam virgo
   Totis tendens viribus,
   Ictibus occumbit gratis
   Lictorum ferocibus.
- 3. Sapienter pro supernis Commutat terrestria, Pro perfectis et aeternis Mundi transitoria.

#### Responsoria.

- 1. O miranda nimium
  Virginis constantia!
  Turba circumstantium
  Flet in abundantia,
  Videns corpus tenerum
  Pati tot supplicia;
- V. Praefectus ipse non valens impius Videre, faciem operit vestibus.
- 2. Praefectus igitur infectus scelere, Nec sic afflictam ferens evadere, Novo iam utitur tormenti genere, Perpulchrae violae virorem laedere,
- V. In vase sanctam repleto flumine Submergi iubet ligato corpore.
- 3. De dracone triumphasti, Dum terrena conculcasti Et cum eo, quem amasti, Gaudes iam in gloria,
- V. Mente tendens ad superna, Spernens mundi gaudia.

# In Laudibus.

# Antiphonae.

- 1. Lictores igitur
  mactantes virginem
  Abhorrent sceleris
  sui tyrannidem.
- Adfantur nymphulam dicentes talia:
   Dolemus super te, virgo pulcherrima.
- 3. Consenti equidem nostris consiliis, Ut possis vivere dotata variis.

- 4. O mali, inquit, consiliarii, Pro poenis istis spem gero gaudii.
- 5. Turba canat virginum
  Frequentando canticum
  Congaudendo virgini,
  Quam vocavit virginum
  Rex in chorum hodie
  Iugiter canentium.

Ad Benedictus.

A. Benedictus Dominus
Deus Israelis,
Qui columbae pandere
merita fidelis
Per columbam voluit,
quae sertum de caelis

Ore tulit aureum
Invitans ad gaudium
martyrem Rachelis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Beatissima
Christi virgo Margareta,
Splendidissima
Sanctorum margarita,
Laus angelorum,
Spes peccatorum,
Sidus aureum
Inter choros martyrum,
Fac nos, quaesumus,
Meritis tuis et precibus
Gaudendo gaudere
in caelestibus.

Brev. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Cusan. 74. A. — Brev. ms. Trevirense saec. 15. (Privatbesitz) B. — Brev. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Treviren. 427. C. — Antiph. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 172 D. — Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Darmstadien. 1100. E. — Brev. Trevirense imp. Lugduni 1515. F. — D ist unvollständig, da ihm h. l. zwei Blätter fehlen. — In 1. Vesp. Super Ps. A 5 Omnis decor, rex decoris etc. C. — Ad Magn. A Magnificemus Dominum etc. C, wie im vorigen Offic. — Invitat. lautet in C:

Exsultando iubilemus agno, sponso virginum, Margaretam qui vocavit ad aeternum iubilum.

In 1. Noct. R 3 Quadam die Olybrius etc. C; entlehnt. — In 2. Noct. R 1 Contemnit impium etc. C. — R 3 fehlt C. — In 3. Noct. A 1 Spe mercedis, ad quam virgo etc. C. — A 2 Sapienter pro supernis etc. C. — A 3 Turba canat virginum etc. C. — R 1 In tormentis virginem etc. C. — R 2 Omiranda nimium etc. C. — R 3 Praefectus igitur etc. C. — In Laud. Super Ps. AA Martyr insignis Margareta etc. cum reliquis C; entlehnt aus dem vorhergehenden. — Ad Bened. A 0 iubar ecclesiae etc. C. — In 2. Vesp. ad Magn. A fehlt C; dafür:

O laudanda
Christi clementia,
Cuius admiranda
In beata Margareta
Resplendent opera,
Quae verae fidei
Constantia
Nulla tormentorum
Mota est saevitia,
Ipsa nos prece sanctissima
In caelesti collocet gloria.

# 5a. De sancta Margareta.

# In 1. Vesperis.

# Antiphonae.

- Adest digna praeconiis
   Margaretae sollemnitas,
   Cuius per orbem variis
   Signis refulget sanctitas.
- Margaretae martyrium
   Et caelibatus gloria
   Dant odorem eximium
   Ut rosis iuncta lilia.
- 3. Margareta gaudio
  Caeli iam potita
  Diris sub Olybrio
  Poenis est attrita.
- 4. Virgis, flammis, virgulis
  Torta Margareta
  Fontis vitae poculis
  Iam potatur laeta.
- Ad aeternum convivium Margareta vocata Venit virtutum omnium Margaritis ornata.
- R. Virgo flagellatur
  et carcere clausa moratur,
  Pectine sulcatur
  corpus, latus igne crematur,
  Quando fidem pandit,
  ensem subit, aethera scandit;
- V. Margareta Deum iam cernit nacta tropaeum.

# Ad Magnificat.

A. O rosa per saecula
vernans sempiterna,
Tibi sine nebula
luxit lux superna,
Summo bono frueris,
victrix coronata,
Margareta superis
nos iunge beata.

# In Laudibus.

# Antiphonae.

- Lumen in taetro carcere
   Margaretae resplenduit,
   Quae clara lucis opere
   Nil culpae taetrum habuit.
- 2. Stravit munda manibus
  Regem superborum,
  Calcans castis pedibus
  Caput impiorum.
- 3. Poenas passa varias
  Tandem decollata
  Transivit ad nuptias
  Cum sponso parata.
- 4. O felix commercium,
  Quo pro poena brevi
  Sempiternum gaudium
  Emit foro levi.
- 5. Orat in vitae termino
  Ut exaudiantur,
  Qui supplicantes Domino
  Sui recordantur.

#### Ad Benedictus.

A. O victrix eximía,
Virgo Margareta,
Tua desideria
Bona sunt impleta,
Duplex sertum gloriae
Fers inter beatos,
Grata fonti gratiae,
Fac nos ipsi gratos.

# In 2. Vesperis.

# Ad Magnificat.

A. Ave, caeli redimita Margareta laurea, Pretiosa margarita Caelibatu nivea. Tunsionibus polita, Vita, signis splendida, In corona Iesu sita, Nos in Christo solida.

Bei Abschrift dieser Historia habe ich leider vergessen, die Quelle beizufügen, aus der sie geschöpft ist. — In Land. A 2, 4 caput imperiorum Hs. — A 5, 3 supplantantes Domino Hs.

#### 5b. De sancta Margareta.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Gaude, caelum, terra, plaude
Plausu [novo], nova laude
Lauda regem gloriae,
Qui post brevis vitae metam
In perenni Margaretam
Collocavit requie.

Ad Magnificat.

A. Ave, stella radiosa,
Stella luce clarior,
Margareta pretiosa,
Gemmis, auro clarior,
Virgo carne generosa,
Fide spectabilior,
Passione gloriosa,
Meritis praestantior,
Nobis, martyr gratiosa,
Patrona clementior,
Sit ad regna gaudiosa
Semita securior.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

In laudem Christi cum linguis corda levemus, Margareta polum penetrans iubilat, iubilemus.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Urbs felix Antiochia,
   Quae Margaretam genuit,
   Cuius per orbis spatia
   Virtus ut sol emicuit.
- 2. Ex patre Theodosio,
  Patriarcha gentilium,
  Ritu dispar a patrio
  Carnis duxit exordium.
- 3. Coepit in pueritia

  Mundum munda despicere
  [At]que facta salubría

  Cordis in arca condere.

Orat. ms. Dorotheae de Mittelhusen anni 1449. Clm. Monacen. 10 930. — In 1. Vesp. R Quadam die Olybrius etc. — Ad Magn. A, 7 Passionis. — Ibid. 8 praestantiae. — Ad Compl. A Margareta [caelorum] virgo secreta etc. — In 1. Noct. A 1, 3 spatium. — Alles weitere prosaisch. Zum Officium gehören die Hymnen: In 1. Vesp.: Gaudeat chorus virginum (Anal. XXIII, 229); ad Noct.: Dies illuxit gaudii (Ibid.); ad Laudes: Sollemnis dies virginum (Anal. IV, 194).

# 6. De sancta Margareta Hungarica.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Iucundare ex novella
Floris caelum plantula,
Cuius vigor carnis bella
[Prece] stravit sedula.

Ad Magnificat.

A. Felix plane,
felix per omnia,
Summa semper
ducens fastigia,
Quam terrenae
stemma propaginis

Et caelestis
insignit gloria,
De regalis
radice germinis
In regnorum
scandens imperia.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi Christo laude laeta Solvamus obsequium, Cuius regni Margareta Confortatur gaudium.

#### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Mundi plenum luxu rete Damnans pudicitia Caeli nuptum Margaretae Sperat innocentia.
- Cilicio se ambiens
   Virgo iam velata,
   Flagris se percutiens
   Christo consecrata,
   Zona quoque ferrea
   Cinxit se beata.
- 3. Voto vitae stabilis
  Loco permutata
  Tamquam arbor fertilis
  Crevit transplantata.

# Responsoria.

- In declivo vitae fine
   Nostri casus ut ruinae
   Restaurentur gratiae,
   Dum regali stirpe nata
   Iura vendit abdicata
   Voluntatis propriae,
- V. Haec exemplum, Dei templum, Margareta laude spreta Mundi praebet patriae.
- Ortus caelo conscio Germinis magnifici Paupertatis pretio, Voto, cultu subiici

Patris almi nuntio Panditur Dominici,

- V. Summi civis aetheris, Forma vitae veteris Iuris usu caelici.
- 3. Virgo decens aevo,
  pugil in certamine saevo,
  Mundum vicisti
  felici foedere Christi,
- V. Dum regis orditam claustrali tramite vitam.

#### In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- Sub regulari ferula
   Tranquilla parens tremula,
   Professi status creditum
   Ad plenum solvens debitum,
- Sanctitatis populo
   Spargit fundens odores,
   Exemplari speculo
   Fulgens inter sorores,
- 3. Dum sordescit provoluta
  Ancillarum pedibus,
  Tergit rixae labis luta
  Ex earum cordibus.

#### Responsoria.

- 1. Sub clausura
  vitae primordia
  Stringens calcat
  [regum] insignia,
  Summi verbi
  victa inopia
  Plagis urget
  membra nobilia,
- V. Culpae adhuc nescia Laetatur paenitentia.
- 2. Abnegata
  patris consortia
  Tempestatis
  flagellans pluvia,
  Caeli secum
  pugnante gratia

Voti compos solatur anxia;

- V. Lacrimarum

  profusis imbribus

  Vim pluviae

  ministrat nubibus.
- 3. Carne sub exili
  caelesti nupta cubili
  Languet in amplexu
  divino saucia nexu,
- V. Optat, quaerit, amat, gemitu, prece, verbere clamat.

#### In 3, Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Impetrandi gratiam
  Provocans iciunio,
  Fervet in fiducia
  Tali ducta praevio.
- 2. Castigante transitum
  Corporis molestia
  Impendentem spiritum
  Cogit ad caelestia.
- 3. Nuptiali convivio

  Consors una fruentium

  Sponsi fusa [in] gremio

  Canit epithalamium.

# Responsoria.

- 1. Explicati fruitura
  Laboris stipendio
  Iam praeivit nascitura
  Caeli stillicidio,
  Vox superna mortis iura
  Rorat vaticinio,
- V. Tali privilegio
  Vim amoris amplioris
  Parit desiderio.
- 2. O spectanda saeculo
  Novo res miraculo
  Gestu singularis,
  Votum mater astruit,
  Viri sexum induit
  Forma puellaris.

- V. Compeditus carcere
  Clare visitatus
  Suffraganti munere
  Gaudet liberatus.
- 3. Sole sub ardenti
  rutilante luce latenti
  Optat inesse choris
  stabiliti palma pudoris,
- V. Lilia conferto redolens gerit insita serto.

#### In Laudibus.

#### Antiphonae.

- Iam Margareta
   rediviva pace quieta
   Se rapit ad pronam
   radio vibrante coronam.
- Congaudete, superi,
   Vobis sidus inseri
   Vas caelestis roris,
   Laudis et honoris.
- 3. Nostri tegmen ordinis
  Femineo flore
  Virginalis agminis
  Fulget in decore,
- 4. O felicem famulam,
  Puritatis gerulam,
  Quae subintrat chorum
  Regis angelorum.
- Haeres regis strenua Supernorum civium, Caeli nobis ardua Confer pandens ostium.

#### Ad Benedictus.

A. Dulci digne
respondens praemio
Sub perennis
lucri comercio,
Virgo Christi,
grata servitio,
Caelum tibi
blanditur gaudio.

S. Ferrarius, De rebus Hungaricae provinciae ordinis Praedicatorum, Viennae 1637, p. 342 sqq: Officium in festo beatae Margaritae die 18. Ianuarii decantari solitum ab ordine Praedicatorum in Hungaria. "Incipit historia beatae Margaritae, virginis eximiae, quarti regis Belae filiae." — Ad Matut. Invit. 3 Ferrarius schreibt stets Margarita, obschon der Reim sehr häufig die Form Margareta fordert. — In 2. Noct. A 2, 2 Spargebat. — In 3. Noct. R 3, 2 rutilantem. — Hiezu gehören drei Hymnen: in Vesp.: Novo sacrata gaudio (Ferrarius 1. c. p. 342, Dankó, Vetus Hymnarium p. 159); ad Noct. Hymnis agamus fidei (Ferrarius 343, Dankó 160); in Laud.: Gratuletur Hungaria (Ferrarius 351, Dankó 166).

#### 7. De s. Maria Aegyptiaca.

# In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Mater, laetare,
   Agyptiacae Mariae,
   Quam respexit et erexit
   Deus de faece labis prece,
   Iugis sit memoria.
- Ad laudem Dei populi Sic excitentur seduli, Qui firmavit, quam ereavit Peccatricem, donans vicem In caelesti gloria.
- Regnans Deus in saecula Caeli locat in specula Hanc conversam, labe tersam, Levans solo reddit polo Aegyptiacam Mariam.
- 4. Hierusalem aedificans,
  Deus et sanctificans,
  Vitae spreto de Aegypto
  Sanctam pangit, quae nunc
  clangit

Caelestium harmonia.

5. Annuntiat caelestium
Sion decora mentium
Iesu Christo laudes isto,
Quod benedixit filiae,
Quam purgatam et dotatam
Vitae dono, iugi bono,
Caeli iunxit patriae.

Ad Magnificat.

A. Exsultet omnis spiritus Modo salutari, Qui maxima divinitus Potenter operari Valet in generatione, Quam de conversatione Turpissima Mariae, Peccatricis Aegyptiae, Misericordia serenae [Restituit] vitae plene; Magnificemus De solo immixtam polo Hymnis dignis collaudemus, Ut beata caeli grata Nobis beneficia Christus donet et coronet Nos cum laetitia.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Magno regi, qui suo gregi Sic de Aegypto Mariam spreto vitae leto Iubilemus Et peccato nece strato Eius statum emendatum, Venite, rite collaudemus.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

 Haec Maria Aegyptia Sumens ortum vitae portum De Aegypto nascitur

- Et obscaeno duodeno Anno luxu carnis fluxu Voluptatis pascitur.
- 2. Alexandri urbem magni
  Haec puella, haec tenella
  Transfuga tunc adiit,
  Ubi stupro vili lucro
  Corpus curat, sed obdurat
  Mentem castam, quae periit.
- 3. Illecebris hace tenebris
  Cor sic stultum tempus multum
  Libidine nutrivit,
  Sed post planetum labis sanctum
  Corde rectum ad conspectum
  Domini sitivit.

#### Responsoria.

- 1. Nutu Dei sanctam crucem, Contra mala saeva trucem, Haec cum populo beato Ierusalem Aegyptia Ivit, sed et vitia Formatis auget peccatis,
- V. Nam pro naulo corpus paulo Naucleris subiecit,
   Et sic votum pene totum
   In ipsa defecit.
- 2. Ierosolymam perventa
  Prae foribus est retenta
  Templi peccatrix infessa
  Ob scelera enormia,
  Vitia multiformia
  Repulsam est perpessa;
- V. Pectus tundit haec et fundit Lacrimas paenitentiae, Mala plangit, nam cor tangit Spiritus conscientiae.
- 3. Contrito haec gemens corde,
  Peccatorum ut a sorde
  Virgo hanc eriperet
  Et ad crucem adorandam
  Veniamque impetrandam
  Introitum concederet;
- V. Sed repente casta mente Tristi post fere desperat,

Vitam mundi furibundi Abnexuque spondiat.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Voce clara sic amara
   Paenitenti poena flenti
   Mariae indicitur,
   Si iuvamen trans Iordanem
   Adit saltum, per cor altum
   Salus tibi adicitur.
- Sed beato Deo [grato]
   Quadragenis cum septenis
   Annis luit in deserto
   Et de pane trino sanc
   Degens annis carens pannis
   Corpore discooperto.
- 3. Nimis decem per carnis faecem
  Cum septenis annis plenis
  Maria molestatur,
  Sed divino nutu trino
  Incentivum carnis vivum
  Ab ipsa sequestratur.

#### Responsoria.

- 1. Aestuabat abbas pio
  Zosimas desiderio
  Trans fretum lustrans desertum,
  - Aliquem si forte patrum Reperiret, corpus atrum Viditque discoopertum;
- V. Sole usta nuda iusta

  Zosimam coepit spernere

  Tunc Maria Aegyptia,

  Ne nudam possit cernere.
- 2. Catholicus vir Zosimas

  Mariam per asperrimas

  Insectabatur vias,

  Quae ad virum clamat: tuum,

  Pater, sic porrige mantum

  Et capiam indunias.
- V. Vir mantellum satis tenellum Nudae sic confert feminae,

- Stupefactus et coactus Suo vocat nomine.
- 3. Rogat frequens coenobita
  Ut eundem eremita
  Sic velit benedicere;
  Inquit illa: sacerdotum
  Culmen consecrat te totum,
  Tuum est preces dicere;

V. Ut audivit, quod haec scivit Officium, quoque nomen, Benedici et adici Per verba rogat omen.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Orans ista cum psalmista Manus tendit, is praetendit Phantasma esse subito, Elevatam tum beatam A tellure et mensurae Vidit uno cubito.
- Male putas et refutas Peccatricem me pernicem Phantasma esse zabuli, Parcat Deus, inquit, meus Miserator, ministrator Humanae mentis pabuli.
- 3. Eia, matrem te et patrem
  Caelestium, terrestrium
  Coadiuro vehementer,
  Coenobita, inquit ita,
  Regnum, genus, statum plenus
  Sermo peroret frequenter.

#### Responsoria.

1. Fideli haec sacerdoti
Facinus peccati noti
Fatebatur eremita,
Omnem enarrans seriem,
Gestae rei materiem,
Quam gesserat in hac vita;

V. Felix ista cum psalmista
Se fore ream praedicat,
Ad exemplum nostri templum
Vivum se Christo dedicat.

- 2. Exorat haec coenae die Zosimam eucharistiae Conferre sanctuarium Ad Iordanem, revoluto Anno termino statuto Sumat caeli diarium;
- V. Corpus Christi petivisti
  A sacerdote, Maria,
  Nam per multum tempus cultum
  Non videras haec in via.
- 3. Coronata cum corona
  Fulget caelo haec matrona
  Beatis cum caelicolis,
  Quae gaudet nunc in gloria
  Devicta mundi scoria,
  Clemens assis christicolis;
- V. O Maria Aegyptia,
  Funde precem contra necem
  Aeterni luctus tabidi,
  Ne cadamus, sed vivamus
  Firma fide, et collide
  Laqueos hostis rabidi.

# In Laudibus.

# Antiphonae.

- 1. In cena dat dominica
  Hic sacramenta mystica
  Sic beatae indilate,
  Offert donum, vitae conum
  Huic Mariae presbyter.
- Transiit hic super undam Facto signo crucis, mundam Contagio, naufragio Quam crimine non minime Caelo fecit arbiter.
- 3. Nimis stupore tremuit
  Sacerdos et ingemuit
  Iterato perpetrato
  Tali signo fide digno
  Eius pedibus se prosternens.
- O sacerdos, inquit, late Celsa fulgens dignitate, Te prostrare noli, care, Sed post cursum anni rursum Hoc in loco sis me cernens.

5. Notum vir locum adiens, Cursum post domum capiens, Hanc defunctam, sed coniunctam

Cernit caelicolis polo, Quam sepelire datur scire Literali scripto tali: Corpusculum redde solo.

#### Ad Benedictus.

A. Instrumenta pollitoris
Desunt in deserti oris
Sancto seni, qui imperat
Tunc leoni occurrenti,
Qui virtute vehementi
Fossam terra praeparat;
Sic Mariae Aegyptiae
Exsequiae pro requie
A sene celebrantur;

Cuius merita nos inclita Iungant throno summo bono, Ubi sancti gratulantur.

# In 2. Vesperis.

#### Ad Magnificat.

A Iubar novum in terminis
Galliae fulget tenebris,
Illustratur Centonia,
Maria, Aegypti nata,
Ab oriente translata,
Virtutum testimonia
Praebet signis sic condignis,
Aegros curat et procurat
Sanitas virtutem,
Quam oremus et amemus,
Nos miseros ut liberos
Perducat ad salutem.

Brev. ms. Curiense (?) saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX.—
In 1. Vesp. A 4, 2 Lies Deus atque? — A 4, 4 Lies quam nunc? — Ad
Magn. A 6 Lies Qui de? — Ibid. 10 fehlt ein Verbum. — Ibid. 12. De
solio. — Invit., 2 fehlt ein Verbum. — In 1. Noct. A 1, 1 Aegyptiaca. —
R 1, 5 Iussit sed et. — R 1, 7 Re prona nullo corpus paulo. — R 3, 10
zweifellos korrupt; lies Ac nexus quae ponderat? — In 2. Noct. A 1, 2
fluenti. — A 3, 5 Intensivum. — R 1, 9 Aegyptiaca. — In Laud. ad Bened.
A, 6 Tencam terra. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 3 Illustraturque.

# 8. De s. Maria Aegyptiaca.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Instanti sollemnio
Assurgentes devotio
Nostra gratuletur,
Mariae Aegyptiae
Laudis multifariae
Titulus donetur.

R. Vir sanctus Zosimas
venerabile corpus Mariae
Sepelit rigatum
lacrimis devotionis piae
Sollicitusque de
eius vocabulo
Nomen gloriosum
legit in sabulo;

V. Corpus eius in pace sepultum est, et nomen eius vivet in aeternum.

Ad Magnificat.

A. Magnificetur Dominus
A sanctis et fidelibus,
Qui pulsam ab uberibus
Mariam lotis pedibus
Duxit in solitudinem
Dans cordis latitudinem.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.
Inbilemus Christo regi,
Qui sanctorum iunxit gregi
Mariam Aegyptiacam
Per abundantem gratiam.

#### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. In ingressu Mariae
  De vitiorum barbarie
  Facta est confessio
  Eius sanctificatio,
  Haec est dexterae
  Dei mutatio.
- Quae vitae veteris
   tunica dum se spoliavit,
   Caelesti sponso
   thalamum nova sponsa para vit.
- 3. Ista in Hierusalem
  Filia Hierusalem
  Et in templo Domini
  Fit templum sanctum Domini.

#### Responsoria.

- 1. Beatum virum Zosimam
  Deus ad suam gloriam
  Declarandam, quae latuit,
  Mutare locum voluit;
- V. Secretum regis celare bonum est, gloriam Dei revelare hono-rificum.
- Cumque iuxta canonem Claustri per solitudinem Iret statuto tempore, Vidit angelum in corpore;
- V. Emicuit gemma
  David exornans diadema.
- 3. Maria non parcens ori
  Sancto pandit seniori
  Lapsus vitae pristinae,
  Pressa pridem ac depressa
  Peccatorum pondere,
  Post levata, levigata
  Corpus librat in aere.
- V. Suspendium enim elegit anima eius et mortem ossa eius.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Posuit Dominus
   Desertum in delicias,
   Sicut veridicus
   Praedixit Isaias,
   Dum Maríam Aegyptiam
   Illustravit per gratiam.
- 2. Non crit amplius desolata
  Nec vocabitur
  ultra derelicta,
  Quae adhaesit Domino
  Corde perfecto
  fideque non ficta.
- 3. Elongavit fugiens
  Et mansit
  in eremi vastitate
  Exspectans Dominum
  Qui salvavit
  eam tempestate.

#### Responsoria.

- 1. Benedictus
  pater misericordiarum,
  Qui salutem
  procurat animarum,
  Per quem vas contumeliae
  Fit vas misericordiae:
- V. Benedictus Deus
  totius consolationis,
  Qui suam famulam
  replevit charismatum donis.
- Quae conscripta pactione bona Coram Dei genetricis icona Adorato ligno sanctae crucis Dirigit pedes in viam salutis.
- V. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis, filia principis.
- 3. Vultum lavans in Iordane Confortatur Christi pane, Pergit bene, currit tute In virtutem de virtute, Transit hoc edulio;

V. Panem cacli Dominus dedit ei, panem angelorum manducavit homo.

# In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- O mira Dei bonitas,
   O praedicanda pronitas
   Ad succurrendum homini,
   Qui invocat nomen Domini.
- Denigrata est cutis eius super carbones ignis, Et non est agnitus vultus eius in plateis.
- 3. Nigra sum, filiae
  Ierusalem, et formosa,
  Facta sum dilecta
  dilecto ex odiosa.

## Responsoria.

- Tres ad victus corporales Secum deportarat panes, Quibus in eremo vasta Multis annis fuit pasta;
- V. Non enim in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod prodit ex ore Dei.
- 2. Corde sursum ad
  Deum intento
  Maria unius
  horae momento
  In locum sanctae
  dormitionis reducitur,
  Posito corpore
  libere Deo fruitur.
- V. Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad Deum vivum.
- 3. O María, mater pia,
  Paenitentum quae es via,
  Supplicantes die isto
  Nos commenda Iesu Christo,
  Qui te claram virtutibus
  Locavit in caelestibus.
  Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

V. Veni, electa mea, et ponam in te thronum meum, quia concupivit rex speciem tuam.

#### In Laudibus.

## Antiphonae.

- Mirabilis Dominus
   In altissimis Mariam
   Mirabiliter exaltavit,
- Iubilemus Domino
   in cordis exsultatione,
   Qui Mariam revelavit
   in crucis exaltatione.
- 3. Apparuit Domino Maria In terra deserta et invia, Ut videret virtutem eius et gloriam Uberem consecuta misericordiam.
- 4. Benedicant Dominum
  Omnes creaturae,
  quas finxit,
  Qui Mariam beatissimam
  Larga manu benedixit.
- Laudemus Dominum devotissime cum angelis, Qui pro Mariae paenitentia gaudent in caelis.

## Ad Benedictus.

Benedictus Deus
christianorum,
Qui conversionem
vult peccatorum,
Qui interventu
matris misericordiae
Eduxit Mariam
de lacu miseriae,
Quam post perfectam
paenitentiam
Ad suam suscepit
praesentiam.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

Decoratur virtutibus Anima Mariae, Illustratur divinitus
Dono prophetiae,
Eius sacro corpori,
dum terrae commendatur,
Bestiarum fortissimus,
leo famulatur.

Brev. ms. Coloniense saec. 15. Cod. Londinen. Egerton 674. A. — Antiph. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Tungren. s. n. B. — Brev. ms. Zutphaniense saec. 15. Cod. Bollandian. s. n. C. — Brev. ms. Trevirense saec. 14. Cod. Treviren. 236. D. — Brev. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Cusan. 75. E. — Antiph. ms. S. Mariae ad Gradus anni 1477. Cod. Semin. Colonien. 5a. F. — Brev. ms. Tremoniense saec. 15. Cod. Darmstadien. 869. G. — Brev. ms. S. Mariae ad Gradus saec. 15. Cod. Darmstadien. 977. H. — Brev. ms. Coloniense anni 1450. Cod. Darmstadien. 1100. I. — Brev. S. Gudilae Bruxellen. imp. Parisiis 1516. K.

In 1. Vesp. Super Ps. A fehlt ACFGHL. — R, 1 En sanctus Zosimas A. — In I. Noct. A 1, 1 Sanctum virum K. — In 2. Noct. A 1, 5 Aegyptiacam K. — R 3, 1 lavit K. — In 3. Noct. lauten RR 2 und 3 in K:

2. Veste sua vetustate
Trita sancta nuditate
Nudum Christum sequitur,
Die aestu,
Nocte gelu
Per omne corpus uritur.

Nocte gelu
Per omne corpus uritur.
V. Nolite me considerare, quod fusca
sum, quia decoloravit me sol.

3. Perceptis devotissime sacramentis Christi Maria precatur in pace iam se dimitti. Super fluenta Iordanis constanter graditur, Caelestem patriam incunctanter ingreditur.

V. Haec requies eius in sacculum, hic habitabit, quoniam elegit cam.

In 2. Vesperis ad Magn. hat K die folgende Antiphon:

Deus, misericordia dives
A progenie in progenies,
Vocat Mariam
Misericordiam
Consecutam,
Hodie transferens eam
Ad mansionem tutam,
Ubi nee dolor nee gemitus;
Ibi pro suis oret supplicibus.

# 9. De s. Maria Magdalena.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem caelorum

Dominum veneremur habentes

Spem veniae, quam promeruit veneranda Maria.

- 1. Cum vellet Dominus
  mundum evocare salutis
  Ad vitam, populos
  rebus verbisque vocabat.
- 2. Cumque Pharisaeus
  Dominum prandere rogasset,
  Corporeis fruitur
  dapibus dans spirituales.

3. Ecce soror Lazari,
pia nunc, sed tunc scelerosa,
Attulit unguenti
pretiosi pondus odoris.

\* \*

- Postquam caelorum dominus conscendit in altum, Huius iusta fuit ter denos vita per annos.
- 5. Atque redemptoris
  tanto flagravit ardore,
  Quod voluit soli
  sola vacare Deo.
- 6. Terrarum secreta petit, quo nemo vel haustum Vel valuit deferre cibum vel verba referre.
- Laudibus angelicis,
   quibus instat fugiter, alte
   Ista fruebatur
   manibus advecta supernis.

8. Gaudeat omnis homo
laudes referens creatori,
Et vitae meritis
resonet praeconia laudis,

V. Qui pietate sua contritis corde medetur.

\* \*

Quamlibet omnis homo
 culparum mole gravetur,
 Est tamen ad veniam
 praesens spes inclita Christi,
 Si tamen admissum

facinus peccator abhorret

Et damnat facti noxia quaeque sui.

10. Quis Magdalena
sceleratior esse Maria
Quivit ad omne malum,
quae nomine plena reatus
Peccatrix vocata fuit
quasi nomine culpae?
Cum tamen ipsa Deum
lacrimis commovit obortis,
Sui conscia reatus
meruit precamine solvi.

11. O pietas Domíni,
cunctis peccata remittens,
Qui scelerum veniam
contrito corde meretur;
Nam scelerosa fuit
Lazari soror, ecce, Maria,
Sed quia paenituit,
meruit pia dona salutis.

Cod. Vatican. 393 add. saec. 11. — Augenscheinlich die Trümmer eines alten Officiums. — 10, 9 verdorben; lies: Conscia peccati?

# 10. De s. Maria Magdalena.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- 1. Aurora Iesu rutilans,
  Nesciens occasum,
  Nostrae mentis tenebras
  Illustra septiformis
  Tui spiritus
  Sanctimonia.
- 2. Rosa fulgens virginum,
  Audi preces supplicum
  Et Mariae meritis
  Nos coniunge caelicis.

- 3. Te laudamus toto corde, Mente pura, munda voce, Qui eligis debilia, Ut confundas fortia.
- 4. Sic Mariam dum vocasti, Caritate vulnerasti, Fons misericordiae, Nos quoque salva hodie.

Ad Magnificat.

A. Suavissime universorum Domine, peccatorum Susceptor mitissime,
Tergens vitiorum
Maculas omnium,
Servans meritorum
Praemia bonorum;
Iesu pie, ad Mariae
Salva nos precamina,
Ut te solum, summe bonum,
Laudemus in saecula.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Stellam Christum matutinam Cum Maria praestolantes, Ne sola stet foris plorans, Nos cum ea vigilemus, Ut per noctem quem insomnis
Quaeritando dilexerat,
Hunc inventum omnes una
Procidentes adoremus.

## In 1. Nocturno.

Responsorium.

3. Gaudeamus in hac die
Recurrentes ad Mariae
Fontem paenitentiae,
In quem se dum prudens mersit,
Sordes mentis cunctas tersit
Dono sapientiae;

V. Ad fontem vitae Christum properando venite.

Brev. ms. S. Coronae saec. 14. Cod. Pragen. XII E 6 a. — Alles Fehlende prosaisch; Hymnus: Magnum salutis gaudium (Dan. I, 179).

#### II. De sancta Maria Salome.

## In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Mariae Salome merita
Illa reducunt tempora,
Cum Christo sola gratia
Lepra mundabat corpora,
Languores et daemonia
Sanans pellebat omnia.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Sancta Maria, mater Iohannis et Iacobi, Intercede pro nobis.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

 Venite, omnes populi, Laudemus matrem Iacobi, Quam revelavit Dominus, Ut sit solamen omnibus.

- Quidam Simeon nomine, Omni carens lumine, Lucem recepit integram, Quam saepe postulaverat.
- 5. Huius sacrae reliquiae In mundi huius vespere Inventae fulgent vernulis Cum signis et miraculis.
- 6. Per Petrum nam apostolum Salutem ad credentium Has revelavit Dominus Portentis et virtutibus.

## Responsoria.

1. Salvator mundi, Dominus, Et certa spes credentibus Per Galilaeae litora Sacra figens vestigia Mariae vocat filios, Quos statuit apostolos;

V. At illi spretis retibus, Patre et rebus omnibus Sequuntur statim Dominum, Qui est salvator omnium.

- 2. His auditis tunc Maria,
  Praedictorum mater pia,
  Laetabunda festinavit
  Seque totam mancipavit
  In Dei servitio;
- V. Quae ab eo non discessit, Sed in eius, quem dilexit, Fide constans exstitit.
- 3. Sponsa Christi tunc, Maria, Cuncta spernens in hac via Soli Christo adhaesisti, Per quem domum meruisti In aeterna patria;

V. Esto pia interventrix
Apud Christum, suae gentis
Solvat ut piacula.

# In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Inventis tunc reliquiis
   Ingens odor prosiliit,
   Et terrae motus maximus
   Ingessit metum omnibus.
- 3. Quarto die reliquiae Perfusae novo sanguine Cernuntur a fidelibus Pontificum in manibus.
- 5. Ad hoc quidem miraculum Occursus fit fidelium, Languores et daemonia Fugat Salomae filia.
- 6. Rogemus omnes Dominum Creatoremque omnium, Ut per Mariam caelitus Charisma donet spiritus.

## Responsoria.

- Soror matris Iesu Christi, Caelebs facta tu dixisti, Stirps ut tua consederet Christo Deo et teneret Locum in caelestibus;
- V. Quod petisti, nunc, Maria, Tua tenet proles pía, Iohannes et Iacobus.

- 2. Una ergo sabbatorum
  Vas unguenti unguentorum
  In sepulcrum contulisti,
  In quo vere tu vidisti
  Resplendentem angelum;
- V. Te paventem vir hortatur: Timor absit, et adfatur: Iam surrexit Dominus.
- 3. Tu, Maria, respexisti
  Regem Christum, ut vidisti,
  Cito pedes tenuisti,
  Tota prona mente bona
  Nuntians hoc fratribus;
- V. Quo audito sublevantes Manus, preces Christo dantes Gaudent cum discipulis.

## In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Beatam, inquam, resonet Noster chorus et intonet, Quam Christus hoc miraculo Declaravit in saeculo,

## Responsoria.

- Gaude, pia, quae tenendo Pedes Christi resurgendo Meruisti sic tenere, Ut vidisse Christum vere Nuntiares fratribus,
- V. Ad quos sancta tu dixisti Vivere per saecula.
- 2. Gaude, salve, tu Maria
  Salome, cum prole pia,
  Nos in regno tibi, sortes
  Recepisti tu, consortes
  Fac per Dei filium;

V. Haec precamur te, benigna, Roga Deum prece digna, Nobis det ut veniam.

## In Laudibus,

Antiphonae.

- Maria, mater Iacobi
   Et Iohannis apostoli,
   Te benignam omnibus
   Praebe postulantibus.
- Andreas de Sibilia Infectus lepra horrida Et Salomae filia Restaurantur ad pristina.
- 3. Quaedam Altruda nomine Elephantiam patiens, Ipsius quoque precibus Mundavit eam Dominus.
- 4. Margarita quaedam nomine Eundem morbum sustinens,

Verulis obtinuit, Quod per Mariam petiit.

Ad Benedictus.

A. O beata Maria,
Apostolorum mater pia,
Deum pro tuo populo
Cum Iohanne et Iacobo
Deprecare assidue,
Ut nos purget a crimine.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Gloriosa tu Maria
Salome, cum prole pia
Nos commenda salvatori,
Ut in regno summi poli
Coheredes faciat.

Brev. ms. S. Trinitatis in Alpibus anni 1455. Cod. Laurentian. Conv. sup. 512. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 2 Lies Christus oder Christi. — In 1. Noct. Zwei AA (die 2. und 4.) prosaisch und de communi, ebenso ein R, das zweite. — In 2. Noct. Wie in der 1. Noct. — R 1, 7 tenes. — R 2, 6 vir ornatus. — R 3, 7 pedes Christo dantes. — In 3. Noct. ad Cant. A, 4 saeculum. — Zwei RR prosaisch, das erste und zweite. — R 1, 5 Nuntiare. — R 2, 3 sq. wohl korrupt. — In Laud. A 2, 4 Restauratur. — A 3, 1 Altrudam. — A 5 wie A ad Magn. in 1. Vesp.

#### 12. De ss. Marino et Ammiano.

# In 1. Vesperis.

# Ad Magnificat.

A. Gloria, virtus, lex
spes, gratia tuis, Christerex,
Qui, quoscunque regis,
perducis ad atria regis,
Magnificanda polis
decet huius ut orbita solis,
Qua Marinus obit,
Ammianus ei socius fit;
Quos quia traxisti
lumenque perenne dedisti,
Nos prece, dux, horum
trahe de tenebris vitiorum.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum laudemus istaque die iubilemus, Qua mercede bona sanctis dat caelica dona.

# In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

A. Reddens mercedes
caeli Deus reserat aedes
Inducitque chorum
sanctorum lege laborum,
Haec via mira nimis,
qua nos ducamur ab imis.

#### Ad Horas.

Ad Primam.

A. O testes Christi,
plebi succurrite tristi,
Ut captet veniam
vestris meritisque sophiam.

Ad Tertiam.

A. Summi mandatum
firmatum, magnificatum
cu
Duxit ad aeterna,
nos iungite, dona superna.

Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 52 saec. 15.

Ad Sextam.

A. Caelis laetati
vos estis glorificati,
Post vitae cursum
precibus nos sumite sursum.

Ad Nonam.

A. Ecclesiae natis
cunctis oramina gratis
Magnificae vestris
impendite, cum quibus estis.

#### 13. De sancto Mario.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magnificemus Dominum, Virginis matris filium, Qui praesulem magnificum Magnificavit Marium.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Venite, adoremus regem regum, Qui praesulem gloriosum Magnificavit Marium.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. In lege Domini
  puer egregius
  Studere voluit
  diebus et noctibus
  Et fructum protulit
  suis temporibus.
- 2. Disciplinis eruditus
  Est in monte constitutus,
  Ut regeret ecclesiam
  Et pasceret familiam.

 Non expavit populi Saevientis milia, Cuius Deus salus est, Susceptor et gloria.

- 1. Clarissimis
  ortus parentibus
  Hic praeclarus
  confessor Marius
  Velut sidus
  fulgens apparuit,
  Dum moribus
  et vita claruit,
- V. In Lausanna civitate Fulsit vitae vir beatae.
- In primis annis artibus Edoctus liberalibus Et florebat ingeniis Nec subiacebat vitiis,
- V. Nullus ei similis In suis coaetaneis.
- 3. Dignitate clericatus
  Diu bene conversatus
  Per Dei providentiam
  Ad regendam ecclesiam
  Sublimatur;
- V. Placuit enim Deo Et inventus est iustus.

# In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Insignitus
  est sanctus, Domine,
  Pretioso
  vultus tui lumine,
  Operarilo
  veram iustitiam
  Est adeptus
  misericordiam.
- 2. Gloriatur et exsultat
  Vir iustus in Domino,
  Sicut bonae voluntatis
  Coronatur clipeo.
- 3. O quam sanctum nomen tuum,
  Deus, et mirabile,
  Exaltatum, gloriosum
  Et superlaudabile,
  Qui sanctos tuos de terris
  Levas ad caelestia
  Et coronas in excelsis
  Honore et gloria.

## Responsoria.

- 1. Congregatur
  clerus et populus,
  Datur sancto
  virga et annulus,
  Post hoc claret
  praesul eximius
  Multis signis
  atque virtutibus;
- V. Inventus est
  vir sine macula
  Et ideo
  fulget per saecula.
- 2. Castitatis integritas,
  I.audabilis humilitas,
  Pauperum recreatio
  Et carnis maceratio
  Hunc vere commendabilem
  Reddebant et amabilem,
- V. Magna et innumera Gratiarum munera.

3. Per annorum
viginti spatium
Pastorale
complens officium
Deo sibi
praestante gratiam
Lausannensem
rexit ecclesiam,
Fidem servans
et innocentiam.

∇. Ecce, vere Israelita, in quo dolus non est.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Ingressus est
  vir sine macula,
  Requievit
  in tabernacula,
  Quae sunt domus
  et habitacula
  Sanctorum.
- In virtute Dei iustus laetabitur Et desiderio cordis ditabitur, Cum stola duplici coronabitur.
- 3. Innocens manibus
  oculo simplici
  Conscendit Marius
  in montem Domini,
  Et quia non vane
  suscepit animam,
  Plenam recipiet
  misericordiam.

- 1. Expleto vitae termino
  Vocante eum Domino
  Caelo reddidit spiritum
  Et terrae carnis debitum.
- V. Innocenter
  vivens in saeculo,
  Feliciter
  gaudet cum Domino.

- 2. Corpus sancti terrae datur, Sursum spiritus levatur Et in caelo collocatur, Inde nobis suffragatur Apud Christum;
- V. Eius semper sit studium Nobis ferre subsidium.
- 3. O pontifex
  et pastor inclite,
  Sis opifex
  huius ecclesiae,
  Esto pius
  pium refugium
  Suppliciter
  te postulantium
- V. Et conserva tuam familiam, Ut repellas omnem malitiam.

#### In Laudibus.

Antiphonae.

1. Tua testimonia,
Sacro plena numine,
Fiunt credibilia
Sanctis tuis, Domine.

- 2. Serviunt sancti Domino in cordis laetitia Et gaudentes inducuntur in ipsius atria.
- Sitiit ad Deum sanctorum anima, Unde suscepti sunt ab eius dextera.
- 4. Sacerdotes
  et servi Dominí
  Hymnum dicant
  ípsius nomini.
- In sanctorum ecclesia
   Laus resonet in gloria,
   Qui cantant ante Dominum
   Hymnum novum et canticum.

Ad Benedictus.

A. Erexit nobis Dominus
Cornu salutis caelitus,
Dum praesulem eximium
Nobis concessit Marium,
Per cuius patrocinium
Caeli scandamus solium.

Brev. Lausannense imp. Gebennae 1503. — In Laud. A 4, 3 sq. ipsius dicant.

#### 14. De saneta Martha.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Hodie rex gloriae
   Coronavit Martham,
   Quae vas plenum gratiae
   Vitam duxit artam,
- 2. Dum a pontificibus
  Templum consecratur,
  Aqua Marthae precibus
  In vinum mutatur.
- 3. Morbus incurabilis
  Regis Chlodovaei
  Probat, quam mirabilis
  Virtus esset ei.

- Tuis apud Dominum Ministris implora Veniam peccaminum, Martha, mortis hora.
- 5. Da tuo conventui
  Fraternum amorem,
  Ut laudent assidui
  Per te creatorem.

Ad Magnificat.

A. Martha, nobis
virginis filium,
Quem pavisti,
redde propitium

Et post mortis huius exsilium Fac in caelo nobis hospitium.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Assunt sanctissimae Marthae sollemnia, Quam devotissime Laudat ecclesia.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Ex regali prosapia
   Christi procedens hospita
   Matre fuit Eucharia
   Syroque patre genita.
- 2. Hebraicis literis
  Satis erudita
  Floruit prae ceteris
  In activa vita.
- 3. Multos per facundiam
  Praedicationis
  Provexit ad patriam
  Summae regionis.

Responsoria.

 Martha, verum iubar ecclesiae, Pia, prudens, mirae facundiae, Cella fuit divinae gratiae, Vas pudicitiae;

V. Christi ministra,
Lux erat hominum,
Morum magistra,
Noverca criminum.

2. Iure tenens
hereditario
Bethaniam
simul et Magdalam
Maturo se
rexit consilio,

Summopere detestans scandalum,

V. Pacem sequens et sanctimoniam Exstirpabat litis zizaniam.

3. Dum haberet
tantas divitias,
Non prorupit
ad insolentias,
Sed abhorrens
carnis delicias
Egenorum
fovit inopias;

V. Secum crevit
a pueritia
Pietatis
exuberantia.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Martha parans convivium Sororis vult auxilium, Ut expleto negotio Christi vacet eloquio.
- 2. Non ex laboris
  gemit gravedine,
  Sed quia caret
  verbi dulcedine
  Cibi parandi
  sollicitudine.
- 3. Diligenter excogita, Quam felix sit haec hospita, Quanta sint eius merita, Quae sic erat sollicita.

Responsoria.

1. Dic, domina,
quare conquereris?
Non senties
gravamen operis,
Si cogites,
quantum sit muneris
Opus tuum,
Dominum pasceris.

- V. Memor esto,
  cuius sis pauperis
  Hospes, et tunc
  alleviaberis.
- Non me labor exulcerat,
   Sed prae amore langueo,
   Amor Christi me superat,
   Amo, tacere nequeo;
- V. Quanta mihi
  fecerit, video,
  Ideoque
  miror et stupeo.
- 3. Dei verbum tam dispari
  Naturae iungi voluit,
  Ab ipsa fauce tartari
  Sororem meam eruit
  Fratrisque mei Lazari
  Corpus vitae restituit,
- V. Hospitari
  mecum non renuit,
  Veritatis
  viam me docuit,

# In 3. Nocturno, Antiphonae.

- Felix esse aula vere dignoscitur,
   Ubi de Maria Martha conqueritur.
- Multis placet actie, Licet onerosa, Paucis contemplatio, Quamvis gaudiosa.
- 3. Ministrat exterius

  Martha per activam,

  Pascitur interius

  Per contemplativam.

# Responsoria.

Pharisaei
 turbant ecclesiam,
 Cum pluribus
 deserens patriam
 Martha Dei
 per providentiam
 Venit Marsiliam;

- V. Maximinum
  ducem itineris
  Dedit Deus
  Marthae et ceteris,
- 2. Maximino
  parens accelerat
  Tarasconam,
  nam plebs rogaverat,
  Monstrum ligat,
  patriam liberat,
  Iesu Christo
  multos confoederat,
- V. Carnem stricte vivendo macerat, Spiritibus immundis imperat.
- 3. Omnes gentes,
  manibus plaudite,
  Et vos, fratres,
  clare concinite,
  Hodie rex
  hospes in capite
  Diadema
  posuit hospitae;
- V. Plebem tuam
  protege, Domine,
  Gloriosae
  Marthae precamine.

# In Laudibus.

- Ante felicem dominae Transitum nocte media Domum privavit lumine Satanas ex invidia.
- 2. Daemones exterminat Soror Magdalena, Cereos illuminat, Fit domus serena.
- 3. Certa fit de transitu Suo longe ante, Prophetiae spiritu Sibi revelante.

- 4. Martham Christus visitat
  Ante diem mortis,
  Ad gaudium vocitat
  Supernae cohortis.
- 5. Iesus coram populo
  Cum sancto Frontone
  Corpus tradit tumulo
  Beatae matronae.

Ad Benedictus.

A. Martha chorum
audit angelicum,
Dum fert ante
vultum dominicum

Magdalenae
spiritum caelicum
Mirificum
cantando canticum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Iesu bone, foedere
Tuae bonitatis
Confirma nos munere
Verae castitatis,
Amore dapiferae
Parcensque peccatis
Fac nos tecum vivere
Semper cum beatis.

Brev. ms. Lucionense saec. 14. Cod. Parisin. 1033. A. — Brev. ms. Illerdense saec. 14. Cod. Capit. Illerden. 12. B. — Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Altovaden. XXV. C. — Brev. ms. Monasticum saec. 14. Cod. Pragen. XII A 22. D. — Brev. ms. Lamspringense saec. 15. Cod. Beverin. 687. E. — Brev. ms. S. Bartholomaei Francofurten. saec. 15. Cod. Francofurten. Barth. 83. F. — Antiph. ms. S. Bartholomaei Francofurten. saec. 15. Cod. Francofurten. Barth. 94. G. — Antiph. ms. Pragense saec. 15. Cod. Pragen. XII A 9. H. — Antiph. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 182. I. — Antiph. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 182. I. — Antiph. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 184. K. — Brev. Illerdense imp. Illerdae 1479. L. — Brev. Aversanum imp. s. l. et a. N. — Brev. Arosiense imp. Basileae 1513. O. — Brev. Hallense imp. Lipsiae 1534. P. —

In 1. Vesp. Super Ps. haben manche Quellen (CDHO) nur eine A:

Iucundetur in hoc sollemnio Tarasconis devota contio, Harmonica vocis diffusio Martham laudet, iubilet arimo, Sollemnizet adiacens regio Tantae laudis dotata radio.

Die letzte Zeile fehlt O; die vierte ist nach Ausweis des Reimes verdorben; lies: iubilo nimio? — In H stehen die 5 AA super Ps. ad parvas Horas verteilt. A beginnt mit der A ad Magn. — Ad Magn. A, 2 filium virginis D. — Ibid. 7 in caelis D. — In 1. Noct. A 1, 3 Eukaria C. — R 1, 5 Schola fuit A. — R 1, 7 prudentiae C. — R 2, 4 simul fehlt C. — In 2. Noct. A 2 lautet in A:

Non ex laboris gemit gravedine Dicens sed amoris verbi dulcedine.

In 3. Noct. A 1, 1 sq. Felix esse domus vere A; Felix domus vere esse C. — A 3, 4 Maria per contemplativam C. — Hiezu die Hymnen: in 1. Vesp.: Pange lingua praeconium (Anal. IV, 206); ad Noct.: Exsultet caelum laudibus (Anal. IV, 207); ad Laudes: A solis ortus cardine (Anal. IV, 204).

#### 15. De sancta Martha.

# In 1. Vesperis.

## Super Psalmos.

A. En, illuxit lux celebris,
In qua de mundi tenebris
Lux verae lucis hospitam,
Martham collegit inclitam,
Quae nos post carnis limitem
Ad suum ducat hospitem.

## Ad Magnificat.

A. Haec est Christi fidelis famula,
Apud quam Dominus hospitari
Voluit atque servari
Saepiusque recreari;
Propter hanc sibi gratissimam
Lazaro vitam reddidit defuncto;
In huius Christus sepultura
Visus, quam esset pura,
Scripti monstravit censura.
Ergo in nomine
sui commendatoris,
Qui eam recollegit
in caeli choris,
Canamus gloriam
tibi, Domine.

# Ad Matutinum.

## Invitatorium.

Laudibus et psalmis
Christo iubilemus in almis,
Quem sua Martha pio
suscipit hospitio.

# In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

1. Iam gloria et honore
Martham coronas, Domine,
Quam mortali degens more
In suscepto homine
Suo laudas in labore
Geminato nomine.

- 2. Laudibus agat debitis

  Mundus Marthae memoriam,

  Aeternam cuius hospitis

  Caeli enarrant gloriam.
- 3. Christum pavit sollicita
  Potu, cibis et panibus,
  Mundo corde pracinclita
  Hacc innocens et manibus.

## Responsoria.

- 1. Benedicta
  susceptrix salvatoris
  Nunc ab eo recepta
  Gaudens est coniuncta
  Summis caeli choris,
- V. Martha felix, quae pavit Iesum Dans stratum, potum et esum.
- Curae serviens hospitali Virgo de stirpe regali, Martha nomine, Collegit te, Domine.
- V. Magna virtus hospitalitatis esse probatur, Cum et per illam saepius Dominus excipiatur.
- 3. Lazarum hospitae
  Dominus suae devotae
  Germanum defunctum
  Resuscitat iam sepultum,
  Foetentem quatriduanum.
- V. Suscitet nos Dominus a peccati nece Propter hanc, cuius prece.

# In 2. Nocturno.

- Eructavit cor sedule Querulae verbum famulae, Quod soror opem neglegit, Dum haec servire satagit.
- Deus, noster refugium, Huius adit hospitium, Docendi dum laboribus Lassatur et sudoribus.

3. Fundavit hanc altissimus Homo natus humillimus, Cuius te decet caritas Activa, Dei civitas.

## Responsoria.

- In quoddam caeli dominus
   Castellum intravit,
   Ubi eum protinus
   Hospitio Martha servavit.
- V. O sacra
  et felix Betbania,
  Quae digna
  es Christi praesentia.
- Natantem unda suffocat,
   Quem Martha prece revocat,
   Nam vivus surgit iuvenis,
   Quem merserat vis fluminis,
- V. Multum enim valuit, Quod Martha deprecare studuit.
  - 3. Monstri crudelis
    multorum mota querelis
    Martha domat rictus,
    abscedit enim draco victus;
    Terra Deo credit,
    sanctae plebs omnis obedit,
    Templum sacratur,
    per Christum virgo vocatur;

V. Centenis aeque
vicibus noctuque dieque
Flexis poplicibus
incubat haec precibus.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Novum cantate canticum
  Deo, qui Marthae caelicum
  Lumen pandit in patria
  Et summi patris atria.
- Exsultet terra meritis
   Marthae congaudens inclitis,
   Quae vitam pavit hominum
   Et angelorum dominum.

3. Salvator mirabilia
Fecit, pater ex filia
Dum panis caeli nascitur
Et Marthae pane pascitur.

## Responsoria.

- 1. Lumen, quod exstinxit
  hostis dirus,
  Reaccensum, carentum
  ignibus stupor fit mirus,
  Territam consolatur
  Martham salvator
  Et ad caelos dulcem
  vocat hospitam,
- V. Grates Dominus multis obsequiis famulae rependens.
- Praesul ad exsequias
   Marthae a Christo vocatur,
   Rei veritas populo
   chirothecis publice probatur,
   Libro Domini
   Martha laudatur;
- V. Octo praevenit hanc dilecta Soror diebus caelo vecta, Succedit haec electa.
- 3. O Christi felix hospita,
  Quae carne iam deposita
  A Iesu pasto pasceris
  Et collecto colligeris,
  Indigna membra capiti
  Nos tuo iungas hospiti;
- V. Memor esto positorum in hoc exsilio, Quae iam convivaris cum Dei filio.

# In Laudibus.

# Antiphonae.

Martha sine vitio
 Christo ministravit,
 In cuius hospitio
 Dominus regnavit.

- 2. Ei, qui, dum voluit
  Subvenire reo,
  Marthae domum coluit,
  Iubilate Deo.
- 3. Te, quem scriba despicit
  Atque pharisaeus,
  Martha domo reficit,
  Deus, Deus meus.
- 4. Qui sepulcro commendavit
  Corpus dulcis hospitae
  Et ministrum honoravit,
  Domino benedicite.
- Omnis spiritus de caelis
   Et hic coetus hominum,
   Hospitem Marthae fidelis
   Iam laudate Dominum.

Ad Benedictus.

A. Ave, Domini ministra, Vitae activae magistra, Tu, cui germanus
Redditur quatriduanus;
Gaude, quam vocavit
Ipse Christus et humavit;
Vale, parte sororis
Iam potita
facto fine laboris.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Ista est famulatrix
Domini salvatoris,
Ista est fidelis hospita
Iesu, mundi redemptoris,
Pro cuius ipse nos precatu
hic dirigat,
Tandem in caelis
nos colligat.

Brev. ms. Voraviense 86 saec. 15. A. — Brev. ms. Claustroneoburgense 1201. saec. 15. B. — Brev. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Brixinen. s. n. C. — Brev. ms. Pragense saec. 15. Cod. Pragen. VI F. 16. D. — Brev. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Palat. Vindobonen. 1863. E. — Brev. ms. S. Floriani XI 401. saec. 14. F. — Brev. ms. Plagense s. n. anni 1499. G. — Brev. Kimense imp. Venetiis 1516. II. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 2 et hospitari F. — Inv. 4 suscepit DF. — In 1. Noct. R 1, 4 coniuncta est F. — R 2, 7 sq. Cum et per illam Dominus ipse saepius E. — R 3, 1 sq. Lazarum Dominus hospitae F. — R 3, 4 suscitat G. — In 2. Noct. A 1, 2 Querelae vertum F. — A 2, 2 Huius habet F. — A 3, 3 Cuius docet F. — R 1, 4 Hospitio fehlt G. — In 3. Noct. R 3, 9 convivas F. — In Laud. ad Bened. A, 1 Domini fehlt G. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 8 nos fehlt G.

#### 16. De sancta Martha.

In 1. Vesperis.

- 1. Plebs fidelis veneretur
  Miro Christi praeconio,
  Venerando collaetetur
  Gens Marthae sollemnio,
  Quae aulam sui hospitis
  Intrat fecunda meritis,
  Dulci fruens convivio,
  Beata iam ex praemio.
- 2. Rex immensae maiestatis
  In domo aeternitatis
  Festum grande celebrat,

- Ad quod dono pietatis

  Martham vocat cum beatis

  Et hanc digne munerat.
- 3. Caelum scandit invitata,
  Tota fulgens, coronata
  Stola sancti meriti,
  Gemmis virtutum ornata,
  Deum laudat sociata
  Suo dulci hospiti.
- 4. Hospes secum colligit
  Martham, quam sic diligit,
  Quod hanc sponsam eligit
  Ob decorem;

Amor nunquam deficit, Sed crescit et perficit, Quia nil se obicit In amorem.

5. Sicque felix hospita
Christo tota dedita
Secum est apposita
Gloriose,
Nos per huius merita,
Christe, laxans debita
Duc ad caeli abdita
Gratiose.

## Ad Magnificat.

A. Adest dies triumphalis,
Quo devota specialis
Christi sursum vehitur,
Martha digna summa luce,
Caelum scandit Christo duce
Et Deo coniungitur.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Aeterno regi omnium
Laudem solvamus debitam,
Qui in terra viventium
Coronat suam hospitam.

# In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- Ministrabat sollicita
   Christo fidelis hospita,
   De sorore conqueritur,
   Quod secum non obsequitur.
- 2. Martha, Martha, quid turbaris Per frequens ministerium? Porro unum, quo bearis, Tibi est necessarium.
- 3. Claris orta natalibus
  Sanctis ornatur moribus,
  Viri spernens consortia
  Sponsi caelestis gratia.

## Responsoria.

- 1. Mittens in hoc exsilium
  Pater caelestis filium,
  Subintrat solitudinis
  Campum per alvum virginis,
- V. Carentem domicilio
   Martha recepit proprio
   Ministrando fideliter.
- Veris caeli deliciis
   Intenta, quae gustaverat,
   Cum magnis abstinentiis
   Carnem ieiunans macerat,
- V. Mentis nitens puritate
  Et carnis virginitate
  Viri spernit contagium.
- Suam Christus familiam Sublatis gubernaculis Maris commissam fluctibus Mire vehit Marsiliam;
- V. Praesul, Martha,
  soror et Lazarus
  Exponuntur
  ab infidelibus.
  Mari sine remigio.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- Fidem facunde praedicans
   Coruscat per miracula,
   Multos ad Christum revocans
   De caecitatis nebula.
- Ad sui nomen hospitis, Beatae Marthae meritis Resuscitatur iuvenis Aquis submersus fluminis.
- 3. Draconi crux opponitur,
  Draco Marthae prosternitur,
  Quem suo coram populo
  Martha ligavit cingulo.

# Responsoria.

 Ad Christi matris gloriam Miram fundat ecclesiam Ministra caritatis, In qua sorores ordinat Et has cunctas illuminat Exemplo sanctitatis,

V. Instat orationibus

Dans plena virtutibus

In Christo fructus iugiter.

- 2. Cernens sororis animam
  Caelum ferri clarissimam
  Orat congaudens praemio,
  Ut solvatur exsilio:
- V. Bona soror iam beata, Precor, assis advocata Hospiti pro hospita.
- 3. Suum praenoscens obitum
  Sanctum commendat spiritum
  In manus sui hospitis
  Et caelum semper intuens
  In pace dormit affluens
  Piis et sanctis meritis;
- V. Adest Christus, adest soror Hora mortis, et sic honor Christi crescit hospitae.

# In 3. Nocturno. Antiphonae.

- 1. Exstincta luminaria
  Hostis antiqui furia
  Soror vocata veniens
  Accendit facem deferens.
- 2. Sancta et felix anima Somno pacis iam proxima Stratu prostratur cineris Exemplum praebens posteris.
- Pro hospitis memoria
   Passionis victoria
   Secundum Lucam legitur,
   Dum Martha carne solvitur.

#### Responsoria.

- Hospes dulcis, hospes care,
   Mei, precor, recordare
   Meque tecum suscipe.
   Veni, veni, praedilecta,
   Hospita olim electa,
   Et iam mecum reside;
- V. Tu in terris me pavisti, Me receptans me fovisti, Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

Modo mecum epuleris, In acternum gratuleris.

- 2. In amoris magni signum
  Suae Christus laudis dignum
  Honorem praestat hospitae,
  Nam excitat pontificem
  Frontonium et invicem
  Corpus condunt sollicite.
- V. O hospes plenus gratia, Cuius mira elementia Sic honoratur hospita!

# In Laudibus. Antiphonae.

- Marcilla, Marthae famula, Martham sequens humiliter Eius vitam fideliter Conscripsit et miracula.
- 2. Sursum semper aspiciens
  Seque cruce praemuniens
  Egressura de corpore
  Provolvitur in cinere.
- 3. In fidem testimonii
  Chirotheca Frontonii
  Relinquitur cum annulo,
  Dum commendatur tumulo.
- 4. Benedicamus Domino, Qui Martham sine termino In caelis beatificat, Dum hanc mire glorificat.
- Laudetur Christus iugiter, Qui coronat feliciter Martham in caeli solio Aeternae vitae praemio.

#### Ad Benedictus.

A. Visitavit
redemptor omnium
Hospitissam
sibi carissimam,
Quam vocavit
ad regni solium
Sedem parans
luce clarissimam,
Illi munus
stolae dans duplicis
Sociansque
choris angelicis.

4

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. In aeterna memoria Est iusta Christi hospita Caeli fulgens in gloria Ob sanctitatis merita, Quae in die novissimo Non timebit ab asperis, Cum hospite dulcissimo Secura iam in superis.

Brev. ms. Franciscanum anni 1332. Cod. Casinen. 193. — In 1. Vesp. A 1, 3 collocetur. — A 3, 2 fulges. — In 1. Noct. A 2, 1 quid urgens. — A 2, 3 quo beans. — A 3, 4 caelesti. — In 2. Noct. R 2, 2 Caeli. — In Laud. A 4, 4 hac.

#### 17. De sancta Martha.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Salve, clemens hospita
Nostri redemtoris,
Martha, tu nos adiuva
Nunc et cunctis horis.

Ad Magnificat.

A. Gloria, Christe, tibi,
qui Martham sede polorum
Hospitio refoves,
tu cibus, sorte piorum,
Eius nos meritis
sorti coniunge bonorum.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Laudemus Dominum,
qui Martham large beavit
Aeterno pro terreno
caelisque locavit.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Ave, Iesu laudabilis
   Et multum admirabilis,
   Qui quondam ceu pauper homo,
   Marthae receptus es domo.
- Ave, sol iustitiae,
   Iesu, sole natus,
   Marthae tabernaculo
   pastus et potatus.

 Ave, Iesu Domine, factor et factura, Nos pro Marthae meritis fove suavi cura.

- 1. Syrus dux Syriae,
  quoque multarum regionum,
  Euchariam duxit
  regali germine natam,
  Gignitur his Martha,
  devota per omnia Christo,
- V. Hospita, servitrix, famulatrix, fervida nutrix.
- 2. Martha, virgo nobilis,
  multum infirmata
  Et diu, sed Domini
  virtute sanata,
  Corde, ore, opere
  nam semper dilexit
  Hunc, hinc hanc ad supera
  ceu suam provexit;
- V. Rex bona pro meritis dat pius ipse suis.
- V. Te quia salvator dilexit castus amator.

# In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- Ave, Martha speciosa, Generosa, gloriosa, Pulchra et amabilis, Iesus [pius] copiosa Prece tua suffragosa Nobis sit et dapsilis.
- 2. Ave, nostrum refugium,
  Iesu, propter hospitium
  Marthae precesque puras
  Mentes emolli duras.
- 3. Ave, Iesu fundamentum
  Omnis boni et augmentum,
  Pro Marthae sanctis meritis
  Nos summis iunge gaudiis.

## Responsoria.

- Martha Christo ministravit,
   Ubicunque potuit,
   Et ad ipsum invocavit
   Sororem et voluit,
   Ut ad haec se adiuvaret,
   Et hoc Iesus imperaret,
   Sed Iesus sic docuit:
- V. Martha bonam partem retinens, tamen haec meliorem.
- 2. Iesu de terris ad patrem
  post ascensionem
  Martha toto nisu studens
  ad profectionem,
  Quae habebat, deponebat
  in communionem
- V. Sanctorum, Christumque sequens fit forma bonorum.

3. Cum fideles de terrena Hierusalem fugarentur Et de suis finibus, Cum sua tunc comitiva

Iactata maris fluctibus,
Nullo prorsus gubernante
Nisi solo Domino,
Venerunt Marsiliam,

Tandem ad urbem Aquensem
Et ibi familiam
Christo multam genuerunt,
Quia valde clamaverunt
Verbis et miraculis
Coram cunctis populis.

 V. Martha, Iesu nutrix, nos nutri, sis quoque tutrix.

## In 3, Nocturno.

#### Antiphonae.

- Ave, Iesu gloriose,
   Mire et mirabilis,
   Hospes Marthae gloriosae
   Quondam et spectabilis.
- Iesus Martham et Mariam Lazarumque diligebat Et dans ipsis manum piam Ad superna provehebat.
- 3. Iesu dulcis, per merita Dicti Lazari inclita, Sororum praefatarum, Fac in regno coelorum Nos consortes earum.

- Martha corpus iuvenis
   Biduo submersum
   Vitae reddit precibus
   Et facit conversum,
- V. Suscitat et senem, Christo populum quoque multum.
- 2. Iesus suam hospitam
  Pie consolatur
  Et, ut ad se veniat
  Post annum, adfatur,
- V. Et quod salvetur semper, qui eam veneretur.
- 3. Salve, felix hospita
  Iesu, Martha inclita,
  Virgo prudens et beata,
  Sis pro nobis exorata,
- V. Ut Domino gratos nos efficias et amatos.

#### In Laudibus.

Antiphonae.

- Martha bestiam indignam, Nimis feram et malignam Necavit Christi nomine, Gloria tibi, Domine.
- 2. Martha virgo Tarascono
  Loco quodam velut dicto
  Constructa ecclesia
  Cum sua familia
  Domino servivit,
  Quo dum ipsum audivit.
- 3. Frontonem, Petragoricum
  episcopum, vocavit
  Iesus dilectum nominans,
  dum missam celebravit,
  Et Martham caram tumulo
  cum ipso collocavit.
- 4. Chlodoyeus rex renibus
  gravissime dolebat
  Et famam de miraculis
  Marthae tunc audiebat,
  Et veniens ad tumulum
  sanissimus fiebat.
- 5. Tunc locum illum liberum Rex fecit et ditavit

Et trium miliarium

Terras circum rodavit

Villas castraque donavit.

Ad Benedictus.

A. Ave, dilector optime
Te pure diligentium,
Qui Martham das memoriae
Cunctorum te colentium,
Et hoc libro monstrasti,
Quem tunc portasti.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Ave, Iesu, pietas,
veritas et vita,
Qui tuam caram Martham
consolatus, ita
Dicens: mecum gaudebis
In aeternum vivens
Et, quae petis, habebis
A me, daboque libens,
Et omnes te colentes
Erunt tecum gaudentes.

Brev. ms. Pataviense (?) saec. 14. Cod. Palat. Vindobon. 1977. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 4 tuci vis sorte; lies wie oben oder duci vis? oder tu civem? — In 2. Noct. R 3, 4 Martha cum sua. — R 3, 15 sq. Martha Iesu nos nutri sis quoque nutrix. — In 3. Noct. A 1, 2 Mira et mirabilia. — R 2, 6 semper quis eam veneratur. — In Laud. A 3, 6 Cum epo (episcopo) collocavit.

#### 18. De sancta Martha.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. O quam praedigna,
quam felix, Martha, benigna
Hospita Christi,
suavi pietate fuisti,
Caeli convivis
nos iungas, caelica civis.

R. Regem magnificum
pascentem cuncta creata

Sumis ad hospitium
pascendum, Martha beata,
V. Manna suave cibas
et fonti pocula libas.

Ad Magnificat.

A. Magnificemus Dominum, Qui pro salute hominum Dives pauper, Deus homo Factus, ut in Marthae domo Panis vivus pasceretur, Fonti potus largiretur, Cuius nos patrocinio Paradisi iungat convivio.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum laudemus, cum Martha glorificemus, Quam sibi convivam pietatis iunxit olivam.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Haec Martha Dominum
  Angelorum et hominum
  Caro hospitio
  Suscepit servitio.
- 2. Testimonium
  Domini fidele,
  Dum utriusque
  devotae famulae
  Commendat vitam,
  Marthae activam,
  Mariae contemplativam.
- 3. Innocentiam vitae largiens
  Mundumque cor diligens
  Hoc castellum quaesivit,
  In quo templa
  gratiae praescivit.

# Responsoria.

1. Felix Martha,
soror Lazari,
Cum Maria
o digna famula,
Quam salvatoris
commendat gratia
Et suavis
honorat amicitia;

V. Diligebat Iesus
Martham piam,
Cum fratre Lazaro
sororem Mariam,

2. Hace dum de morte fratris conqueritur, A salvatore fides quaeritur, Quae post fidei confessionem Fratris videt resurrectionem;

- V. Deo placens et dilecta Et dilecto serviens subiecta.
  - 3. Quadam die
    excellentia
    Christi commendabat clementia,
    Cuius domum
    sedulo visitavit,
    Clementer fratrem
    compatiens suscitavit.

V. O praedignum
laudibus praeconium,
Tanti amoris
Christi testimonium

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Desiderans salutem eius Visitavit eam Deus, Ut medicus aegrotam Corpore quam spiritu curaret totam.
- Virtutum Dominus illius Sedit cum bis senis fratribus In circuitu mensae ipsius.
- 3. In medio discumbentium Medicus dans cibum mentium Fecit salutare convivium.

# Responsoria.

1. Misit manum ad fortia

Martha prudensque femina,

Fortis doctor

meruit consortia,

- Quae praedicando sparsit verbi semina.
- V. Salvatoris conservabat Gesta, verba quod post eructabat.
- 2. Dum Tarascone draconem
  Duxit ad occisionem
  Zona vinctum velut agnum,
  Plebis tripudium
  effecit magnum,
- V. Pium miraculum videntes Collaudant adflictae gentes.
- Martha veneranda, Gestis, verbis admiranda, Dum iuvenem suscitavit, Laudes salvatoris mirificavit,
- V. Actu, voto Christi gloriam, Reverentiam non quaerens propriam.

# In 3. Nocturno.

Antiphonae.

- Dicta sunt gloriosa
   De te, Martha speciosa,
   Hoc celebri festo
   miseris, pia mater, adesto.
- In populis annuntiemus Mirabilia, quae fecit Deus, Dum Lazarum resuscitavit, Suam dilectam laetificavit.
- 3. Tubis in ductilibus
  Psallamus cum laudibus
  Christo, qui post
  laudabilem vitam
  Suam sibi
  iunxit amicam.

Responsoria.

- 1. Post obsequii laborem Carnisque macerationem Christi dilecta divitiis Delata fruitur deliciis,
- V. Ut requies post laborem Et sequatur gloria squalorem.

- 2. Sancta Martha
  iam mortis hora instante
  Gaudet Domino
  se visitante,
  Quam post tristia
  Vocat ad caelestia:
- V. Veni, hospita mea, veni, dilecta mea, Ad me, quem amas mente sancta, fide vera.
- 3. Fortis agonista,
  mundalia respuens ista,
  Suaviter interius
  Oculis suspensa supernis,
  Semper inhaerebas
  Dilecto, quem cupiebas;
- V. Christo coniuncta pete nobis prospera cuncta.

## In Laudibus.

- Martha, insignis athleta, Legisque Domini decreta, Quae corde meditatur dulciter, Explicabat sermone sagaciter.
- Cumque verbo quam exemplo
   Haec columna
   visa sit Dei templo,
   Digna veneratur apostola,
   Fide actuque
   Christi discipula.
- 3. Ministri tunc ecclesiae
  Hanc matrem erant venerantes
  Et sanctitatis eximiae
  Plenitudinem mirantes.
- 4. Vas gratiae inexhaustum, Deo dignum holocaustum, Omnium genus expolitum.

5. Laudabilis Dominus
In suis virtutibus
Gratam sibi Martham fecit,
Quam gratuitus
Mirifice perfecit.

#### Ad Benedictus.

A. Videntes haec magnalia
In beata Christi hospita,
Quam suis manibus
Sepelivit Dominus,
Fideles mirantur,
Angeli iucundantur,
Benedicentes Deum deorum
In saecula saeculorum.

# In 2. Vesperis.

## Ad Magnificat.

A. Sanctum nomen Domini
Magnificent omnes populi,
Qui Martham piam
Sanctam invitavit ad patriam,
Promittens se daturum
vitae gloriam
Eius devote
agentibus memoriam,
Quorum nos consortes
In dilectione fortes
Faciat ad suam laudem
Per infinita
saecula saeculorum.

Brev. ms. Pragense saec. 14. Cod. Pragen. VII A 12. A. — Brev. ms. anni 1421. Cod. Gottwicen. 436. B. — B hat nur die 1. Vesper; ad Noct. Commune de virginibus. — Ad Magn. A, 3 Deus fehlt A. — Hymnen in 1. Vesp.: Pange lingua praeconium (Anal. IV, 206) A, Praesens sollemnium (Anal. XXIII, 237) B.

#### 19. De saneta Martha.

## In 1. Vesperis.

# Antiphonae.

- 1. Exsultet urbs Bethania, Quae contulit immania Fidelibus donaria Salute multifaria.
- 2. Ex qua processit edita Beata Martha, praedita Parentibus regalibus, Clarissima natalibus.
- 3. Haec annis puerilibus, Senioribus, senilibus Signavit se virtutibus In omnium obtutibus.
- 4. Contemptis voluptatibus
  Et mundi vanitatibus
  Devota Deum coluit,
  Cui foederari voluit,
- Hae inspirata gratia Mundi cordis palatia

Christi parat hospitium; Quam felix hoc initium!

- R. O germana Magdalenae, Tuae precis cantilenae Resonent in aure Christi, Cuius hospita fuisti,
- V. Fac, ut nos ab orci nece Salvet Deus tua prece.

# Ad Magnificat.

A. Distribuit egentibus
Opes suas et gentibus
Fidem Iesu Christi sparsit,
In amore Iesu arsit.

# Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Procidentes ante Deum Adoremus omnes eum, Vota Marthae qui respexit Et in caelos illam vexit.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- Magna Dei clementia, Cuius magnificentia Sanctam Martham coronavit Et in caelos elevavit.
- Per eius, Christe, merita Praesentia, praeterita, Aliena et occulta Dele mala, sunt nam multa.
- Virtutum dux, rex gloriae, Hanc cum palma victoriae Triumphantem laureavit, Quae draconem iugulavit.

## Responsoria.

- Quoddam Iesus in castellum Introivit, ut, novellum Verbum vitae praedicaret Et salutem lapsis daret,
- V. Ut quibus casus gravior, Erectio sit gratior.
- 2. Alvo virginis conceptus
  Hospitatus et acceptus
  Est in sanctae Marthae domo,
  Verus Deus, verus homo;
- V. De virgine qui nascitur, Is cibo Marthae pascitur.
- Dum paratur aegro cena, Soror Marthae Magdalena Iesu pedes amplexatur, Sed per Martham ministratur;
- V. Martha pavit carnaliter, Haec pascitur mentaliter.

# In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

 Maria, quod audierat, Iesum, quem concupierat, Verbum sedens eructavit, Sed stans Martha ministravit.

- In uno necessario
   Maria vacat, vario
   At cum Martha turbabatur
   Et iuvari se speratur.
- 3. Marthae non reprehenditur, Mariae pars rependitur In supernis fundamentis Portas Sion diligentis.

## Responsoria.

- 1. Ad Iesum flens dixit Martha: Ecce, dies adest quarta, Quod defunctus est mis frater; O si hic fuisses, pater,
- V. Lazarus, servitor tuus, Non fuisset mortuus.
- 2. Qui compassus Marthae flenti Lacrimatus cum ingenti Voce sursum exclamavit Lazarumque suscitavit.
- V. Spes ipse morientium Et vita est credentium.
- 3. Hoc Iudaei persenserunt Moxque Martham eiecerunt Et, qui ei adhaeserunt, A Iudaea propulerunt,
- V. Post passionem Domini Credentes suo nomini.

# In 3. Nocturno.

- 1. Annunciavit gentibus Cum signis eminentibus Gloriam divinae legis, Salutare summi regis.
- 2. Martha cum suís sociis Vacans Deo non otiis Circumquaque praedicavit, Quia Dominus regnavit.
- 3. Convertitur ad Dominum Mox multitudo hominum, Qui per signa, quae viderunt, Laudes Deo cantaverunt.

#### Responsoria.

- 1. Venit Martha super fretum Propter Iudaeorum metum, Remi, vela non dabantur Et cibi subtrahebantur,
- V. Sic secum ad Marsiliam Suam duxit familiam.
- 2. Urbs Aquensis visitatur, Et plebs multa baptizatur, Martha signis et portentis Feritatem domat gentis
- V. Avinionis finibus Et Tarasconis syrtibus.
- 3. Demum Martha Tarascono
  Illustrata Dei dono
  In aula sistitur Heli,
  Quae cibavit regem caeli,
- V. Erit perpes memoria Sua cum Dei gloria.

## In Laudibus.

# Antiphonae.

- In domo sanctitudinis
   Decore pulchritudinis
   Suam hospitam locavi.,
   Orbem terrae qui firmavit.
- Introivit in atria
   Caelestia, nam latria,
   Domino quam exhibebat,
   Iesu Christo complacebat.
- 3. Ad Dei vultus gloriam
  Suam vertens memoriam
  Iesum Christum sitiebat,
  Aliquando quem pascebat.

- 4. Laudantes benedicite,
  Psalmis hymnos adicite,
  Festa Marthae celebrantes
  Et in Deo gloriantes.
- Caelestibus in aedibus Excelsis sedet sedibus, Cantat ibi laudes Deo Hospitata nunc cum eo.

#### Ad Benedictus.

A. Laudabiles exsequiae
Celebrantur pro requie
Marthae, Christus quam amavit,
Corpus eius tumulavit,
Per se gerens officium
Commendat hoc exitium.

# In 2. Vesperis.

## Ad Magnificat.

A. O caelis digna, venerabilis hospita Christi, Quae nova per signa fidei vera dona dedisti, Convertens gentes baptizari sitientes, Ad Christum mentes tua dirige iussa sequentes; Lazarus e bustis, en, te plorante vocatur, Praemia cum iustis ut vivus promereatur, Sic a peccatis nobis quoque vivificatis Crimine conductum vertas in gaudia luctum.

Brev. ms. Augustanum saec. 15. Clm. Monacen. 3902. A. — Brev. ms. Constantiense (?) saec. 14. Cod. Sangallen. 472. B. — Brev. ms. Constantiense saec. 15. Cod. Eremiten. 80. C. — Brev. ms. Constantiense anni 1470. Cod. Eremiten. 82. D. — In 1. Vesp. A 3, 3 Signavit virtutibus A, et virtutibus B. — In 2. Noct. A 3, 1 Marthae pars non AB. — R 1, 3 Quod defunctus est frater meus A. — R 1, 4 O si fuisses hic frater A. — R 2, 4 que fehlt A. — In 3. Noct. R 1, 4 Et tibi A. — R 2, 3 Signis et portatur A, et potentis B. — In Laud. A 5, 1 Caelestibus in diebus A. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 4 dona fehlt A. — Hymnus: Magnae laetitiae fulget lux hodie (Anal. IV, 205).

## 20. De sancta Martha.

# In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Gaude, felix visitata
   Per Martham Provincia,
   A qua tibi lux est data,
   Vitae prius inscia.
- Hanc per orbem venerari Congruit officio, Cuius venit ministrari Christus in hospitio.
- 3. Circa cuius satagebat
  Frequens ministerium,
  Ut caelorum hunc timebat
  Tenentem imperium.
- 4. Christo frater accumbenti Redivivus iungitur, Soror verbum proferenti Secus pedes fungitur.
- Haec turbatur erga plura Sola vitans otium, Ministrandi mente pura Pertractat negotium.
- R. O quam dulce, quam praeclarum Est Marthae convivium, In quo regem pascit carum Supernorum civium, Qui perennis sibi dedit Vitae cibum hodie Et cum hymnis ad hanc redit Caelestis melodiae;
- V. Surge, soror, hospes cara,
  Iesus inquit, propera,
  Fruitura luce clara
  Fulgida per opera.

# Ad Magnificat.

A. Transit hospes virgo Christi
Hoc de mundo laeta tristi
Ad caeli palatia,
Cuius corpus tumulavit
Pastor bonus, quem hic pavit
Speciali gratia;

O susceptrix susceptoris,
Nos coniungi caeli choris
Impetra per Dominum,
Qui in terris te dilexit
Et frequens ad te respexit,
Unica spes hominum.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Iubilemus Deo regi Canticorum schemate, Qui caelesti fecit tegi Martham diademate.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Visitans memoriam
   Marthae geris, Domine,
   Quam vehis ad gloriam
   Miro tuo nomine,
- Tibi fervens a calore Servam se exhibuit Et ministrans in timore Sua quaeque tribuit.
- Non accepit haec in vanum Animam, quae filio Dei largam dedit manum Suo domicilio.

- 1. Cum redemptor mundo luxit
  Et ad viam plures duxit
  Spargens verbi semina,
  In domum cum tota cura
  Suam illi servitura
  Hunc excepit femina,
- V. Cuius soror pedes Iesu
  Tenet pro solamine,
  Sed ministrans haec in csu
  Devoto conamine.
- O prae multis praeelecta,
   Quod ad tua, virgo, tecta
   Depascendum traheres,

Qui dat omni carni cibum, Tuam sic attollens tribum, Dum rem eius ageres;

V. Obsequendo deitati
Maior fis ingenua,
Cuius cuncta potestati
Incurvantur genua.

3. Fide lucet redimita,
Quando Iesus inquit: vita
Sum et resurrectio,
Credo, mox respondit ei,
Tu es Christus, natus Dei;
Eu, fidei perfectio

 V. In hac lucet, qua germanus Suscitari meruit
 In busto quatriduanus, Quem Christi yox eruit.

## In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Verbum bonum eructavit Martha, Dei filia, Quae doctura transfretavit Multa plebis milia.
- Transfert montes in cor maris,
   Dum fidem astrueret,
   Et ab ea salutaris
   Verbi rivus flueret.
- 3. Monte sancto solidata
  Et in petra stabilis
  l'lebem docet Deo grata
  Et mundo amabilis.

## Responsoria.

1. Proficiscens haec sororis
Tarasconem et rectoris
Obtenta licentia
Revelare Iesum quaerit
Et salutis verbum serit
Grandis eloquentia;

V. Homicidam et voracem
Cruce vincens bestiam,
Clara signis fert ad pacem
Populi molestiam.

2. Ut mittantur convocatos
Et ad opus destinatos
Sequitur discipulos,
Exsistente multa messe
Laboravit indefesse
Colligens manipulos;

V. Signis verba confirmavit
Plena Dei numine
Et a morte suscitavit
Submersum in flumine.

3. Pollet firmitate spei Respondendo nato Dei De die novissimo Et subiunxit surrecturam Carnem ad vitam futuram Sermone clarissimo;

V. Exspectavit spem beatam
Et adventum Domini,
Se ex eo reddens gratam
Eius sancto nomini.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- Ante Deum velut rosa Fraglat sanctimonia Et in signis gratiosa Reprimit daemonia.
- Cursu vitae iam completo lusta quando moritur, Christus vultu sibi laeto Lux perennis oritur.
- Orbis terrae coram Deo Plaudat atque flumina, Qui Martham vexit ab eo Ad caeli cacumina.

- 1. Ista sibi iam non vixit,
  Fame corpus sed adflixit,
  Cui contemplatio,
  Commendata pars sororis,
  Supernis vacanti choris
  Manet in solacio;
- V. Somno brevi soporata

  Ad preces regreditur

- Deo totiens prostrata Nec labore laeditur.
- 2. Postquam huius cursum vitae Complevisset virgo rite Inter dona caelica Rex caelorum, quem hic pavit, Hanc gratanter invitavit Ducens super aethera;
- V. Cuius corpus, Iesu bone,
  Sepelis in gloria
  Assumpto tibi Frontone
  In iustae memoria.
- 3. O prudentum puellarum
  Iubar caritate clarum
  Et doctrix apostolica,
  Sint per te tibi devoti
  Apud Christum mundi toti
  In fide catholica,
- V. Intrent sponso veniente
  Ornatis lampadibus
  Oleoque stent lucente
  In prudentum gradibus.

# In Laudibus.

Antiphonae.

- Circumdedit rex caelestis
   Cinctus fortitudine
   Candidatae Martham vestis
   Mira pulchritudine.
- 2. Christum Deum fore scivit
   Auferentem vitia,
   Ad quem felix introivit
   Magna cum laetitia.

- 3. Ad te, Deus, vigilavit
  In bonis proficiens
  Et manus suas levavit
  In te tota sitiens,
- 4. Fidem ponens in augmentum
  Per doctrinam stabilem
  Deum caeli firmamentum
  Praedicat laudabilem.
- Laudem Deo dans sonoro Caelicis agminibus Iuncta transmigrat in choro Sacris cum virginibus.

#### Ad Benedictus.

A. Cunctis suis in diebus
Propter Deum datis rebus
Impendens servitia
Coram ipso pacis ratae
Viam plenam sanctitate
Intrat et iustitia.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Deus noster salutaris
Exsultantem in praeclaris
Martham locat sedibus,
Exeuntem terrae solum
Fert, qui potens est, ad polum
Pro terrenis aedibus;
Quam precamur suae sortis
Nos consortes sequi mortis
Disruptis compedibus.

Brev. ms. Capit. Dusseldorpini saec. 15. Cod. Dusseldorp. C. 64. A. — Brev. ms. S. Mariae ad Gradus saec. 15. Cod. Darmstadien 977. B. — Antiph. ms. S. Cuniberti Colonien. anni 1533. C. — Antiph. ms. S. Cuniberti Colonien. anni 1553. D. — In I. Vesp. A 1, 3 sibi A. — A 3, 1 Circa huius CD. — A 3, 3 tremebat CD. — Ad Magn. A, 8 coniunge A. — A d Matut. Invit. 3 fecit regi C. — In 1. Noct. R 1, 5 Sua illi A. — R 1, 6 Iesum excepit A. — R 2, 8 Memor sis A. — In 2. Noct. R 1, 7 et fehlt A. — R 2, 1 mictantes A. — In 3. Noct. R 1, 5 fehlt A. — R 2, 10 In misce A. — In Laud. A 4, 1 ponis in augmento A. — Hymnus: Deonostro sit iucunda (Anal. IV, 206).

#### 21. De sancto Materno.

# In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- 1. Recolamus gaudia
  Laudibus et votis
  Pro Materni gloria,
  Christi sacerdotis.
- 2. Annis hic infantiae
  Dominum confessus
  Simplex innocentiae
  Viam est ingressus.
- 3. Trinitatis nomini
  Spiritu renatus,
  In mandatis Domini
  Vixit vir beatus.
- 4. Princeps cum principibus
  Populi electus,
  Fit a Petro gentibus
  Galliae directus.
- Pretiosa primitus
   Morte resolutus,

   Sociis est redditus
   Vitae restitutus.
- R. Gaudeat haec contio Celebri sollemnio Praesuli Materno, Cuius ministerio Nostra regi regio Subditur aeterno,
- V. Huius intercessio
  Nos servet a vitio
  Et hoste veterno.

# Ad Magnificat.

A. Magnificat Dominum
Plebs fidelis hominum
His Materni festis,
Qui luminis luminum,
Purgatoris criminum,
Verus fulsit testis,
Ad quem post hunc terminum
Nos a viris sanguinum
Ducat rex caelestis.

## Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Iubilet ecclesia Regi sempiterno, Qui vera dat gaudia Praesuli Materno.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- Maternus, vas gratiae, Vir beatus, probus, Mittitur Germaniae Viris cum duobus.
- 2. Praedicator inclitus
  Petro constitutus
  Disciplinis caelitus
  Sacris est imbutus.
- 3. Somno mortis dormiens
  Vivus resurrexit,
  Dominus exaudiens
  Sanctos hunc erexit.

- Treveris et Colonia Celebrent cum Octavia Sui pastoris gaudia, Materni natalitia,
- V. Omnibus haec melis recolat plebs festa fidelis.
- 2. Felix Petri discipulus, Maternus, fide credulus, Cuius doctrinis populus Christo credit incredulus;
- V. Praeco redemptoris fuit iste, corona decoris.
- 3. Ad fidem Petrus gentium Tres ordinat, Eucharium, Maternum et Valerium, In verbi ministerium,
- V. Gallis, Germanis
  Christi dat dona profanis.

## In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Lumen vultus Domini
   Super hunc signatum
   Corpus praestat homini
   Gratia renatum.
- Rex et auctor saeculi Christo benedixit,
   Ob salutem populi Mortuus revixit.
- 3. Coronatur gloria
  Sanctus et honore,
  Gallia, Germania
  Noto salvatore.

#### Responsoria.

- Praedicans cum sodalibus Maternus Gallis gentibus Languens occumbit febribus Exuens a mortalibus,
- V. Caelo donatur corpusque solo tumulatur.
- 2. Reversos tristes socio Duos defuncto tertio Pio Petrus solacio Confirmat ministerio;
- V. Ob sancti funus veneratur trinus et unus.
- 3. Maternus Petri baculo Vivus exit de tumulo Vitam daturus saeculo, Pastor futurus populo,
- V. Ad Christi cultus surgit de morte sepultus.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

- Confidens in Domino Pontifex Maternus Solio intermino Civis fit supernus.
- 2. Vivens sine macula Carnis post decessus

- Christi tabernacula Purus est ingressus.
- 3. In virtute, Domine,
  Tua est locatus
  Beatorum agmine
  Caelo sublimatus.

#### Responsoria.

- 1. Post sanctorum obitum Maternus per meritum Trium civitatum, Treveris, Coloniae Simul et Octaviae Rexit praesulatum,
- V. Verbis, signis, moribus Ad profectum omnibus Tenet principatum.
- 2. Ex hoc mundi stadio
  Vitae dignus praemio
  Migrans vir beatus
  Sanctorum consortio
  Vero gaudet gaudio
  Christo sociatus,
- V. Corpore deposito Fide, vita, merito Plenus et probatus.
- 3. Gaude tuo, Gallia,
  Materno doctore,
  Laetare, Germania,
  Inclito pastore,
  Qui, quos ad caelestía
  Duxit ab errore,
  Coronavit gloria
  Suo cum factore,
- V. Ereptos a faecibus
  Criminum incestis
  Nos Materni precibus
  Lustret lux caelestis.

# In Laudibus.

## Antiphonae.

Dominus rex laudibus
 Colitur aeternus,
 Per quem in caelestibus
 Colitur Maternus.

- 2. Iubilent siderei

  Deo et superni

  Pro meritis fidei

  Praesulis Materni.
- 3. Deus lux viventium
  Lumine paterno
  Sancto vitae gaudium
  Contulit Materno.
- 4. Benedicant omnia
  Regem sempiternum,
  Qui exaltat gloria
  Caelica Maternum.
- 5. Laudantes te gaudiis
  Lucis hodiernae
  Caelis Dei filiis
  Lunge nos, Materne.

Ad Benedictus.

A. Laus et benedictio Deo sit, Materno, Cuius nos oratio
Die hodierno
Ereptos ab impio
Hoste et veterno
Coronet in solio
Pacis sempiterno.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Salve, pater Galliae
Caelitus renatae,
Ave, flos Germaniae,
Pontifex beate,
Nos, Materne, hodie
Dante trinitate
Fac heredes gloriae
Vera claritate.

Brev. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Semin. Leodien. 6 M 2. A.—Antiph. ms. Tungrense IV. saec. 15. B.— Brev. ms. Tungrense saec. 15. Cod. Darmstadien. 394. C.— B beginnt in 1. Vesp. mit der A ad Magn. Zn den Laudes hat es nur 1 A super Ps., nämlich die 4.; die andern stehen der Reihe nach ad parvas horas. A, 1 der 1. Vesp. steht als Commemoratio per hebdomadam. Hiezu der Hymnus Ad honorem conditoris (Anal. XXIII, 240).

#### 22. De sancto Manritio.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Martyrum sollemnia Celebrent renati, Martyres in gloria Regnant purpurati.
- 2. Maior compensatio
  Meritis sanctorum,
  Dum datur in praemio
  Mansio caelorum.
- 3. In mundi tristitia Modicum artati

In caeli laetitia Gaudent coronati.

4. Electorum spiritus
Sanguine probatur
Et exceptus caelitus
Christo sociatur.

Ad Magnificat.

A. Ave, martyr pretiose,
Ave princeps gloriose,
Legionis generosae,
O Mauriti, martyr Christi,
Fide mundum qui vicisti
Et coronam meruisti,
Fac nos tecum gratulari,
Legioni sociari
Et in Christo coronari.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

In martyrum victoria Laudemus regem gloriae, Cuius triumphat gratia Et coronatur hodie.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- De vagina gentium Evocatur legio Per edictum regium Duce sub Mauritio.
- Ascendit Ierosolymam, Culturam spondet optimam Et mente sumit alacri Signum caelestis lavacri.
- 3. Pellem commutat Aethiops Et pardus ponit varium, Ditescit pauper et inops In gratia caelestium.
- Procedit sacra legio
   Terribili collegio,
   Virtutibus et viribus
   Tremenda suis hostibus.
- Firmatur fide plenius A Romano pontifice, Iurat stare fidelius Regi reique publicae.
- Transmittitur ad Gallias Hinc legio cum Caesare, Sed profani vesanias Profanat voto dispare.

# Responsoria.

- 1. Regis cultus
  castris proponitur,
  Dei vultus
  regi praeponitur,
  Quia non dii
  sed Deus colitur;
- V. Fortis ut mors dilectio, dura sicut infernus aemulatio.

- Sacri duces et egregii,
   Viri fortes et eximii,
   Horrent scelus sacrilegii;
- V. Quos redemit de manu inimici et de regionibus congregavit.
- 3. Furit Caesar,
  ad necem impiam
  Sternit viros
  et caedit hostiam,
  Servit nolens
  ad Dei gloriam.
- V. Cor regis in manu Domini; aa quodcumque voluerit, inclinabit illud.
- 4. Regi terrae
  mactatur victima,
  Regi caeli
  defertur anima,
  Dum fit Deo
  decimus decima.
- V. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere.

# In 2. Nocturno.

- 1. Deo dilecti principes
  Suae sortis participes
  Turbas accendunt fortibus
  Exemplis et sermonibus.
- 2. Commilitones optimi Et athletae fortissimi, Hostem vincamus fortiter Et perstemus viriliter.
- Corroborentur animi, Armentur fide pectora, Et mente Deo proximi Neci tradamus corpora.
- 4. Christus amans passionem Formam dedit legioni, Et detestans ultionem Obtulit se passioni.

- 5. Iubentis ad imperium
  Petrus recondens gladium
  Coepit a Christo discere
  Occidi non occidere.
- Ad exemplum Iesu Christi Superata morte tristi Christi morte delectemur, Ut cum Christo iucundemur.

## Responsoria.

- 1. Clamant Deum
  sanctorum milia
  Et pro Deo
  ferunt martyria,
  Ut sit Deus
  omnibus omnia.
- V. Currus Dei decem milibus multiplex, milia laetantium Dominus in eis.
- 2. Caelo ruens serpit anguis, Dum sanctorum manat sanguis, Causa cuius casus magni Fuit veri sanguis agni;
- V. Vicerunt eum propter sanguinem agni et propter verbum testimonii sui.
- 3. O quam beata legio,
  Quam fervens in Mauritio,
  Dum per mortis compendium
  Vitam capit perennium.
- V. Regnum Dei vim patitur, et violenti rapiunt illud.
- Princeps alme, dux invicte Legionis benedictae, Nos custodi, nos tuere Et nos tecum fac gaudere;
- V. Dux virtutis, dux salutis, Da virtutem, da salutem.

# In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Botrus Cypri conculcatur, Novo musto debriatur, Qui signatur Christi cruce, Coronatur Christo duce. Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

## Responsoria.

- Fervet fides ut sinapis, Favos mellis stravit apis, Ut dulcescat velle mori, Cedat divo mors amori.
- V. De commedente exivit cibus, et de forti egressa est dulcedo.
- 2. Prata passim per aperta
  Florent flores, virent serta,
  Rosae rubent austro flante,
  Cedunt caelo messes tantae.
- V. Levate oculos et videte regiones, quia albae sunt iam ad messem.
- 3. De pressura gravis preli Apothecae fluunt caeli, Ut cum Christo, vera vite, Dati morti dentur vitae.
- V. Inebriatus in caelo gladius, et vindemiantur botri vineae terrae.
- 4. O Mauriti, dux beate,
  Cuius virtus fragrat late,
  Cuius odor ut unguentum,
  Cuius sapor ut pigmentum,
  Pietati nos divinae
  Tu commendes sine fine,
- V. Martyr alme, ductor bone, Cum praeclara legione.

# In Laudibus.

- Militum sub gladio
   Martyres exsultant,
   Mortis in ludibrio
   Cladibus insultant.
- 2. Cedit carnis palea
  Gladio furenti,
  Dum mundatur area
  Mystici frumenti.
- Triticum dum moritur, Multum affert fructum, Legio dum caeditur, Risu mutat luctum.

- 4. Alabastrum frangitur,
  Funditur unguentum,
  Redolet, dum tunditur,
  Fidei pigmentum.
- In signum verae fidei Rivi decurrunt rosei, Gaudet in sanctis caelitus Unus et idem spiritus.

Ad Benedictus.

A. Christus suos iam victores Huius mundi post labores Regnum transfert ad supernum Et coronat in aeternum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O regalis legio
Regiae collecta,
O caelestis contio
Caelitus electa,
Vestra nos precatio
Via ducat recta,
Ubi Dei visio
Radiat perfecta.

Brev. ms. Lunaelacense saec. 14. Cod. Palat. Vindobonen. 1950. A. — Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Virunen. 39. B. — Antiph. ms. Inferioris Altae saec. 16. Clm. Monacen. 9480. C. — Cod. Bruxellen. (ol. Belisian.) 9786—90. saec. 15. D. — D hat die kurze Form; C hat die AA der I. Vesp als AA der 2. Vesp. in die festo; die AA ad Laudes als AA infra Octavam, ad Laudes et per Horas, das übrige in Octava. — In 1. Vesp. A 1, 2 Concelebrent AB. — A 5 Botrus Cypri etc. D. — R Princeps alme, dux invicte etc. D. — Ad Magn. A in A:

O vere Christi milites Thebaei,
Fortes in agone fidei,
Constantes in devotione spei,
Ferventes in dilectione Dei,
Terrena despicientes,
Caelestia contemplantes.
O quam pretiosa mors sanctorum,
Quae vitam meruit angelorum,
O quam praeclara martyrum gloria,
Quae nihil metuit hostium vulnera.
De quorum collegio dux sacer Mauritius,
Constans iu passione socius,
Caelestis militiae municeps,
Factus est aeterni regni particeps.

Ad Complet. Super Ps. A Christus amans passionem etc. D. — Ad Nunc dim. A in D:

O flores purpurei, milites Thebaei, Verae testes fidei gloria tropaei, Facite nos provehi ante thronum Dei, Quo luce siderei fruamur diei.

In 2. Noct. A 4, 2 Legion's benedictione A. — In Laud. AA 2 — 5 ad parvas horas verteilt B. — In 2. Vesp. R Prata passim per aperta D. — Per Octavam super Psalmos A Ave, martyr pretiose etc. A. — In der kürzern Form steht das Officium nach D in Anal. Bolland. VI, 354 ff.

## 23. De s. Mauritio Turonensi.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Ex regali germine puer erat natus

Et a patre primitus Mocuma vocatus.

2. Eius pueritia cunctis erat grata

Et claris virtutibus inventus ornata.

- 3. Sic Columbam studuit sanctus imitari,
  Ut hunc vulgus undique coepit venerari.
- Ne sanctum extolleret fama sanctitatis, Parentes et patriam clam fugit et gratis.
- 5. Ad Yonam insulam
  post se conferebat,
  Ubi Deo pluribus
  annis serviebat.
- R. Trina Christus
  in pueritia
  Per Mocumam
  fecit miracula:
  Ignis, aer
  mortis et vincula
  Innocenti
  dabant obsequia,

V. Tota sanctum

perfudit gratia
Dei virtus,
quod in infantia
Innocenti
dabant obsequia.

Ad Magnificat.

A. Dum nutricis
lactescet ubera
Puer sanctus,
cohors angelica
Supra tectum
ludens in aera
Nova novo
dat [nato] gaudia,
Quibus visis
rex pater intima
Mente laudat
Dei magnalia.

Ad Matutinum.
Invitatorium.
Honor Christo

sit et imperium,

Qui ad caelum vexit Mauritium.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Natus regis pueri frater morti datur, Sed tactu Mauritii mox resuscitatur.
- Sicut Moysi fuerat rubus incombustus, Puer rogo vagiens remansit inustus.
- 3. Sub aqua tenerrimus innocens profunda Iacuit, sed puerum non submersit unda.

- 1. Adulescens
  superno placuit
  Et se cunctis
  pium exhibuit,
  Unde caelum
  ingredi meruit;
- V. Vitae verbum multis aperuit Atque vita beata claruit.
- 2. Domat carnis
  motus illicitos,
  Vincit mundi
  conatus noxios,
  Terit hostis
  antiqui tribulos,
- V. Manus, mentem
  cordis et oculos
  Pie tendens
  semper ad superos.
- 3. O res mira,
  sceptrum despicitur,
  Atque mundi
  decus contemnitur,
  Et paupertas
  gratis eligitur,

V. Tota mente
Christus diligitur,
Ac pro Christo
corpus affligitur.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- Aper ferus feriens fruges fausto dente Vertitur in lapidem hoc sancto iubente.
- Precibus Mauritii
   latex oboedivit
   Et de montis vertice
   saliens exivit.
- 3. Nil dedit superbiae, sed in caritate Et in vera vixerat semper sanctitate.

Responsoria.

1. Patroni
fama clarissima
Procul volat,
atque catholica
Plebs currit
visura miracula,
Sancta laetetur
mater ecclesia
De tanti
patris clementia,

V. Qui nobis dux
 sit et lucerna
 Nos pie ducens
 ad gaudia sempiterna.

2. Livor latens
crescit in odium,
Zelant fratres
fratris excidium,
Per Columbae
sancti consilium
Gratis sumpsit
sanctus exsilium;
V. Ratem, remos

et remigantium

Sumptus quaerit, mora fit taedium.

3. Campus coli
cultro praecipitur,
Et arena
per sulcos seritur,
Crescit bladum,
messis colligitur,
Hoc in fide
Christi perficitur;

V. Adiuvari natura nititur, Quod in granum arena vertitur.

# In 3. Nocturno.

Antiphonae.

- Ut Paulus in pelago naufragus iacebat,
   Sub unda sic innocens vivus remanebat.
- Genus, gentem, patriam fugit et honores, Ut salutis quaereret fruges meliores.
- 3. Sanctum virum
  gignit Hibernia,
  Educavit
  illum Albania,
  Cuius corpus
  in reverentia
  Turonensis
  tenet ecclesia,
  Cuius preces
  et patrocinia
  Nos perducant
  ad caeli gaudia.

Responsoria.

1. Vitae sanctae
facto curriculo
Sanctum corpus
datur sarcophago
In Martini
sancti coenobio;

- V. Turonensis
  ipsum continuo
  Veneratur
  semper obsequio.
- 2. Eius tumbam
  frequentant languidi,
  Ubi tactu
  sancti sarcophagi
  Sanitati
  sunt saepe redditi,
- V. Caeci, claudi, morbosi ceteri, Illum prece poscentes humili.
- 3. Pie praesul,
  pravos purifica,
  Purga mentes,
  pelle piacula
  Atque corda
  tuorum visita
  Et ad laudes
  excelsi subleva;
- V. Pia prece tu nobis impetra Post decessum caeli solacia.

## In Laudibus.

Antiphonae.

- 1. Nullum dedit otio
  Tempus, vel orabat
  Semper vel colloquiis
  divinis vacabat.
- 2. Fixo piscis gutture
  Dron osse vexatur,

- Sed ad sancti subito preces liberatur.
- 3. Ubi flumen praesulis instar intrat mare Baculi Mauritius coepit habitare.
- Romam petit pontifex, ubi consecratus
   Est atque Mauritius a papa vocatus.
- Semper evangelii verba reducebat
   Ad mentem, sed saepius illa proferebat.

Ad Benedictus.

A. Nos a cunctis
iniquitatibus
Semper servet
sanctus Mauritius
Atque purget
suisque precibus
Nos coniungat
supernis civibus.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Iesu Christi
confessor humilis,
Pie nobis
succurrens miseris
Fac, excelsis
in tuis meritis
Simus tuti
expulsis vitiis
In adventu
futuri iudicis.

Brev. Aberdonense imp. Edinburgae 1510. — In 1. Vesp. A 3, 1 Columba. — A 3, 3 Lies Quod hunc. — Ad Matut. Invit., 4 vexit superum. — In 1. Noct. R 3, 7 Et tota. — In 2. Noct. R I. das ganze Resp. zeigt rhythmische Unebenheit. — R 3, 3 Et fehlt. — In Laud. A 3 verdorben? — A 4, 3 Est itaque Mauritius.

#### 24. De s. Mauro Parentino.

## In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Celebret ecclesia
Martyris sollemnia,
Qui natus ex Africa
Habet regna caelica,
Emit per supplicia
Beatorum praemia,
Ducat per suffragia
Nos ad caeli gaudia.

## Ad Magnificat.

A. Gaude, Maure, pugil fortis, Tua morte victor mortis, Particeps caelestis sortis, Nos coniunge caeli portis

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Exsultet caeli curia, Laetetur et ecclesia Agens Mauri sollemnia.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Maurus, natus in Africa, Regna possidet caelica.
- Exortus ex nobilibus Christianis divitibus Sua dedit pauperibus.
- 3. Contemptis temporalibus Se coniunxit claustralibus Totus hians caelestibus.

## Responsoria.

- Sanctus Maurus Africanus, Dives, pius, fide sanus, Distributis divitiis Se domabat ieiuniis;
- V. Instans orationibus Sua dedit pauperibus.
- 2. Despectis mundialibus Intravit monasterium,

Amatur a claustralibus Ut paradisi lilium;

- V. Flos florum, dux morum, Speculum cunctorum.
- 3. Hic decem et octo annis Cum his fuit Celianis, Post volens Petrum visere Coepit ad Romam pergere; Maurus natus Africanus Martyr factus est Romanus.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- Petri corpus visitavit Et audita observavit, Consueta ministravit.
- Perceptis mysteriis Instat ministeriis, Pauperum solaciis.
- 3. Tribus annis Romae fuit Sicut flumen bonis fluit.

## Responsoria.

- 1. Romae rex Numerianus Et praefectus, vir vesanus, Inierunt supplicia Sanctis et ludibria;
- V. Martyr cessit tunc furori, Similis hoc salvatori.
- In spelunca latitavit
   Martyr tribus mensibus,
   Deus eum confortavit
   Cum virgae splendoribus;
- Virga fulsit aurea,
   Mauri mens aetherea
   Non timet funebria.
- 3. In sopore visitatus
  Ad Romam regreditur
  Et a notis accusatus
  Mox praefecto traditur:
- V. Christi sum ab infantia, Non adoro daemonia.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Praefectus Mauro praecipit, Ut adoret daemonia, Haec mandata non recipit Martyr spernens sculptilia.
- 2. Mauri mens aetherea, Despexit lapidea.
- 3. Quia sprevit sculptilia, Sustinuit supplicia.

#### Responsoria.

- Christo hic regratiatur, Quia sibi similatur Tolerans supplicia Magna patientia,
- V. Rosa patientiae, Columna constantiae.
- 2. Eculeo suspenditur
  Maurus, ungulis raditur,
  Lampadibus aduritur,
  Caput eius abscinditur.
- V. Ora pro nobis, beate Maure, martyr coronate.

#### In Laudibus.

## Antiphonae.

1. Maurus in caelum levavit Oculos, dum toleravit. Mauri, martyris divini, Corpus condunt Byzantini.

- 3. In linteaminibus
  Et cum aromatibus
  Cives Maurum condiderunt,
  Sarcophago tradiderunt.
- 4. Titulum ei scripserunt Et in navi posuerunt, Nautae timore fugerunt.
- Iussit comburi carinam,
   Sed ad urbem Parentinam
   Actu Dei ducitur
   Maurus et excolitur.

#### Ad Benedictus.

A. Maure, natu Africane,
Sed martyrio Romane,
Pater urbis Parentinae,
Consors gloriae divinae,
Nos adiuva suffragio,
Ut perfruamur gaudio.

## In 2. Vesperis.

## Ad Magnificat.

A. O Maure, Maurum superans,
Nigredinem exsuperans
Et manens aura aurea,
Nos ducas ad aetherea,
Ubi gaudes in gloria
Pro proelii victoria.

Brev. ms. Parentinum sacc. 15. Cod. Univ. Patavinae 446. — Ad Matut. Invit. 2. in ecclesia. — In 1. Noct. A 3,3 yams. — In 3. Noct. Lectio VII mit R fellt; es stehen nur 2 Lectt. in Noct. 3. mit VIII u. IX bezeichnet. — In Laud. A 4, 3 in vani.

#### 25. De sancto Matthaeo.

## In 1. Vesperis.

## Antiphonae.

- Recensentes mira Dei Pietatis munia,
   Praecingamur ad Matthaei Votiva sollemnia.
- 2. Lucris hians telonei Fruitione publica

Fit conversis forma spei Actione typica.

- 3. Prima Christi iussione
  Linquens mundi stadia
  Magistrat conspersione
  Fermenti repudia.
- 4. Invitatis publicanis Ad Christi convivia

Docet, aegris plus quam sanis Opus fore gratia.

R. In figura prophetali
Sub figura bestiali
Comparatus homini,
Iuxta formae rationem
Texit generationem
Carnis Christi Domini,

V. Sie promissum probat missum Hune Messiam per Mariam Iudaeorum germini.

#### Ad Magnificat.

A. Pange, Sion,
laude magnifica
Salvatoris
gesta mirifica,
Qui Matthaeum
de sorte publica
Dignum [sorte]
dat evangelica.

### Ad Matutinum.

## Antiphonae.

- Clangas sacris in Matthaei, Tuba neomenia, Laudent iusti, sperent rei De peccati venia.
- Vere verax salvatoris
   Probatur assertio:
   Nolo mortem peccatoris,
   Sed placet conversio.
- 3. Vice fungens exactoris Fisci rei publicae, Artem mutat assertoris Fidei catholicae.
- 4. Inclamatus tuae, Christe,
  Vocis ad imperium
  Surgit et evangelistae
  Subit ministerium.
- Verbi gesta încarnati
   Stringens in volumine,
   Pandit stirpem propagati
   De regali germine.

Primo docens in Iudaea,
 Post in Macedonia,
 Lingua prompsit in Hebraea
 Messiae praeconia.

## Responsoria.

Zelo fervens pietatis

 A primis ecclesia
 Repulsaque caecitatis
 Iudaeae perfidia

 Sparsit semen veritatis

 Per orbis confinia,

V. Missis verbi destinatis
Cum signorum copia
In Matthaei sortem gratis
Cessit Aethiopia.

2. In hac dudum dementata
Fictione magica
Gens errabat excaecata
Fraude diabolica,
Vera credens obfuscata
Specie phantastica,

V. Sed errantis miserata
Plebis virtus deica
Luce fucis adumbrata
Purgas evangelica.

3. Quos Cosroes et Arphaxat
Ligat astu carminis,
Hos Matthaeus mox relaxat
In virtute numinis,
Signo consignans dumtaxat
Pretiosi nominis;

V. Quos diversus dolor taxat
 Ob reatum criminis,
 Hos Matthaeus vima laxat
 Fusi Christi sanguinis.

4. Ad hace visa tabescentes
Magi vires exserunt
Et confundi gemiscentes
Ad fraudes se conferunt,
Dum dracones flammescentes
In Matthaeum ingerunt:

V. Signo crucis fatiscentes
 Vim nocendi deserunt,
 Atque somno torpescentes
 Christi numen asserunt.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

Hunc Candaces admiratus
 Virtutis indicio
 Ad Matthaei pedes stratus

Colligit hospitio.

- 2. Verba vitae sitientes
  Ad hunc multi confluent
  Atque Christum confitentes
  Ritum gentis despuent.
- 3. Hos Matthaeus catechizans
  Christi fide imbuit,
  Instructos quoque baptizans
  A peccatis abluit.
- Haec Candacis dum fiebant Intra domicilium,
   En, defunctum qui plangebant,
   Multi regis filium
- Circa funus magi stantes

   Regis ex imperio
   Frustra manes invocantes
   Agunt magisterio.
- Sed complere non valentes
   Coeptum sacrilegium
   Raptum suadent nescientes
   A diis in collegium.

## Responsoria.

- 1. Maiestatis laesae rei
  De more fallacium
  Fausta spondent falsae spei
  Donantes solatium,
  Ut imago fiat ei,
  Mandant, et palatium.
- V. Hace Candaci nutu Dei Salutis consilium Dant reginae, ut Matthaei Petatur auxilium.
- 2. Destinantur bonorati

  Mox a regis latere
  Postulantes hoc legati,

  Ut Matthaeus propere
  Tantae velit orbitati

  Clementer succurrere,

- V. Summae preces maiestati
  Dignetur effundere
  Ac defuncti corpus nati
  Vitae restituere.
- 3. Venienti cum legatis
  Matthaeo regalibus
  Euphemissa festinatis
  Obcurit incessibus,
  Dans maternae pietatis
  Fletum cum gemitibus:
- V. Vivum, ait, desolatis
  Natum redde precibus,
  Ut sermonem veritatis
  Confirmes operibus.
  - 4. In excelsum tendens manus
    Matthaeus cum lumine:
    Cedat, inquit, error vanus
    Ab his per te. Domine,
    Resurgatque puer sanus.
    Mox in Christi nomine
- V. Excitatus a defunctis

  Resumpto spiramine

  Surgit puer coram cunctis

  Crucifixi numine.

## In 3. Nocturno. Ad Cantica.

A. Hoc confuso signo magi
Fugiunt in Persidam
Et erroris umbra vagi
Gentem caecant perfidam.

### Responsoria.

- Stupens signi novitate
   Regis cor extimuit
   Et regali dignitate
   Coronandum statuit
   Ac divali pietate
   Hunc colendum monuit,
- V. Ab hac plebem caecitate
  Matthaeus compescuit
  Et hunc sola deitate
  Cultum dignum docuit.
- Regnum Christi dilatatur. Credit Aethiopia,
   Fonte sacro candidatur
   Eglippi prosapia,

Et cum rege baptizatur Multa plebis copia;

V. Per Matthaeum propulsatur Gentilis perfidia, Prole nova fecundatur Et floret ecclesia.

3. Thoro spreto maritali
Ad Matthaei genua
Cum cohorte virginali
Procidens ingenua
Fide nubit aeternali
Regi Ephigenia,

V. Hostis arte spiritali
Declinans ingenia
Voto sanctimonialis
('arnis calcat naenia.

Venustatis os admirans
 Hirtacus ingemuit
 Et porcorum fraude gyrans
 Preces, minas miscuit,
 Nunc demulcens, nunc delirans

Hanc mutare studuit;

V. Virgo Christi fide spirans
Spem consensus abnuit,
Non terrentis minas curans
Preces, dona respuit.

## In Laudibus.

Super Psalmos.

A. A Matthaeo redargutus
Hirtacus infremuit
Et monentem persecutus
Furore efferbuit.

Ad Benedictus.

A. Dum Matthaeus
defixis genibus
Secus aram
profusis precibus
Orat Christum,
hunc a cervicibus

Lictor pungit
et in caelestibus
Morte sacra
iungit martyribus.

#### Ad Horas.

Ad Primam.

A. Plebs Matthaei venerandum
Audiens martyrium,
Tota currit ad cremandum
Hirtaci palatium.

Ad Tertiam.

A. Obcurrentes cum placore Matthaei discipuli Vix sedarunt a furore Commotum cor populi.

Ad Sextum.

A. Ad Matthaei nutu Dei Currens puer tumulum Hoste pressus est confessus Hirtaci piaculum.

Ad Nonam.

A. Hirtacus lepra perfusus
Divino iudicio
Mente captus et confusus
Se transfodit gladio.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

 A. O Matthaee, laus Iudaeae, Stirpis flos leviticae,
 Vas insigne, doctor digne Fidei catholicae,
 Assistentes et plaudentes In tui memoria
 Nos, patrone, fac coronae Consortes in gloria.

Brev. ms. Cistercien. Italic. sacc. 15. Cod. Oxonien. Miscell. Liturg. 343. — In 1. Vesp. A 3, 4 Ferrenti. — In 1. Noct. R 1, 7 Lies verbo? — R 3, 1 Caroes, — R 3, 7 diversis. — R 3, 9 Hoc; lies: Matthaeus vi mala laxat? — In 2. Noct. A 1, 1 Candacis. — R 1, 7 Candacis. — R 1, 9 Dat. — In 3. Noct. Ad Cant. A 3, sq. umbra vagientem caecant perfidiam. — R 3, 10 calcat menia.

## 26. De ss. Monulpho et et Gondulpho.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Gaudeamus et caelestis
  Iubili praeconia
  Imitemur in his festis
  Concordi laetitia,
  Quibus nobis sunt laudanda
  Domini magnalia
  Et sanctorum imploranda
  Praesulum suffragia.
- R. Immortali saeculorum
  Regi laus et gloria
  In sanctorum confessorum
  Promatur memoria,
  Quos dilexit, nam paterna
  Munitos custodia
  Die vexit hodierna
  Ad caeli fastigia,
- V. Quorum rexit ut interna Paracliti gratia.

## Ad Magnificat.

A. Magnificet ecclesia
Regem magnificentia
Christum, qui spes est unica
Sanctorum, quos mirifica
Hic insignitos gratia
Perduxit ad caelestia.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Ad Christi praeconium Invitetur hodie Conventus fidelium Congaudendo gloriae Beatorum praesulum, Qua gaudent in saeculum.

# In 1. Noctorno. Antiphonae.

1. Non in via peccatorum
Pes eorum substitit,
Sed in lege mandatorum
Dei iugis exstitit
Illis meditatio,
Actus cum eloquio.

- 2. In virtutum stabiliti

  Monte transitoria
  Conculcarunt eruditi

  Vera sapientia,
  Unde nunc caelestia
  Possident cum gloria.
- 3. Vox corum pro commissa
  Plebe fusa iugiter
  Apud ipsum est admissa,
  Qui est efficaciter
  Iustis exsultatio,
  Salus, benedictio.
  Responsoria.
- 1. Recolatur haec decenter
  Praesulum festivitas,
  Quos bearunt praecellenter
  Fides, spes et caritas;
- V. Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis cius.
- Normam sequens sanctitatis
   Monulphus attollitur
   Et at culmen dignitatis
   Praesulatus rapitur;
- V. Ecce, sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo.
- 3. Ortus mundo generosis
  Gundulphus natalibus
  Apud Christum numerosis
  Effulsit virtutibus,
- V. Quoniam praevenisti eum, Domine, in benedictionibus dulcedinis.

# In 2. Nocturno. Antiphonae.

- 1. Tuam, Christe, perfecisti
  Laudem ex operibus
  Horum, quos constituisti
  Tuis duces gregibus,
  Quos transvexit sanctitas
  Maris huius semitas.
- Praepotenter conservati
   Hostis ab insultibus
   Vias vitae sunt sectati
   Inoffensis gressibus,

- Quibus nunc est visio Dei delectatio.
- 3. Deo vero servierunt
  Puris ex affectibus,
  Montem cuius ascenderunt
  Innocentes manibus,
  Penetrantes hodie
  Portas regis gloriae.

#### Responsoria.

- 1. Hi in domo Dei clarum Velut duo sidera Iubar dantes tenebrarum Effugarunt opera;
- V. Custodiebant testimonia eius et praeceptum, quod dedit illis.
- 2. Locum forte pertransivit
  Monulphus, qua Legia
  Nunc est, pandens, quae praescivit

Prophetali gratia:
Locus, inquit, hic reddetur
Summis civitatibus
Par post sanctum, qui nascetur

Posteris temporibus.

V. Hic accipiet benedictionem
a Domino et misericordiam

a Deo salutari suo.

8. Sublimatus in pastorem
Gundulphus sollicite
Curam gessit et amorem
Plebis sibi subditae

V. Et pavit cos in innocentia cordis sui.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- Hi sunt, quibus intellectum
   Lux superna praebuit,
   Quos instruxit et per rectum
   Ducens iter statuit
   In locis fiduciae
   Opulenta requie.
- 2. Exsultare decet rectos Christo, cuius opera

- Mira suos per electos, Qui ab arce supera Hos vidit pontifices Virtutum opifices.
- 3. Istos, Deus, elegisti
  Tua tibi gratia,
  Habitare quos fecisti
  Intra Sion atria,
  Hymnos ubi melice
  Turmae promunt caelicae.

#### Responsoria.

- 1. Hi sagaces erogare

  Triticum in tempore,

  Meruerunt reportare

  Talentum cum fenore;
- Venientes autem venient cum exsultatione portantes manipulos suos.
- 2. Se pro fide murum dando Monulphus haereticam Vicit pestem conservando Vineam dominicam;
- V. Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, et de lege tua docueris eum.
- 3. Zelo fervens caritatis Gundulphus gentilibus Lucem dedit veritatis Divinis dogmatibus;
- V. Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium, lex Dei eius in corde ipsius.

## In Laudibus.

- Dum Monulphus tumulatum Principem progreditur, Voces diras, ululatum Audit et prosternitur.
- Astat vultus vir plaeclari Dicens: Pater optime, Surge, stude suffragari Pereunti animae.

- 3. Redit praesul, et placatur
  Precum beneficio
  Deus, princeps liberatur
  Mortis a supplicio.
- 4. A mundana segregavit
  Se Gundulphus turbine
  Et de vera praegustavit
  Domini dulcedine,
- 5. Exspectavit vigilando
  Venturum a nuptiis,
  Quem supernis exsultando
  Spectat in deliciis.

Ad Benedictus.

A. Hi sunt columnae stabiles,
Praecones iustitiae,
Vita digne laudadiles
Lampades ecclesiae,

Quos merito non impares
Dies haec terrestribus
Exutos fecit compares
Supernorum coetibus.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O sacerdotes incliti,
Virtutum dono praediti,
O clara caeli lumina,
Ut paradisi flumina
Irrigastis ecclesiae
Hortum, regem iustitiae,
Christum placate precibus,
Ut nos a malis omnibus
Servans nobis caelestia
Det post haec mundi taedia.

Brev. S. Servatii Traiecten. imp. Coloniae 1503. — In 3. Noct. A 3, 4 superna. — In Laud. Ad Bened. A, 2 iustis. — Hymnus: Adest sacrata praesulum (Anal. XXIII, 246.)

#### 27. De sancta Monica.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- 1. Exulta, Ierusalem, et laetare, Quia rex Salem iubar salutare De Babylon tenebris Sanctam produxit Monicam.
- 2. Matrem sterilem
  Deus laetificat,
  Dum Augustinum
  spiritu regenerat.
- Laetanter domum Domini visitat puella,
   Pro quo sub Christi nomine sustinet flagella.
- 4. Non in vanum aedificat,
  Sponsum Deo dedicat,
  Fit salutaris Patricio
  Sanctae Monicae sedula monitio.
- 5. Lauda, Ierusalem,
  omnium salvatorem,
  Qui fructu huius feminae
  dat benedictionem.

Ad Magnificat.

A. Gaude, chorus supernorum
civium,
Plaude turba devotorum
hominum,
Nam sponsa Christi Monica
Caeli transit ad gaudia,
Quae novae prolis
fecunda gratia
Mundo peperit
doctrinarum charismata.

Ad Matutinum.

Christum lucem adoremus illustrantem omnia, Cuius vultu iucundatur sancta mater Monica.

In 1. Nocturno.
Antiphonae.

Perfecit ab infantia
 Huius corpus et labia
 In suae laudis titulum
 Christus, salvator omnium.

- 2. Dies diem illuminat, Haec liberos suos laetificat, Casto timore Domini Sapientiam praestat parvulis.
- 3. Miserorum consolatrix
  Et alumna pauperum,
  Supernorum contemplatrix,
  Montem scandit caelicum

Responsoria.

- Educavit Monicam sancta mater Facundia Timoris Dei sub virgula primaeva ab infantia,
- V. Miro enim modo crevit cum ea miseratio.
- 2. O mater nostra,
  coniugii speculum,
  Quae viro suo flagitat
  lumen catholicum
  Et pie impetrat
  felicem obitum;
- V. Salvatur enim vir infidelis per mulierem fidelem.
- 3. Felix mater carne
  Felicior
  et spiritu duplici,
  Consolatur
  spiritu prophetico
  Ne filium defleat
  spiritu mortuum,
  Quem Deus suscitat
  verum catholicum

V. Forti animo esto, filia, Deus caeli dabit tibi gaudium pro taedio, quod perpessa es.

# In 2. Noctorno. Antiphonae.

- Verbum bonum eructavit
   Salutis eloquio,
   Christi donum quam perflavit
   Pneumatis susurrio.
- 2. Lacrimarum impetus sanctam Dei laetificat, Crucifixi stigmata pie dum considerat.

3. Haec consolabatur

Dolens ut parturiens,
Donec Christo suscitatur
Augustinus moriens.

Responsoria.

- Se totam Deo dedicat
   Soluta viri legibus,
   Egenis se humiliat
   Et infirmorum squaloribus,
   Caelesti sponso iubilat.
- V. Mulierem fortem quis inveniet? procul et de ultimis finibus pretium eius.
- 2. Abundanter cumulasti
  Sanctae tuae gaudium,
  Christe Iesu, qui vocasti
  Ecclesiae ad gremium
  Augustinum et iussisti
  Aspernare saeculum.
- V. Duo petiit a te, ne deneges ci, Domine, antequam moriatur.
- 3. O vere Christi
  benedicta famula,
  Quam crucifigunt
  crucifixi vulnera,
  Rigat terram
  lacrimarum copia,
  Torcular crucis
  exprimit haec flumina.
- V. Deduc quasi torrentem lacrimas per diem et noctem, non des tibi requiem, neque taceat pupilla oculi tui.

## In 3. Nocturno.

- Cantico laetitiae
   Deum collaudavit,
   Quae victo mundi principe
   Caelo triumphavit.
- Exsultet terra, collaetentur insulae, Quibus salus propinquatur fructu huius feminae.
- 3. Christus in sua famula Facit mirabilia,

Cuius fulgent prodigia Et signa magnalia.

Responsoria.

- 1. Caelestis panis
  refecto convivio
  Mens eius fervet
  superno solacio,
  Almi spiritus
  suffusa crapula:
  Volemus, inquit,
  ad caeli gaudia.
- V. Elevavit me spiritus inter caelum et terram et adduxit me in Ierusalem.
- 2. Vox dilecti nunc pulsantis
  Ad lectulum aegrotantis
  Te vocat, mater Monica:
  Surge et propera,
  Amica mea;
  Ab ostia Tiberina
  Caeli transit ostia.
- V. Veni, formosa, columba mea, veni de Libano, coronaberis.

# In Laudibus. Antiphonae.

- 1. Sanctam matrem Monicam

  Decet sanctitudo,

  Quam domum sibi consecrat

  Dei fortitudo.
- Iubilat cum Domino Monica in caelis,
   Cui plena spiritu
   Servivit in terris.

- 3. Vigili mente
  Dominum sitivit,
  Cuius felix anima
  caelum introivit.
- In camino caritatis fervens aestuavit Benedicens Dominum, solum quem amagit.
- In excelsis sublimata
   Sancta mater Monica,
   Vota nostra redde grata
   In Dei praesentia.

Ad Benedictus.

A. Oriens ex alto Dei
patris sapientia,
Quam benigne reseras
misericordiae viscera!
Augustinum revocat
pia mater per suspiria;
Oret pro nobis incolis
sancta mater Monica,
Quos hic in terris dirigit
prolis suae regula.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O sacra
mater Monica,
Cuius spiritus
exsultat in gloria,
Gratiam impetra
benigni Domini,
Ut gregem protegat
filii tui.

Brev. ms. Augustin. saec. 15. Cod. Augustin. Brunen. V. A. — Brev. ms. saec. 15. Cod. Scotor. Vindobonen. 52 h 18. B. — Brev. ms. Viepacense saec. 14. Cod. Gottwicen. 81. C. — Antiph. ms. Frauen-Wilrense anni 1509. Cod. Semin. Colonien. 30 a. D. — Brev. ms. Augustin. saec. 15. Cod. Angelic. R V 31. E. — Brev. ms. Minor. Eugubin. (?) saec. 15. Cod. Angelic. T VII 9. F. — Brev. ms. Augustin. saec. 15. Cod. Senen. F VII 4. G. — Cod. S. Petri Salisburgen. a IV 42. H. — B hat in jeder Nokturn nur 1 A, die erste; C hat nach der 1. Vesp. nur Lectt. ohne RR. — In 1. Vesp. A 1, 2 rex Sion BC; Quoniam hac die iubar D. — A 1, 3 tenebra ACD. — A 4, 4 sedula oratio B; monis C. — Ad Magn. A, 5 sponsam Christi Monicam A. — In 1. Noct. R 3, 1 carne fehlt B. — In 2. Noct. R 2, 6 Spernere A, aspernere B. — R 3, 1 vere Christi fehlt A. — R 3, 8 exprimitur B. — In 3. Noct. R 2, 1 dilecti tui pulsantis B. — R 2, 6 Ad Ostia B. — Hymnen: Ave dies laetitae (Mone III, 446); Aurora noctem terminat (Ibid.); Alma mater Augustini (Mone III, 448).

## 28. De sancto Morando.

## In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- Ad Morandi, venerandi Viri, festa et Amandi Plebs in caritate tota Reddat Christo pia vota.
- Flore suae iuventutis Castitatem adamavit, De quo bravium salutis Non indigne reportavit.
- Deo multum peramandus, Hugo pater venerandus Hunc suscepit educandum Moribus et informandum.
- Cui purus adulescens In virtate semper crescens Dulciter oboediebat Atque Deo serviebat,
- Regularis o professor,
   Sis pro nobis intercessor
   Apud bonitatem Christi,
   Cuius iugum tu subisti.

## Ad Magnificat.

A. O fons indeficiens,
 Iesu bone salutaris,
 Hostia reficiens
 In agone comprobaris,
 Morandi per suffragia
 Mundi seda naufragia,
 Mentes nostras instabiles
 Fac ad virtutes habiles.

## Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Surgite laetantes,
Christum regem venerantes,
Inclita sanctorum
celebrantes festa suorum.

## In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Ut tellus depicturatur
   In vere vernis floribus,
   Sic hic mundus decoratur
   Morandi claris moribus.
- Ex illustri stirpe traxit
   Morandus originem,
   Nullam tamen hic contraxit
   Peccati rubiginem.
- 3. Annis puerilibus
  Factis cum senilibus
  Mentis tersit caliginem
  Devitans impetiginem.

## Responsoria.

- 1. Annis adhuc pubertatis
  Hunc parentes sub abbatis
  Pii magisterio
  Dulciter commendaverunt
  Et ad sua redierunt,
  Cuius sub imperio
  Vixit purus adulescens
  In virtute semper crescens
  Omni desiderio,
- V. Christo devotus vivens sub regula tôtus.
- 2. Mentis motus hic transcendens,
  Vana quaeque vilipendens
  Hauriebat sitibundo
  Corde, ore quod facundo
  Post eructabat,
  Tempus dum vacabat,
- V. Literarum studio Mentis cum tripudio Firmiter instabat.
- 3. Vincens legem pubertatis
  Iugi lege sub abbatis
  Vixit disciplina,
  Omnibus affabilis
  Deo et amabilis
  In lege divina,
- V. Mundi fastum proculcavit, Eius pompas posttergavit.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Fervor mirae caritatis
  Ad spem firmam bonitatis
  Fidem duxit sanctitatis.
- 2. Mentis motus hic transcendens, Ad virtutum arcem tendens, Vana quaeque vilipendens.
- 3. Christus digne commendavit
  Huic duplum talentum,
  Quia non multiplicavit
  Per duplum, sed per centum.

#### Responsoria.

- 1. Coeptum iter dum peregit,
  Mox benigne se subegit
  Abbatis imperio,
  Quem vir sanctus tunc elegit
  Mentem eius et impegit
  Miti desiderio,
  Ponens firmam spem salutis
  In praeclaris institutis.
- 2. Veritatis hic confessor
  Regularis et professor
  Ibat de virtute
  In virtutem ascendendo
  Et morose conferendo
  Verbum in salute.
- V. Doctus, mitis apparebat Et indoctos instruebat Sic procedens tute.
- 3. Postquam hic est sublimatus
  In gradu sacerdotii,
  Deo tendit inspiratus
  Ductu fidelis socii
  Cluniacum, ubi digne
  Est susceptus et benigne
  Lapsum devitans otii,
- V. Factus verus coenobita Et ferventer in hac vita.

## In 3. Nocturno.

## Antiphona.

1. Contra mundi temptamenta Prudenter agebat Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

- Et carnis delectamenta Dulciter vincebat.
- Si temptavit, non est mirum, Satan hunc praeclarum virum, Salvatorem qui temptavit Et eum non superavit.
- 3. Hic talentum commendatum
  Protulit ad mensam
  Et reddens multiplicatum
  Reportans repensam.

#### Responsoria.

- 1. Mox a suis derelictus Iesu Christo est addictus, Cum propheta gloriatur Qui in psalmo sic profatur:
- V. Quoniam pater et mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me.
- 2. Hodie praeclarus et venerandus Christi confessor Morandus Exutus armis terrestribus Triumphat in caelestibus,
- V. Securus de victoria Delectatur in gloria.
- 3. Regulari disciplina

  Mentem dum armavit,

  Cum cervice resupina

  Caelum suspiravit,
- V. Mente tota et devota Christo solvens pia vota.

## In Laudibus.

## Antiphonae.

- Multa quidem in hac vita Hic fecit mirabilia Et post mortem infinita Infirmis dat subsidia.
- Caecis visus, claudis gressus. Surdis auditus redditur, Vir collisus et obsessus Eius prece solvitur.

6

- 3. Ad tumbam praeclari viri Quisquis potest experiri, Quantas eius per virtutes Christus confert hic salutes.
- Regularis o professor, Sis pro nobis intercessor Apud bonitatem Christi, Cuius iugum tu subisti.
- Christi praecelsa pietas
   Virtutum et nimietas
   In sanctis amplificatur,
   Horum virtus dum laudatur.

Ad Benedictus.

A. Verus sol illuminavit Lucis suae radio, Quando nobis destinavit
Morandum, qui in stadio
Cursum digne consummavit
Et in fine triumphavit
Vere felici bravio.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Morande, serve bone,
Pie pastor et patrone,
Apud Christum interpella,
Ut a mortis nos procella
Tua prece protegamur,
Caeli donis et fruamur.

Cod. Palat. Vindobonen. 1946. anni 1482. A. — Brev. Basileense imp. s. l. 1478. B. — Brev. Basileense imp. s. l. et a. (1488) C. — In 1. Vesp. Super Ps. 5 AA nur A; eine, die erste B; keine C. — A 3, 3 ad educandum A. — R Vincens legem pubertatis etc. A, In contrata Ferretensi etc. BC. — In 1. Noct. A 1, 3 Finem A. — In 2. Noct. A 1, 1 Fervor merae BC. — R 1 Veritatis hic confessor etc. BC. — R 2 Postquam hic est sublimatus etc. BC. — R 3 Mox a suis derelictus etc. BC. — In 3. Noct. R 1 lautet in BC:

R. Villae (Ille B) custos captivatur,
Herus mox debilitatur,
Tunc Morandus advocatur,
A quo pie increpatur,
Emendatur et sanatur,
Servi status restauratur
Atque liber proclamatur,
V. In quo Christus collaudatur,
Et Morandi comprobatur
Virtus, servus et laetatur.

R 2 Hodie praeclarus et venerandus etc. BC. - R 3 lautet in BC:

R. In contrata Ferretensi
Tuo simus hic defensi,
Morande, patrocinio,
In amore fac ferventes,
Tibi pure servientes,
Hic et in confinio.
V. Impetra iucunditatem
Nobis et tranquillitaten

Nobis et tranquillitatem Apud Christi bonitatem.

Ad Tertiam, Sextam, Nonam setzen BC die AA 2, 3 und 4 der 1. Vesp. Den Hymnus hierzu vergl. Anal. IV, 213.

#### 29. In Translatione s. Nicolai.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Summe sacerdos inclite, Nimis favens Barensibus, Cum vis medio gurgite Barum transferri navibus.

2. Fecit Deus memoriam Suorum mirabilium,

- Cum transfert in Apuliam Nicolai praesidium,
- 3. Exortus est in tenebris
  Baro divinus radius,
  Vere dies hic celebris
  Fulget in ea Madius.
- 4. A solis ortu teritur

  Nec non ab occidente,

  Qua Barum via pergitur

  Coetu toto ducente.
- Laudate, cuncti populi,
   Dei misericordiam,
   Sed ampliorem Apuli
   Deo referant gratiam.

## Ad Magnificat.

A. Felix Apulia,
felix et Barum,
Felix quae contines
thesaurum carum,
Qui nullis creditur
terrigenarum.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Uni Deo et simplici Gloria sit atque laus, Quem orat voce supplici Stans in caelo Nicolaus.

## In Nocturno.

## Antiphonae.

- Velut incisus balsamus Profuderat liquorem, Quo veniente thalamus Fugaverat pudorem.
- 2. Nunc, reges, intelligite,
  Praesidentes ecclesiis,
  Exemplo huius agite
  Relevatis inopiis.
- 3. Clemens, pudicus, humilis
  Nulli nocuit penitus,
  Cunctis factus amabilis,
  Praesul factus est caelitus.

#### Responsoria.

- 1. Tumba confracta marmoris
  Mira prodit fragrantia,
  De reliquiis corporis
  Liquoris fluit copia,
  Quae nullo cursu temporis
  Interrumpitur gratia.
- V. Fragrans odore nimio
  Qui praefulges honore,
  Pietatis profluvio
  Manas fluens liquore.
- 2. Dum distat navis
  plus quam ducentis
  Milibus, mare
  fluctuat ventis
  Artubus sacris
  furtim retentis
  De corpore demptis,
- V. Nec valent iter habere tutum, Si feratur corpus diminutum.
- 3. Quod non desit
  ulla particula,
  Sacris membris
  monstrant miracula,
  Visionum
  certa oracula
  Veri sunt patula;
- V. Ut satisfiat anxio

  Dens prodit cum liquore,

  Ne fiat diminutio,

  Sancti clauditur ore.

## In Laudibus.

- Maris elatione
   Nautae facti territi,
   Liquoris fusione
   De furto sunt proditi.
- Currunt senes cum parvulis
   In exsultatione,
   Sancti occurrunt baiulis
   Mira devotione.

- 3. Adipe et pinguedine Redundant eius ossa, Olei multitudine Semper est plena fossa.
- Benedicant te populi,
   Qui facis mirabilia,
   De loco sacro tumuli
   Mira prodit fragrantia.
- 5. In capsella lignea
  Myrea transportatus,
  Bari tumba marmorea
  Tandem est collocatus.

Ad Benedictus.

A. Dum loco sacri tumuli Mira prodit fragrantia, De membris Dei famuli Liquoris abundantia, Seniores et parvuli Currunt iugi frequentia.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Liquoris rivulo
Patuit pietas,
Ex cuius tumulo
Prodit suavitas,
Caeci ex oculo
Pellitur caecitas,
Subvenit populo
Ipsius caritas.

Brev. ms. Redonense saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 543. A. — Brev. Valentinum imp. Valentiae 1533. B. — In 1. Vesp. super Ps. nur 1 A, die erste B. — A 1, 2 favens laborantibus A. — A 1, 4 transferri manibus A. — A 2, 2 In suorum A. — A 3, 1 Exortatus A. — A 3, 4 in eam A. — A 4, 1 A fehlt A. — Ad Magn. A, 4 thesaurum tantum A. — Ad Matut. Invit: Adoremus regem saeculorum, Quo vivit Nicolaus, honor sacerdotum B. — In Noct. A 2, 4 Revelatis B. — R 1, 8 praefulges odore A. — R 3, 1 sq. Cum non desint sara pericula A. — R 3, 3 sq. Sacris monstrant miracula A. — R, 3, 7 Neci sunt propatula A. — R 3, 8 Ut satisfiat a vitio A. — R 3, 9 Deus prodit A. — R 3, 11 Sanctus A; ore fehlt A. — In Laud. A 1, 1 Laus elatione A. — A 1, 2 taetrici B. — A 1, 3 effusione A. — A 1, 4 De sarcophago sunt A; De furto facti sunt B. — A 2, 2 exaltatione A. — A 2, 3 baiulis fehlt A. — A 2, 4 Bina devotione A. — A 3, 2 Cum redundarent A. — A 3, 3 multitudinis A. — A 3, 4 plena est B. — A 4, 1 Benedicite populi A. — A 5, 1 cassella B. — A 5, 2 Myrea fehlt A, transportant A. — A 5, 3 Mari tumba B. — Ad Bened. A, 1 Dum e loco B. — Ibid. 3 De membris eius famuli A. — Ibid. 6 iugi memoria A. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 5 Caeco A.

## 29 a. De sancto Nicolao.

## In 1. Vesperis.

- Sancti per festa Nicolai state iucundi, Huius qui mundi solvebat plurima maesta.
- Virginibus victum donaverat hic et amictum, Ne per defectum stuprum facerent male rectum.
- 3. Praesul famose, consolator pretiose, Es veluti dignus, sic nobis esto benignus, Qui bonus ut custos salvasti tres nece iustos,
- 4. De vitae flore florens morumque nitore Fulgebat ac[tu] pollens vernansque decore.

5. Inclite, nobilis ac venerabilis, auro praecellis, Tutor amabilis ac venerabilis, esto misellis.

Brev. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Capit. Cracovien. 20. — A 4, 1 floret. — A 5, 2 miseris. — Im übrigen ist das Officium das gewöhnliche prosaische.

#### 29 b. De sancto Nicolao.

## In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- Christe, tuis famulis nobis festa Nicolai,
   Te petimus, praesta venerari laude iucunda.
- Qui terris positus mitis fuit ac moderatus, Consolans miseros confortans atque pusillos.
- 3. Ad caelum migrans, caelorum culmina ditans, Hic relevat multos morborum mole gravatos.
- 4. Digne Deo miles, qui palmam nomine praebes, Pro nobis Christi pugna virtute potenti.
- Credimus in thalami consistere sede superni,
   Posse salvos fieri per te sic fonte renatos.

Brev. Romanum imp. Venetiis 1522. — A 3, 1 culmina caelorum ditans. — A 5, 2 Lies Nos salvos fieri? — Es verdient noch die häufiger vorkommende A ad Benedictus erwähnt zu werden, besonders da sie in Chevaliers Repertorium unter Nr. 3684 als "Hymnus" aufgeführt wird:

Copiosae caritatis Nicolae pontifex, Qui cum Deo gloriaris in caeli palatio, Condescende, supplicamus, ad te suspirantibus, Ut exutos gravi carne pertrahas ad superos.

(Brev. ms. Romanum saec. 15. Cod. Rossian. s. n.)

## 30. De s. Nicolao Lincopensi.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- 1. Christo sit pia laus, quam provexit Nicolaus.
- 2. Festa decent suavi prece verbigenam Nicolai.
- 3. Nos tegat a pravo culpae Deus, arx Nicolao.
- 4. Per veniae clavum,
  Deus, attrahe nos Nicolaum.
- 5. Filiolos Abrahae pater effice nos Nicolae.

Ad Magnificat.

A. Caelice confessor,
pastorum lux, patriae cor,
Ecclesiam pressam,
servili pondere fessam,
Erige, devotos
semper retinens tibi Gotos.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

In meritis vitae
patris nostri Nicolai
Voce Deo suavi,
Goti, iubilando venite.

#### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Novum vas charismatum Puerili flore Redundavit omnium Gratiarum rore.
- Tener gades trivii,
   Hinc quadriviales
   Nactus, pondus studii
   Fixit in morales.
- 3. Relucens hinc omnium
  Dogmatum decore
  Filiali Dominum
  Timuit amore.

#### Responsoria.

- 1. Laetetur Ostgotia
  Plausu timorato
  Nova per tripudia
  Christo, Dei nato,
  Edens nova carmina
  Pro patrono dato,
- V. Quem vox angelica laudat modulamine grato.
- 2. In ausus nefarios
  Tyrannos surgentes
  Arguit sacrilegos,
  Deum non timentes,
  Ut reducat devios
  Ad cor paenitentes,
- V. Est passus varios hostes per flagra trementes.
- 3. Nectar eloquentiae
  Fudit perorando
  Cultor innocentiae,
  Pro clero zelando,
  Actus inclementiae
  Regum detestando,
- V. Ne ruat ecclesiae libertas dissimulando.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

1. Aaron sacerdotio, Paulus in docendo,

- Daniel iudicio, Iob fuit ferendo.
- Hesther fert clementiam, Zelum Maccabaei, Ioseph continentiam, Fidem Elisaei.
- 3. Virtutum moralium
  Ac heroicarum
  Ardet exercitium
  Ut cultor earum.

## Responsoria.

- Carnis petulantiae
   Clericos immersos
   Mentis inconstantiae
   Damnat ut aversos,
   Zelator iustitiae
   Quoslibet perversos,
- V. Moxque suae veniae iunxit per corda reversus.
- 2. Opem laeso stomacho
  Fert eviscerato,
  Iam foetenti pristino
  Colore mutato,
  Omni de remedio
  Plene desperato,
- V. Ex sancti merito dum vita datur lacerato.
- 3. Pastor, decus praesulum,
  Mitis advocatus,
  In campum Elisium
  Digne transplantatus,
  Triplici per meritum
  Palma laureatus,
- V. Auferat exitium nostros delendo reatus.

## In 3. Nocturno.

- Carne virgo nitidus, Martyr ex affectu Et confessor inclitus Fuit in effectu.
- 2. Gratis datam gratiam Se praevenientem

Traduxit in alteram Gratum facientem.

3. Actibus ierarchicis
Tandem insignitus
In votis Seraphicis
Aestuat ignitus.

Responsoria.

1. Eventus prophetico
Spiritu futuros
Praenarravit subito
Multos affecturos,
Ut sic a periculo
Revocet casuros,

V. Inventos animo quasi saxea corpora duros.

2. Nox, dies, ops, aethera
Perhibent beato
Patri testimonia
Clam ciliciato,
Quod mors et daemonia
Cedant invocato.

V. Quam felix patria sibi tanto pignore nato!

3. Sidus poli nobile,

Ducens viatorem

Ultra primum mobile,

Ut comprehensorem

Tuo ductu facile

Ad primum motorem

V. Perducas humile cor, quo mereatur honorem.

## In Laudibus.

Antiphonae.

1. Nilus ut irrorat arentia, corpora trita

Sic Deus ad merita sancti reparando decorat.

2. Compages tumulo
discedens testea fracto,
Quod voluit, cumulo
tegitur sermone peracto.

3. Languens pupilla,
quam ferrum dimidiavit,
Vidit et ex illa
sancto meritum cumulavit.

Ustus et elinguis
 per votaque morbidus omnis
 Sanatur Domino
 benedicens in Nicolao.

5. In te sponsa Deum tua laudat, qua veneraris, Quam, decet ut sponsum, fidei nexu tuearis.

Ad Benedictus.

A. Benedictus Dominus,
Pater gratiarum,
Nicolai precibus
Qui sanat cunctarum
Passionum aditus
Per curas earum.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Salve sidus aureum,
Splendor firmamenti,
Nicolae, subitum
Dans robur languenti,
Fer nobis praesidium
Influxu clementi.

Historia sancti Nicolai imp. Sudercopiae 1525. — Klemming I, 150 fügtbei: "Joh. Brask Ep. Linc.?" Verfasser scheint vielmehr der des Helena-Officiums, also Brinolphus I. zu sein.

#### 31. De sancto Niniano.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Ovans agat haec contio Niniani sollemnia. Trinae vocis tripudio
Laudum sonet obsequia,
Ut mens, lingua et actio
Pari concordent gloria,

Placebit sic laudatio Deo reddenti praemia.

- Ille Pictorum tenebras
   Fugat dans vitae monita,
   Mundi temnens blanditias
   Dux plebis ad caelestia.
- Vita praecessit populum
   Sic sanctitate praevia,
   Nunc haurit vitae poculum
   Dux cum ductis in patria.
- Tanto patrono plaudere Iure debes, Albania, Secura salva sistere, Cum vitas vitae devia.
- Ad caelos migrans hodíe Locandus in deliciis Ad mores fac cotidie Migrare nos a vitiis.
- R. Quod sambuca
  vir Dei circummeat,
  Taurus custos
  armentum vigilat,
  Qui latronis
  dum ventrem perforat,
  Infelicem
  ultor exanimat;
  Mox cadaver
  sanctus vivificat,
  Saulum sternens
  Paulum resuscitat.
  V. Insigne geritur

V. Insigne geritur signum certaminis, Pes saxo iungitur bovis et hominis.

Ad Magnificat.

A. Stirps regalis,
quae vita floruit,
Prolem profert
regem, quem decuit,
Patrum pater
patronum genuit
Ninianum,
quo mundus claruit;
Hic ut sidus
signis emicuit,

Dum Britannos fide perdocuit.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christus laudetur, Niniano laus iubiletur.

### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Ninianus teneris
  Annis constitutus
  Inhiabat superis
  Moribus imbutus.
- Romam petens dogmatis
   Causa visitavit,
   Sed vitae pro meritis
   Praesul remeavit.
- 3. Factus hic Britonibus
  Fidei legatus
  Perfidos sollicitus
  Reprimit conatus.

Responsoria.

- Ninianus nobilis,
   Clarae puer indolis,
   Sacris inardescit,
   Ut sic prosit patriae,
   Se praesentat curiae,
   Qua praesul recessit,
- V. Et coniectu spiritus Eius mentis habitus Martino clarescit.
- 2. Pastor redit,
  fit plausus ovium,
  Plebs oboedit,
  fugit daemonium,
  Reseratur
  fides credentium,
  Cedit error,
  crescit miraculum;
- V. Gens seducta suggestu daemonum Per hunc sanctum credit in Dominum.

3. Rex nequam monita
contemnens praesulis
Luit opprobia
dolore capitis,
Sed quem obduxerat
caecitas luminis,
Firmum reddiderat
in fide numinis;

V. Fit mortis duplicis duplex curatio, Cordis et corporis illuminatio.

## In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Ductu viri iustitiae
   Visu privantur oculi
   Regis, fastu superbiae
   Molesti sancto praesuli.
- Praesul placatus venia
   Lumen amissum reddidit,
   Rex ductus paenitentia
   Christo renatus credidit.
- 3. Crimen matris panditur
  Ex infantis ore,
  Dum confusus solvitur
  Insons corruptore.

## Responsoria.

1. I'er incestum gravidata
Mater, tandem coartata
Partus patrem prodere,
Senem coepit accusare,
Sic se credens excusare
De commisso scelere;
Res stupenda, contra morem
Pandit infans genitorem.

V. Ex infantis
lactentis pectore
Vox virilis
sonat cum robore,
Patrem prodit
victum facinore.

2. Sedens sanctus in refectorio

Et confratres
pascens miraculo
Hortulanum
vocat continuo
Olus ferri
iubens ex hortulo;
Herbam profert
cum seminario
Iam tunc satam
dans grates Domino.

V. Ad praeceptum Niniani
Mens stupescit hortulani,
Sciens tamen nihil vani
Voto sancti succedere,
Ipso die seminatum
Profert terra fructum gratum
Iubente pontifice.

3. Ducem furum
taurus aggreditur,
Cornu bruti
brutalis laeditur,
Rupto ventre
vita discutitur,
Rursum vivus
ac sanus redditur;

V. Discursu devio
volant latrunculi,
In municipio
stringuntur baculi.

## In 3. Nocturno.

- 1. Patrem linquit parvulus
  Verberis timore,
  Quem reduxit baculus
  Vorticis ab ore.
- Lignum florens aridum
   Cunctis stat in signum,
   Fons erumpens famulum
   Probat Deo dignum.
- 3. Niniano singula Parent elementa, Ignis, aer, arida, Pontus et fluenta.

## Responsoria.

1. Virgam timens
reus discipulus,
Fugam subit
adulescentulus,
Clam defertur
magistri baculus,
Quo salvatur
nauclerus tremulus.

V. Multi foraminum patescunt aditus, Incursus fluminum sistit divinitus,

2. Cum collega
vir proficiscitur,
Sic psallendi
locus eligitur,
Atra nube
domus obducitur,
Imber de qua
fusus emittitur,
Supra sanctum
unda restringitur,
Curva nube
cum circumcingitur.

V. Imbri stillam prohibet nubes camerata, Ne vestis vel litera sancti sit rigata.

3. Infans invisus nascitur,
Effigies horribilis,
Vultus dorso transsumitur,
Monstrum formae mirabilis,
Manus, pedes et brachia
Cunctis privantur usibus,
Christi fulgent magnalia
Membris in transversalibus,
Sospes regreditur.

V. Ad Niniani tumulum
Taetrum munus adducitur,
In summi laudis titulum
Sanatus restituitur.

#### Prosula.

 Sospitati Niniani Aegros dat oratio, Tumor cedit hydropicis
et leprae contagio,
Redditur vita defunctis
et mutis locutio,
Caecis visus, claudis gressus
et surdis auditio.

2. Gaudent portu naufragati
et sterilis filio,
Liberantur carcerati,
dementes daemonio,
Fugit phtisis, gutta, febris,
epilensis passio,
Aridorum membra suo
redduntur officio.

3. O quam probant sanctum Dei furum liberatio,
Oculorumque membrorum nova restitutio!
Ergo laudes Niniano nostra psallat contio,
Nam qui corde poscit illum loto prius vitio,
Sospes regreditur.

## In Laudibus.

Antiphonae.

1. Collaudemus omnium summum creatorem, Suum qui mirificat signis confessorem.

Ad sancti reliquias
 Sitiens virtutem
 Monstrum, Deo gratias,
 Recipit salutem.

3. Hunc pro luce perdita
Pulsante puella
Laeta luce reddita
Redit iam novella.

Morphea mortifera,
 Quae corpus obsessit,
 Non linquens vestigia
 Corpori recessit,

Niniani meritis
 Morbida curantur,

Caeci vident, audiunt Surdi, muti fantur.

Ad Benedictus.

A. O quam pia pura
Patris almi cura
Circa simplices!
Nulli nam in vanum
Poscunt Ninianum,
Quamvis complices
Culpae sint et rei,
Dum in arce spei
Constant supplices;
Hic corde contritos
Solvit compeditos
Frangens compedes.

## In 2. Vesperis.

R. Nos, qui sumus involuti
Vitiorum funibus,
Dementes atque imbuti
Delictorum sordibus,

Niniane, te rogamus
Fave, supplicantibus,
Ut caelorum řex placatus
A te fusis precibus
Nos mundatos a peccatis
Iungat caeli civibus;

V. Nobis sis patronus
Pius, pastor bonus,
Memor miseris,
Qui te colunt corde,
Purgatos a sorde
Redde superis.

Ad Magnificat.

A. Pastor, pasce gregem,
superum pete progrege regen,
Gratus reddatur
et ovili restituatur,
Lumine perfunde
famulos virtutis abunde,
Lucifer aeternae
lucis, Niniane, superne.

Brev. Aberdonense imp. Edinburgae 1510. — In 1. Vesp. A 1, 4 sonat. — A 2, 3 contemnens. — A 3, 3 hausit in te poculum. — In 2. Noct. A 3, 3 confusis — In 3. Noct. R 2, 13 Imbris. — Prosula 1, 5 Reddatur vita functis. — 2, 5 thisis. — 3, 7 Namque corde poscunt. — 3, 9 fehlt, wird aber vom Sinne gefordert und ist aus der Stammsequenz zu ergänzen. — Die zugehörigen Hymnen cfr. Anal. XIX, Nr. 408—410.

#### 32. De sancta Oda.

## In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Laetare, Taxandria,
   Oda tibi data
   Ex Scotorum patria,
   Deo decorata.
- 2. Virgo solitarie
  Christo famulatur,
  Oda odis gloriae
  Caelitus lactatur.
- 3. Oda, virgo sapiens, Spiritu renata, Lubrica despiciens Deo fit amata.
- 4. Corpore sanctissima Terrae commendato

Caelo vivit anima Lumine beato.

- Hierusalem filia,
   Oda, Deum ora,
   Ut det nobis gaudia
   Pacis celsiora.
- R. Regnum mundi et gaudium Contemnens propter Dominum Oda odis caelestium Datur choreis virginum,
- V. Angelicis melis laetatur virgo fidelis.

Ad Magnificat.

A. Ave, Oda, virgo Christi, Ave, proles regia, Audi odas, quas dant isti Tua chori gloria; Nos exutos morte tristi Tua per suffragia Ad superna, quae petisti, Vitae ducas gaudia.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Sponso pudicitiae Iubilemus Christo, Qui dat odis gloriae Odam die isto.

#### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Generoso sanguine
   Oda virgo nata,
   Gloria te, Domine,
   Gaudet coronata.
- Sponsa sponsi thalamo Virgo collocata Dat odorem balsamo Digne comparata.
- 3. Innocentem manibus

  Hanc et mundo corde
  Suis Deus coetibus

  Fert a mundi sorde.

## Responsoria.

- Votivis Odae virginis
   Festum colentes gaudiis
   Patrem laudemus luminis
   Dignis laudum praeconiis.
- V. Dulcisonis melis, plebs, virgini psalle fidelis.
- 2. De stirpe virgo regia
  Oda Scotorum genita,
  Fide, vita egregia,
  Virtute fulget inclita,
- V. Christo sacrata fit sacro fonte renata.
- 3. Interiori lumine
  Sponsum contemplans
  gloriae,

Mundi despecto crimine
Templum fit pudicitiae,

V. Sanctorum signa veneratur virgo benigna.

#### In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- Corporali specie
   Placens genitori,
   Totam regis gratiae
   Aptat se amori.
- Caecitate primitus Corporis exuta, Nova fit divinitus Domino adiuta.
- 3. Christum super omnia
  Diligens in mente,
  Recedit a patria
  Patre nesciente.

Responsoria.

- 1. Gratia Christi oculis
  Lamberti lucens meritis
  Tantis laeta miraculis
  Oda resultat debitis,
- V. Amotis tenebris formatur virgo celebris.
- 2. Visu accepto caelitus
  Patris reducta partibus,
  Terrena spernens penitus
  Tota haeret caelestibus,
- V. Oda pie Christo mundo famulatur in isto.
- 3. Patrem linquens et patriam
  Ob pestem carnis lubricam
  Pervenit ad Taxandriam,
  Vitam ducens angelicam;
- V. Victis illecebris silvae latet Oda latebris.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Virginis confessio Odae delicata

- Dei placet filio Sanctis comprobata.
- 2. Populo Taxandriae

  Lux est orta iusto

  Facto patre patriae

  Virgine onusto.
- 3. Novum cantans canticum
  Domino, decora,
  Nos ad regnum caelicum
  Duc a mundi ora.

#### Responsoria.

- 1. In loco solitario
  Soli serviens Domino
  Caeli locatur solio
  Expleto cursus termino,
- V. Odas virginea Christo canit Oda chorea.
- Caeli coniuncta incolis
   Summis ditatur praemiis,
   Mundo salus christicolis
   Signis coruscat variis;
- V. Oda Deo digna dat terrae caelica signa.
- 3. Christum, patrem luminum,
  Sponsum, virgo, virginum,
  Nobis fac placatum,
  Ut a valle criminum
  Regnum ad interminum
  Ducat nos beatum;
- V. Sponso devota famulantum fer pia vota.

## In Laudibus.

## Antiphonae.

- 1. Oda virgo Domino
  Regnans in decore
  Emicat in termino
  Lilii candore.
- 2. In his terrae terminis

  Deo iubilate

  Odis Odae virginis

  Laeti sanctitate.
- 3. Dei sub velamine Odae exsultanti

- In caelesti lumine Collaetantur sancti.
- 4. Benedicant omnia
  Dominum factorem,
  Vocantem ad gaudia
  Odam, mundi florem.
- Laetans in cubilibus Summi Oda regis, Gratas fac caelestibus Tui odas gregis.

#### Ad Benedictus.

A. Benedictus, Domine,
Es in Oda, virgine
Tibi dedicata,
Fide, vita, nomine,
Oculorum lumine
Te illuminata,
Cuius nos precamine
Pacis longitudine
Frui fac beata.

## In 2. Vesperis.

- Oda Deo grata, fidei virtute probata, Nos prece sacrata det vivere luce beata,
- Laus, decus Oda gregis, divinae lux nova legis, Christi collegis nos iungat filia regis.
- Nobilis Oda Dei virgo pia, forma fidei, Nos ad regna vehi veri petit alma diei.
- Oda fide digna, clemens, pietate benigna, Nos tibi consigna tutos a fraude maligna.
- Virgo, matrona,
   vitae redimita corona,

Iustitiae zona praecingi nos prece dona.

Ad Magnificat.

A. Gaudens, Roda, rosa data Dominum magnifica, Tua Oda odis grata
Virgine mirifica,
Cuius prece mundi faece
Nos mundari supplica,
Ut hac duce pacis luce
Perfruamur caelica.

Propium S. Iohannis Boscoducensis imp. Antwerpiae s. a. — In 1. Noct. A 1, 3 Gloria tibi. — R 2, 2 progenita. — Zu beachten ist der Reim in den RR; stumpfer Reim verbindet alle vier Zeilen derselben, klingender nur je zwei. — Hierzu der Hymnus: Iesu corona virginum (Anal. XXIII, 249).

## 33. De sancto Odgero.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. O pater Odgere,
Tua de memoria
Laetos da videre
Post hace transitoria
Deum et gaudere
Vultus sui gloria.

Super Magnificat.

A. O virum Odgerum,
Sanctum et sincerum,
Servum Iesu Christi,
Quem, rex angelorum,
Huc de Britannorum
Finibus misisti,
Ut nos sua prece
Tolleres a nece
Damnandorum tristi.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Celebrantes gaudeamus Odgeri memoriam, Ut cum eo videamus Trinitatis gloriam.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hic ut lignum complantatum Secus aquae cursum Dedit Deo fructum gratum Semper crescens sursum.

- 2. Disciplinam apprehendit,

  Deo cum timore

  Serviens se totum pendit

  Eius in amore.
- 3. Huius caput exaltasti,
  Voce dum clamavit,
  Monte sanctoque locasti,
  Domine, quem optavit.

Responsoria.

Fuit vir in Britannorum
 Partibus beatus,
 Nobili de magnatorum
 Stirpe procreatus,
 Morum melior sanctorum,
 Odgerus vocatus;

V. Non loquebatur os eius opera hominum, propter verba Dei custodivit vias duras.

- 2. Ut industriam Odgeri
  Parentes viderunt,
  Sanctis viris, quo doceri
  Posset, tradiderunt,
  Quorum votum Dei veri
  Dono perfecerunt;
- V. Puer pandit voluntate, Iam maiores quod aetate.
- 3. Erat ei ad primaevos Magna reverentia

Mira inter coaequaevos
Et obedientia
Et eventus contra saevos
Grandis patientia;

V. Annis in teneribus
Curvum iam se praebuit,
Uncus ut operibus
Fieri bonus debuit.

## In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Filii, scitote,
   Quod mirificavit
   Deus hunc devote,
   Qui se invocavit.
- Ad te, Deus, mane Odgerus oravit, Tunc, quod iniqua ne Vis, consideravit.
- 3. Hic, ab angelis quem parum,
  Deus, minorasti,
  Supra caelos iam praeclarum
  Gloria coronasti.

## Responsoria.

- 1. Innocenter pueriles
  Annos hic transcendit,
  Voluptates cor ad viles
  Carnis non appendit
  Nunquam suasus ad hostiles
  Deum et offendit.
- V. Custodivit vias Domini nec impie gessit a Deo suo.
- 2. Cordi Deus inspiravit
  Praesulis ibidem
  Invenisse suum David
  Servum, tunc et idem
  Sacros pie ministravit
  Ordines eidem;
- V. Deus Odgerum praeclarum
  Ob humilitatem
  Extulit et levitarum
  Dedit dignitatem.
- 3. Quantus in diaconatus Fulserit officio

Vir Odgerus, Deo gratus, Non potest indicio Explicari, nam notatus Non est unquam vitio;

V. Sedulus oratione, Sanctus conversatione, Famae clarus omnis bonae.

## In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Iustus vixit dum hic esset, Ergo digne Dei Monte sancto nunc quiescet, Collaetemur ei.
- Lapide de pretioso
   Sertum Deus capite
   Dedit huíc glorioso;
   Quantus hinc sit, sapite.
- Innocens hic manibus, Mundus exstat corde, Non dans os inanibus Vixit sine sorde.

## Responsoria.

- Dum crevisset in perfectum Virum vir beatus, Quomodo vitam ad effectum Sanctioris status Duceret per iter rectum Saepe meditatus;
- V. Et qui non renuntiat omnibus, quae possidet, non potest meus esse discipulus.
- Fama venit sancto viro, Quod Plechelmus atque Wiro Sancti in exsilium Se transferre disponebant Propter Iesum, quem colebant, Christum, Dei filium.
- V. Quibus se non serus
  Iunxit in auxilium
  Dei vir Odgerus
  Propter Dei filium.

- 3. Felix nimis es, Odgere,
  Ergo digne tuam vere
  Colimus memoriam,
  Teque tuos qui sprevisti,
  Quidquid quoque possedisti,
  Ob aeternam gloriam;
- V. Verba, vitam, crucem Christi Nunquam a te posuisti.

#### In Laudibus.

Antiphonae.

- Cum Plechelmo, cum Wirone, Sibimet austerus, Summa cum devotione Iunctus est Odgerus.
- 2. In his trinis adunatis
  Trinitatis nomine
  Iuxta verbum veritatis
  Medius eras, Domine.
- Hi tres navim ascenderunt Gratia cum magna,
   Ad Pipinum et venerunt Aequoris per stagna.
- 4. De adventu fit Francorum Rex exhilaratus

Horum trium beatorum, Quos suscepit gratus.

 Moutem Petri tunc a rege Poscunt sibi dari, Quo degebant Christi lege Sanctitate clari.

Ad Benedictus.

A. Hodie lux levitarum
Occidit Odgerus,
Qui fulget deliciarum
In monte sincerus,
Ad quem rex laetitiarum
Nos perducat verus.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O pater Odgere,
Nos oves tuere
Tuas, venerabilis,
Ne nos in aeternum
Trahat ad infernum
Lupus exsecrabilis,
Sed post haec ad chorum
Nos duc beatorum,
Qui est delectabilis.

Antiph. ms. Lonense anni 1478. A. — Antiph. ms. Lonense. s. n. saec 15. B. — Lesarten bieten die beiden Quellen nicht; B ist aber unvollständig. indem es mit der dritten Nocturn schließt.

#### 34. De sancta Odrada.

## In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Adest dies laetabunda, Vitans saeculi iucunda, Vitiorum de sentina Trahat nos haec medicina, Virgo sancta, odor Dei, Ne damnemur culpae rei.
- Prudens virgo vígilavit
   Sponsum sequens et intravit
   Ianuam caelestis vitae,
   Carens omní mala lite,
   Vas repletum oleo
   Tenens mundi termino.
- 3. Haec sagena Deo plena
  Misit rete maris vena
  Non corruptum, sed constructum,
  Deitatis manu ductum,
  Prendens semper studiose

Opus bonum non dolose.
4. Digna laude sit Odrada,
Granum serens metit blada,
Spernens hacc negotiatrix
Mundi opes, larga datrix

Agro celans margaritam Comparavit sibi vitam.

 Nata regum stirpe bona, Virgo Christi, Dei zona Lampas inexstincta manens, Deum caeli semper canens, Cervo similis ad aquam Currens non insatiatam.

## Ad Magnificat.

A. Laudem divinam
dicamus carmine trinam,
Qui nos ditavit
et corpore sancto beavit
Odradae virginis
adiunctis ceteris sanctis,
Reliquiis quorum
fovemur, alme deorum
Templo nostro. Deus,
da nobis scandere choros
Caelorum civium
psallendo tecum in aevum.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem sanctarum laudemus, agmine quarum Odradae spiritum suscepit in paradisum.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

Radix bona parit,
 infantem sanctificavit
 Sacro lacte matris,
 sic crevit studio patris.

Creator Christus
 cunctorum, forma venustus,
 Hanc pulchram fecit
 Odradam sibique subiecit.

3. Petitur a multis
decora virgoque vultus,
Coniugio summo
aptari petit in caelo.

#### Responsoria.

1. Accedamus mente bona, Laudes sonent in patrona Deo super omnia, Dreves, Historiae rhythmicae. VII. Quam fulcitam sanctitate Fixit Christus castitate Sumens diva munera;

 V. Pulsans hanc votis haec plebs et precibus totis.

2. Virgo more decorata

Semper vixit vita grata

Carens omni macula;

Nosque serves tuos servos

Sternens hostes hic protervos,

Pallio ut aquila

 Tuae precis alis gregem tuum serves a malis.

3. Ista Iudith speciosa,
Forma placens generosa,
Orans pro spe gratiae;
Libera tu plebem gratam,
Christo regi adfidatam
Fidei acumine,

V. Ut non Holofernes noceat his, nec sic aspernes.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Ex meritis claris
laus Dei, virgo, vocaris,
Linquens terrena
paradisi petis amoena.

 Crescit flos rosa sub spinis valde formosa, Quam Deus aeternus elegit ab utero matris.

3. Defuncta matre
tunc odia tulit a patre,
Ob novae novercae
rectricem tendit ad arcem.

## Responsoria.

Esther pia, sine mora
 Placa regem et implora
 Precibus iustitiam,
 Ne culpemur, sed Assuerum
 Redde pium, per hunc clerum
 Lava culpae vitio,

- V. Culpae scripta dele, nos purga dono medelae.
- Rosa fragrans inter spinas, Rubens Rachel, medicinas Ferens amicitiae, Hanc dilexit Iacob vero Potans eam dulci mero Signo pudicitiae;
- V. Roga, virgo digna, pro nobis voce benigna.
- 3. Pater carnis istam odit,
  Sub novercae manu fodit
  Matris carens specie,
  Instat nata prece lata
  Secum iens dedicata
  Visitare climata,
- V. Feram aptavit, post patrem cito meavit.

#### In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- Virtutum mola terit virgo tria grana, Cum quibus multa suscepit dogmata fulta.
- Multos vocavit,

   a faece criminum lavit,
   Fontis undam Christi
   potabilem esse fecisti.
- 3. Ut rivus a fonte
  derivatur, scandis a monte,
  Filia pulchra Dei
  vocaris ordine rei.

## Responsoria.

- 1. Qui prophetam cibo pavit,
  Danielem latitavit
  Lacu subterraneo
  Cum leonibus modestis,
  Sic ancillam tuam vestis
  Tuo propugnaculo,
- V. Saeva morte dira laudemus ut tua mira.

- 2. Haurit aquam, laus in caelis,
  More gentis Israelis
  Fonte dato caelitus
  Haustum sumit, sitim sanat,
  Surgit virgo, mox infamat
  Rivus terra editus;
- V. Lepram servorum absterge, sancta, tuorum.
- 3. Auro tecta arca Dei,
  Intus, foris, nam tropaei
  Tenens semper culmina,
  Quae corona auri pura
  Fabrefacta Christi iura
  Legens in ecclesia;
- V. Audi, virgo pia, tu es haec arca divina.

#### Prosula.

- Psallat cum tripudio
   Caeli sumpta solio,
   Veneremur cernui
   Odradam sanctam singuli.
- Virginale gaudium
   Dicamus nos ad Dominum,
   Qui de matre virgine
   Vult nasci mundi crimine.
- 3. Ergo nos cum cantibus Pulsantes consonantibus Laudemus trinam machinam, Quam poli laudat curia.

## In Laudibus.

- 1. Laudes dignae dentur Deo, Qui Odradam in tropaeo Fortem fecit, hostem iecit Omnis immunditiae.
- Mundi fastum abdicavit
   Virgo Christi, quam ditavit
   Deus pater, caeli rector,
   Donis pudicitiae.
- 3. Deum trinum, quem sitivit,
  Corde puro concupivit,
  Corpus tenens vinculo
  Annis sub infantiae

- 4. Benedicant in patrona
  Deum cuncta, cum corona
  Hanc ornavit propter bona
  Virtutum innocentiae.
- 5. Sanctae Dei exsultabunt, Laeta mente voces dabunt, Regem regem collaudabunt Filiae prudentiae.

Psalt. ms. Alemnense saec. 15. Cod. S. Petri Boscoducen. s. n. — Iu 1. Noct. R 1, 2 sonant. — In 2. Noct. R 1, 6 Malae culpae. — Die AA ad Bened. und ad Magn. in 2. Vesp. sind prosaisch. Die zum Offizium gehörigen drei Hymnen vergl. Anal. XXIII, 250 ff.

## 35. De sancto Odulpho.

#### In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- 1. Militans Christo ecclesia
  Ducat cum triumphante gaudia,
  Auget nam numerum
  supernorum
  Odulphus, coheres sanctorum,
  Pro meritis laborum
  Possidens portas
  inimicorum suorum.
- R. Miles Christi gloriose,
  Odulphe sanctissime,
  Tuo pio interventu
  culpas nostras ablue,
  V. Ilt caelestis regni seder

V. Ut caelestis regni sedem valeamus scandere.

Ad Magnificat.

A. Confessor Domini Odulphus,
Summi praeco
regis constantissimus,
In caelestibus regnis fruitur
Gloria lucis perpetuae,
Quam mundo lucerna
Indeficiens verbo
Ministravit et opere;
Sacerdos Dei, Odulphe,
Pro nobís miseris intercede,
Ut et nos tuo
pertingamus suffragio,
Quo te veritatis
perduxit confessio.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.
Iubilemus Deo
nostro salutari,

Cui Odulphus gaudet aeternum modulari.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Clara fudit prosapia
   Odulphum confessorem,
   Laturum suo generi
   permaximum decorem.
- Renatum aqua et spiritu praevenit diva gratia, Per quam proficiebat aetate et sapientia.
- 3. Datur puerulus
  literis doctum iri,
  Infunditur desursum
  A patre luminum
  ingenii acumen miri.

## Responsoria.

 Celto genere oriundus, Mente et actu mundus Ornavit pueritiam Odulphus

per morum gratiam, Serviturus Domino in san

- V. Serviturus Domino in sanctitate et iustitia coram ipso.
  - 2. Felices progenitores
    tantae prolis
    Tantam prolem
    tradunt scholis,
    Elementa literarum
    Perdocetur flos scholarum.
- V. Optavit et datus est ei sensus, venit in illum spiritus sapientiae.

- 3. Angelus per visum
  Adfatur Dei virum
  In Traiectum propere
  Frederico
  praesuli coniungere;
- V. Cum sancto sanctus eris et cum innocente innocens eris.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Praerogativa intellectus, Morum trames simplex et rectus Miraculum praebebat, Samuelis instar praeferebat.
- Minor in effectu,
   Maior in affectu
   Portendebat, quid ageret,
   Iuventa cum succederet.
- 3. Induit benedictionem
  Per ordinum impositionem,
  Donec fuit sublimatus
  Gradu presbyteratus.

## Responsoria.

- 1. Odulphus, lampas cleri,
  Sors ipse et pars Dei,
  Iam maturior aevi
  Post gradum Levi
  Sacratur immolare
  Sacrum immortale,
- V. Sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus.
- Posthabuit, quod habuit, Spe aeternorum Odulphus, currens viam Dei mandatorum;
- V. Non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit.
- 3. Exstincto contumace,
  Qui sprevit praesulatum,
  Statuit Odulphum
  Praesulem probatum,

V. Quia beneplacitum est Domino in populo suo.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- A Roma post angelicum Odulphus ad Fredericum, Electus ad electum Pervenit Traiectum.
- Flos cleri Traiectensis
   Virtutibus vernat immensis,
   Filius Bodgysi
   Hospes in mundo,
   heres paradisi.
- Ignis absumens cellam Baculum et tabellam Non laesit confessoris Ministrans ventum roris.

#### Responsoria.

- 1. Variis donis
  Supernae infusionis
  Amor salvatoris
  Ditavit mentem confessoris;
- V. Timor Domini sanctus permanens in saeculum saeculi.
- Laborum dura series
   Coronae fit materies,
   Odulphum Deus coronavit,
   Nam legitime certavit.
- V. Iudicabit nationes et dominabitur populis.
- 3. O patrone, Odulphe, obtine
  Nos Deo et tibi digne famulari,
  Ut Euge dominicumpromereamur,

Quicunque tua festa veneramur.

V. Cum Dominus venerit rationem

ponere cum servis, Tuis, pater, succurre catervis.

## In Laudibus.

## Antiphonae.

1. Recessurus a Fresia Verbi sator inculcat Plebi verbum fidei, MEDICECT immaculatam Dei.

ST. MICHAEL'S

- 2. Scitote, inquit, imminere
  Dies calamitatis et miseriae,
  Dies ultionum,
  Tempus retributionum.
- 3. Surget gens contra gentem,
  Adducet Dominus
  Populum, malleum
  Vestrae terrae
  vectem conterentem.
- 4. Dum lapis hic emerserit, Qui se undis immerget, Ilico pax bellorum Sanguinem absterget.
- 5. Evenerunt singula,
  Quae praedixit Odulphus,
  Os praesagum sancti spiritus,
  Vates Fresonum inclitus.

#### Ad Benedictus.

A. Super lectum doloris
Languebant membra
confessoris,
Vocatione Dei exitum mortis
Operiebatur anima fortis,
Post sumptam eucharistiam
Exsul mundi
intrat caelestem patriam.

## In 2. Vesperis.

#### Ad Magnificat.

A. Assumpta Odulphi anima
Assumptionis fulsere indicia,
Nam hausere nares superstitum
Odorem insolitum,
Odorem unguentorum
De nectare angelorum.

#### Suffragia.

A. Odulphi intercessio
Nostra sit tutela,
In pace et in proelio
Ad repellenda tela
Hominum et daemonum.

#### Responsoria.

- 1. Petrae submersae
  Et emergentis per se
  Odulphus miraculo
  Futura signavit populo,
- V. Plenus fide et spiritu sancto.
- Ad decessum viri Dei Adfuere angeli, Quod probavit odor suavitatis Artubus exanimatis;
- ∇. Murra et gutta et casia a vestimentis suis.

Antiph. ms. Traiectense saec. 13. Cod. Mus. Germ. 4984. — Die Handschrift scheint aus dem friesischen Anteile der Diöcese u. z. aus einem Norbertiner-Stifte zu stammen. In der 1. Vesper der Hymnenanfang: Ave, Odulphe; vergl. Anal. XI, Nr. 188.

#### 36. De sancta Ottilia.

## In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. O praeclara sponsa Christi, insignis Ottilia,
Angelorum coaequalis, martyrum consocia,
Nostrorum resolve peccatorum vincula,
Ut nos tua annua recensentes sollemnia
Paradisi sempiterna nanciscamur gaudia.

- R. Virgo Christi Ottilia, Christi cohaeres inclita, Semper pro tibi devota Intercede familia,
- V. Ut te praevia Caeli mereamur gaudia.

## Ad Magnificat.

A. Magnorum proles,
generosa stemmate fulgens,
Moribus eximiis
superans iam vota parentum,

Beata virgo Ottilia Pervenit ad gloriam.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Magnum regem, Christum, sponsum adoremus virginum, Qui beatae Ottiliae saeclum dedit vincere.

#### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Stirpe clara edita Ottilia, Galliarum in finibus sumpserat exordia.
- Annuente miro
   Dei nutu contigit,
   Ut ab ipso matris alvo
   expers esset luminis.
- 3. Cuius Deus orbitati miseranter condolens Reformavit ipsi lumen per Bildolphum praesulem.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- Hanc dumiam praesul praefatus sacro fonte abluit,
   Alter pontifex, Erhardus,
   a baptismo suscepit.
- Virgo Christi Ottilia, sacro lota lavacro,
   Visu gaudet reformato, dum linitur chrismate.
- 3. O miranda et laudanda Domini clementia, Sponsam suam illuminans per beatos praesules.

#### In 3. Nocturno.

Antiphonae.

- A Domino roborata laetatur Ottilia, Patri suo peccatorum impetrata venia.
- Ad probandam almitatem gloriosae virginis Eius mamilla nutricis incorrupta perstitit.
- 3. Lux caelestis exoranti
  virgini emicuit,
  Atque maerens voce dulci
  consolatur Domini.

#### In Laudibus.

Antiphonae.

- In honore trinitatis
   tres plantavit tilias
   Perdurantes in praesenti
   ob sanctae memoriam.
- Apparens sanctae Baptista cum mirando lumine Domus Dei construendae loci signat spatium.
- 3. Boves cum plaustro liberavit a mortis periculo, In declivum decidentem a mortis cacumine.
- 4. Eius fide virtus Christi renovatur solida, Vas exhaustum redundavit claro vini latice.
- In virtutes adcrescendo sacro plena spiritu
   Longe suum praecognovit imminere transitum.

Ad Benedictus.

A. Nexu carnis resoluto
sacro eius spiritu
Admirandus fraglans odor
per longinqua spargitur,

Acsi domus cuncta plena foret aromatibus, Qui dierum octonorum illic mansit spatio.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Sancta praeconia recolentes Venerandae Ottiliae Nostrae prosequamur voces Cum iubilo laudis. O alma Christi famula, Choris caelestibus iuncta, Supernorum civium amica Sanctorumque omnium socia, Intercede ad Deum pro nobis, Ut tecum mereamur Ascribi in caelis.

Brev. ms. saec. 15. Clm. Monacen. 24006. A. — Brev. ms. Carmelit. anni 1464. Cod. Bambergen. Ed. VII 36. B. — Diurn. ms. Pataviense saec. 14. Clm. Monacen. 11013. C. — Viaticus Misnensis imp. Lipsiae 1502 D. — Brev. Misnense imp. Lipsiae? 1517. E. — In 1. Vesp. Super Ps. A, 4 consorcia A; es folgen noch 4 prosaische AA. — Ad. Magn. A, 2 stemmatum C. — RR in allen 3 Noct. prosaisch. — In Laud. ad Bened. A, 8 spatio mansit C. — Hierzu die Hymnen Anal. IV, Nr. 408 und 409.

#### 37. De sancto Ottone.

## In 1. Vesperis.

- R. O magnum et memorandum,
  O vere beatum virum,
  Cuius tanta industria
  Sancta crevit ecclesia,
  Qui Christo Domino novam
  Lucratus est familiam.
- V. Operibus manuum eius benedixit Dominus.

## Ad Magnificat.

A. Gloria sanctorum,

Iesu, spes, vita tuorum,
Cuius suffulta gratia
Gaudet beata anima
Pii praesulis Ottonis
Aeternis ditata bonis,
Annue votis supplicum
Pastorem venerantium,
O summe princeps pastorum.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Pervigiles in laudibus Domino exsultemus, Qui pium patrem Ottonem Suam duxit in requiem.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Ex nobili prosapia Genuit felix Suevia Ottonem, Dei gratia Quem nutrit ab infantia.
- Hic ad exemplum sanctorum Facies animalium Imitatur caelestium Assumens pennas virtutum.
- 3. Spernens mundi vanitatem
  Per fidem, spem, caritatem
  Iugiter crevit in Deum,
  Summam sperans praemiorum.

## Responsoria.

- 1. Claris ortus natalibus Otto praesul venerandus, Religiosis actibus Ornare studuit suae Nobilitatis lineam,
- V. Gratia Christi praeventus Divinis rebus intentus.
- 2. Religiosus et pius Puer gravitate morum Crescens in virum perfectum

- Profectu virtutum scandit Altum praesulatus gradum,
- V. Non sibi sumit honorem, Sed vocatus tamquam Aaron.
- 3. Bonus pastor in populo
  Et caelestia commoda
  Et terrena stipendia
  Suis praebuit ovibus,

V. Fidelis et prudens dispensator Dominici tritici mensuram.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Amator religionis
   Maximis virtutum donis
   Caelitus erat ditatus,
   Deo in omnibus gratus.
- Ordine promotus sacro Venerabilis Otto Ut gemma fulsit in clero Omnem transcendens gratiam.
- 3. Christum diligens ardenter Miseretur hilariter Et tribuit simpliciter, Quae in terris possederat.

#### Responsoria.

- 1. Flagrans divini amoris
  Igne vir venerabilis,
  Verbo praedicationis
  Infudit lumen fidei
  Idolatrae nationi
- V. Domino cooperante Et sermonem confirmante.
- Sacerdos apostolicus Praeclarum virtutis opus Inter gentes operatus Aedes profanas destruxit Et ecclesias construxit.
- V. Quoniam immolaverunt Daemoniis et non Deo, Diis, quos ignorabant.
- 3. Aestuans igne divino Venerandus praesul Otto

Divini operis fructum Propensius exsequitur, Monasteria construens Et sanctorum gregem pascens.

V. Iucundus homo, qui miseretur et commodat.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- A Domino praeelectus Sublimatur vir beatus In sede pontificatus Deo dignus episcopus.
- 2. Coenobiorum fundator, Sacri cultus propagator Ecclesiis, quas construxit Praedia large tribuit.
- Fungitur apostolico
   Vir beatus officio,
   Cum Paulo ad gentes missus
   Gentium fit apostolus.

#### Responsoria.

- Favente Christi gratia
   Doctor prima haec spolia
   Tulit de idolatria
   Tria hominum milia,
   Quae convertit ad Dominum;
- V. Adduntur his multo plura Pommeranorum milia.
- 2. Furens gentilium turba
  In necem sancti armatur,
  Sed manus omnipotentis
  Brachia eorum ligat,
  Ne servum Christi laederent.
- V. Irruit super eos formido ct pavor in magnitudine brachii tui, Domine.
- 3. Hodie vir clarissimus,
  Pommeranorum apostolus,
  Ad patres suos collectus
  Assumptus est in requiem
  Post huius vitae laborem,
- ∇. Ut inhabitet in domo Domini in longitudinem dierum,

### In Laudibus.

Antiphonae.

- Ad opus Dei strenuus Pius Otto episcopus Ecclesias, quas fundavit, Bonis plurimis ditavit.
- 2. Ecce, floret ut lilium
  Illius sacerdotium,
  Cuius pia memoria
  Permanebit in saecula.
- 3. Lucet verbo et exemplo Praesul venerandus Otto, Cuius praedicatione Fructus crevit ecclesiae.
- 4. Almi patris industria
  Multa dedit incrementa
  Ecclesiae catholicae
  Gentium conversione.
- 5. O Christe, Ottonis decus, Hic laus tua, tu illius,

Cui cum sanctis perpetua Das perfrui laetitia.

Ad Benedictus.

A. Quasi stella matutina
In huius mundi tenebris
Virtutum lucet exemplis
Vita tanti pontificis
Ad dirigendos pedes
Nostros in viam pacis.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O pietas salvatoris
Per omnia laudabilis,
Qui famulum suum vere
Vivere monstrat apud se,
Cuius illustrat tumulum
Gratia curationum.

Brev. ms. Caminense saec. 15. Cod. Stetinen. (Gesellschaft f. Pommersche Gesch. u. Altertumskunde) s. n. A. — Brev. Misnense imp. s. l. 1483. B. — Brev. Misnense imp. Lipsiae? 1517. D. — Brev. ms. Cisterciense saec. 15. Clm. Monacen. 26222. E. — Brev. ms. Cisterciense saec. 15. Clm. Monacen. 26224. F. — Brev. ms. Heilsbronnense saec. 15. Cod. Erlangen. 704. G. — Brev. ms. Langheimense saec. 14. Cod. Bambergen. Ed. VII. 7. add. saec. 15. H. — Brev. ms. Langheimense saec. 14. Cod. Bambergen. Ed. VII 10. add. saec. 15. I. — E bis I haben monastische Form, die nicht in Betracht kommen dürfte; dieselben haben (in 2. Noct.) drei AA mehr:

- 4. Qui fretus Dei gratia Cum virtutum potentia Claruit in ecclesia Verbo et sapientia.
- 5. Divinitus est directus Praedicator egregius

- Iugo fidei subdere Colla gentis incredulae.
- Ritus sacrilegos destruxit, Multos ad fidem convertit, Gaudens Christi incrementum Et diaboli detrimentum.

Die A ad Cant. ist prosaisch; in Bezug auf die RR tritt nur Umstellung ein, die drei RB, welche der kürzern Form fehlen, sind prosaisch. — In 1. Vesp. R O beatum pontificem etc. BCD. — In 1. Noct. R 2, 7 vocatus a Deo, alle Quellen; doch wohl nur Reminiscenz aus der Vulgata. — In 2. Noct. RR 1 u. 2 umgestellt BCD. — In 3. Noct. R 3 O magnum et memorandum etc. BCD; A hat im Texte das R:

O beatum pontificem, Apostolorum concivem, Qui suo erat tempore Lux et decus ecclesiae, Nunc laetus vivit cum Christo In sanctorum collegio. Am Rande dann die Bemerkung: dies R werde infra Octavam gesungen; in die: Hodie vir clarissimus etc., was ebenfalls am Rande steht; BCD setzen dies R in 2. Vesp. — Hierzu der Hymnus Haec dies celebris oder Dies nunc celebris (BCD), cfr. Mone III, 473.

#### 38. De sancto Pancratio.

### In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. In caelesti patria
Gaudent sanctorum agmina,
Ubi Christi famulus,
Beatus Pancratius,
Exsultat in gloria,
Cuius nobis precibus,
Iesu benigne, quaesumus,
Confer aeterna gaudia.

### Ad Magnificat.

A. Ierusalem et Sion filiae,
Pancratium videre venite
Cum corona victoriae,
Qua coronatus est hodie
A sponso suae matris ecclesiae,
Cuius, Domine, interventione
Tua salvemur propitiatione.

Ad Nunc dimittis.

A. O martyr invictissime,
Pancrati beatissime,
Qui in Christi confessione
Durasti in persecutione,
Tuo mereamur precamine
In bonis mala vincere.

## In Laudibus.

Antiphonae.

Mundum Pancratius
 Christi pro nomine sprevit,
 Versus et in melius
 fidei per dogmata crevit.

- 2. Iesum in Galilaea videt Iam exsistens spritualis Ablutus sorde criminis Originalis.
- 3. Pancratius tormenta sustinens Ut Israel Aegypto serviens Manet repromissa sitiens.
- 4. Finem felicem,
  Pancrati, sumis agone,
  Ordinis angelici
  [iam] sociandus coronae.
- 5. Hunc tibi sancte chorum
  Pancrati laude sonorum
  Fac prece sanctorum
  consortem sede polorum.

#### Ad Benedictus.

A. Sanctus martyr Pancratius, Victoriae palma inclitus, Labe nivei pudoris nescius, Stola candidissima amictus, Agnum cum consortibus Sequitur iugiter virginibus.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Pancrati, gemma martyrum,
Paschalem agnum
novellus agnus sequeris,
Tu tuo nos patrocinio
consignatos
Pia prece mundatos
Iungas cum electis
agni comitibus.

Diurn. ms. S. Pancrații in Hamersleve anni 1487. Cod. Berolinen. 8° 56. add saec. 15. — Die Hs. enthält natürlich nur die Teile der s. g. horae diurnae; es fehlen die 3 Nokturnen.

#### 39. In Festo Patronorum Hildesheimensium.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- 1. Electorum memoriam
  Patronorum agamus,
  Felices ut ad gloriam
  Illorum transeamus.
- Principalis ecclesiae
   Nostrae virgo patrona,
   Maria, mater gratiae,
   Caritatis corona.
- 3. Patroni, Petrus claviger,
  Princeps apostolorum,
  Paulus, doctrinae signifer,
  Magister populorum;
- 4. Cosmas atque Damianus, Valerianus et Tiburtius, Cantius et Cantianus, Sancti Iustus et Arthemius;
- Almi praesules Godehardus, Epiphanius et Bernwardus, Speciosa cum Caecilia Virgines nobis dent auxilia.

R. Gaude, virgo,
Christi matronatu,
Tuo gratulamur patronatu,
Iuncta compatronorum caterva
Gregem istum, Maria, conserva.

V. Salva, rege Christo famulantes, Hac in domo Dei ministrantes.

## Ad Magnificat.

A. Virgo, mater regis angelorum,
Principalis gemma patronorum
Huius domus Dei veneraris,
Habere tecum non dedignaris
Ministros plures electos Dei;
Adiuva nos, mater sanctae spei,
Iunge nos sanctorum requiei.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Laude patronorum huius domus gratulemur,

Ut nos in caelorum eis regno collaetemur.

### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Maria, plena gratia, Huius templi patrona, Nos Christi vultu satia, Impetra caeli bona.
- Petrus cum Paulo veniam Deposcant delictorum Hic nobis, ibi gloriam In coetu beatorum.
- Martyres Christi celebres, Virgines, confessores, Vobis psallentes alacres Vos sentiant rectores.

### Responsoria.

- 1. Virgo, Christi mater illibata, Patrona generis nostri grata, Pia laudibus nostris intende, Salva nos, iustifica, defende,
- V. Placa nobis Christum, tuum natum, Nostrum ut indulgeat reatum.
- Petre, crucifixus triumphasti, Paule, cursum ense consummasti, Una dies ambos coronavit, Vos Christus in gloria locavit;
- V. Sancti Petre, Paule, subvenite In agone nobis huius vitae.
- 3. Martyres Domini pretiosi, Cosma, Damiane gloriosi, Proprio sanguine purpurati Caelos conscendistis laureati;
- V. Coronam decoris suscepistis De manu Dei, quam meruistis.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Reliquiae sub gremio
Isto quorum foventur,

- Ut beatorum praemio Iungamur, deprecentur.
- 2. Sancti, quorum suffragia
  In loco clarent isto,
  Nostra solvant contagia
  Et nos conforment Christo.
- 3. Patronorum victoria,
  Qua cuncta devicerunt,
  Nos collocet in gloria,
  Quam digne meruerunt.

### Responsoria.

- Caecilia cum Valeriano, Sponso suo, fratre cum germano In angustiis nos recognoscant, Vitam nobis aeternam deposcant,
- V. Quorum patronatu gratulamur, Precibus illorum fulciamur.
- 2. Requiescunt corpora duorum
  Hic Arthemii
  et Iusti sanctorum,
  Qui faciant nos precibus beatis
  Suae coheredes claritatis,
- V. Ut illorum gloria conspecta Via caelos adeamus recta.
- 3. Felices athletae triumphales,
  Beati Cantius, Cantianus
  et Cantionilla,
  Passionum vos sodales
  Christus fecit et aequales
  Vita beatorum in tranquilla;
- V. Patronis gaudemus et his trinis, Caeli qui nos iungant officinis.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- Honor, magnificentia Christi decet electos, Cuius beneficentia Beavit corde rectos.
- Coruscabant miraculis
   Nostri mundo patroni,
   Caelorum habitaculis
   Heredes summi boni.

3. Christi pares coniudices,
Testes virgines almae,
Facite nos, pontifices,
Vestrae consortes palmae.

### Responsoria.

- Pontifices sanctos veneremur, Quorum patronatu confovemur, Omni laude dignos, Godehardum, Epiphanium atque Bernwardum,
- V. Pares regni tui quos fecisti, Christe, duc nos, ubi gaudent isti.
- 2. Speciosa Petronilla
  Cum Honesta, decus virginale,
  Suae vobis caritatis
  Dedit Christus
  signum triumphale,
  Nam devictis
  hoste, carne, mundo
  Vos praemio beavit abundo.
- V. Virgines eximiae, Nos vestrorum Consortes efficite Gaudiorum.
- 3. Laetemur de gloria sanctorum,
  Huius aulae patronorum,
  Qui votis nostris faveant,
  intendant
  Et nobis adiutorium
  impendant,
- V. Pacem vivis, gloriam defunctis Obtineant precibus coniunctis.

## In Laudibus.

- 1. Gloriosum praedicamus Te Deum mirabilem, In sanctis annuntiamus Tuis te laudabilem.
- 2. Caelestis aula iubilat

  De tam sanctis patronis,

  Quorum vita nunc rutilat

  In terris et in thronis.

- 3. Praeclara testimonia
  Nostros decent patronos,
  Vera quorum praeconia
  Actus testantur bonos.
- 4. Sanctorum sapientiam
  Patronorum narremus,
  Horum magnificentiam
  In mundo collaudemus.
- Exsultant in cubilibus
   Nunc patroni sanctorum
   Nostri cum caeli milibus
   Conformes praemiorum.

#### Ad Benedictus.

A. Deus, universa qui creavit, Venerandam nobis adunavit Hanc patronorum celebritatem; Christe, nobis illorum largire Precibus feliciter transire Ad beatorum societatem. In 2. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Digna laude festa
per haec hodierna
Huius sacrae domus
omnium patronorum
Ad gaudia transferamur
sempiterna,
Nobis suffragantibus
meritis illorum.

Ad Magnificat.

A. Matris almae
Christi, beatorum
Petri Pauli coapostolorum,
Martyrum,
virginum, confessorum,
Patronatum simul veneramur,
Christe, nobis
dona, te precamur,
Ut illorum gloriae iungamur.

ms. Hildesheimense saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 180. B. — Brev. Hildesheimense imp. Lipsiae 1516. C. — C hat in 1 Vesp. nur 1 A, die erste. Verfasser dieses Officiums ist der Domkellner Lippold von Steinberg. Er war ein Sohn Burkhards von Steinberg und soll 1325 geboren, 1351 Domherr geworden sein. 1371 war er Domkellner. 1378 hatte er auf der Domfreiheit ein ihn beschimpfendes Weib gestoßen, weshalb ihn das Capitel zu einjähriger Klosterhaft verurteilte. Er unternahm eine Pilgerfahrt nach Jerusalem und brachte ein Stück vom Kreuzesholze heim, in der Nähe Jerusalems und auf dem Ölberg gewachsene Palmzweige, welche er den Stiftern Kreuz und St. Moriz schenkte, sowie das Haupt des Erzbischofs Iacob von Antiochien, welches er künstlich in Silber hatte fassen lassen. Er war ein Wohlthäter der vom Bischof Gerhard gegründeten Karthause. 1395, nach andern 1385, ward er Propst des Morizstiftes, zu dessen 1413 vollendeten Turmbau er 1/3 der Kosten trug; sein Wappen ziert noch die Chorpfeiler. Im Jahre 1406 gründete er eine Vikarie am Dome, welche er ebenso wie eine neben dem neuen Paradiese erbaute Kapelle und ein eigenes Fest am 3. Tage nach Ostern allen Patronen der Domkirche widmete, die er denn auch in Bildwerk und Lied feierte. Er gab das von seinem Vater ererbte Gut Arbergen an den Dom, um mit den Erträgen die Kosten des Festes zu decken. Es soll eine große Verteilung stattfinden, es sollen die großen Glocken wie bei großen Festen geläutet werden, auf die große Krone, auf die Säule, über dem Chore sollen Lichter, des Nachts achtzehn Crüsel brennen; es soll ein Priesterfest sein und neuen Sang und Legende, die dazu gemacht sind, soll man singen und lesen. Lippold verfasste diese selbst, wenigstens die Sequenz zeigt in den Anfangsbuchstaben seinen Namen. — Gewissermaßen als Sinnbild dieses Festes und zur Ausstellung bei demselben liefs er ein vergoldetes Reliquiar anfertigen, dem er die Gestalt der vormaligen romanischen Domkuppel gab in 3 Etagen, mit den Bildnissen der Patrone geziert, die noch im Schatz zu sehen und schon 1409 im Verzeichnis des Schatzes als deaurata turris

patronorum erscheint. (Kratz, Der Dom zu Hildesheim II, 164.) 1409 gründete

Brev. ms. Hildesheimense saec. 15. Cod. Beverin. 686 b. A. - Brev.

er Vikarie und Altar in der Kapelle der hl. Barbara, und baute das neue gotische Paradies am Dom. Als sich das Kapitel bedenklich zeigte, legte er eine Sicherheit von 70000 rhein. Gulden nieder, vollführte den Bau und liefs sein Wappet, den Steinbock, in den Schlufsstein zetzen, wo er noch heute zu sehen: 1412 nahm er die Summe wieder in Emplang, wobei sein Narr so mit goldenen Ketten behangen war, daße er ganz gebückt gehen mußte. Lippold starb den 25. Sept. 1415, neunzig Juhre alt, und ward in der von ihm erbauten Kapelle der Patrone beerdigt. Lüntzel, Gesch, der Diöcese und Stadt Hildesheim, II. S. 377 ff., wo S. 379 die Sequenz ab-

gedruckt ist.

Die niederdeutsche Urkunde der Stittung Lippolds findet sich in C. B. Bebrens. Historische Beschreibung des Hochwohlgebohrnen Hauses der Herren von Steinberg, Hannover und Wolfenbüttel 1697. Beilagen S. 32 u. f. Eine andere die Stiftung betreffende Urkunde vom 30. Jan. 1405 in Staatsreh. Hannover (Domstitt Hildesh. n. 1209). Die Festerdnung auch in Cod. Guelfenbyteran. Extravag. 44. — Lippolds Name findet sich bäufig in Hildesheimischen Urkunden. Vgl. Döbner II, in den Jahren 1570—1395. (1370 schon Kelnere to deme dome); Döbner III 1402—1411. (1405 Propst des Morizstiftes.) Sein Name latinisiert: de Lapidon mente, wird bald Stevnberghe, bald Stevnberghe geschrieben.

## 40. In Festo Patronorum Salisburgensium.

## In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Christicolae, ad sanctos devotas vertite mentes. In quorum baec aedes fulget honore pio,

Ad Magnificat.

A. Pangamus cuncti
patronis dulciter hymnos.
Nobis praesidio
semper ut esse velint.
Emendent mores.
detergant sordida probra.
Possimus laeti ut
fundere ad astra melos.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Intercessorum

Dominum landare venite.

Quorum nos precibus
exaudi, rex pie Christe.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Novit salvator
   divina lege beatos.
   Qui meditantur in hac
   nocte dieque sua.
- Pungite corda ad se clamantes audiet atque Ostendet nobis caelica sponte bona.
- Nomen ineffabile tibi totus personat orbis Inque tuis sanctis lucida laus et honor.

- 1. Orbis stelliferi
  rectori pangite laudes,
  Nam cupit in sanctis
  laudari precibus atque
  Affectat flecti
  precibus sacrisque suorum:
- V. Laudate eum omnes gentes. laudate eum omnes populi.
- 2. Prudentes misit
  pastores Christus in arva

Plantatum cultos indicant lucis iterque Pascentes ovibus, rapiat ne bestia saeva.

- V. Vigilate ergo, quia nescitis, quando Dominus vester venturus sit.
- 3. Exemplar dedit omnipotens
  hortando dicensque:
  Discite, percari,
  sum mitis corde humilisque,
  Ergo suave iugum
  iam sumite, non onerosum.
- V. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

### In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- Qui sunt vestigia,
   Deus, hic tua sancta secuti
   Atria conscendent
   caeli, ubi vera quies.
- 2. Corde simul sancto mundi terrena spuentes Hic benedicentur et sine fine manent.
- 3. Spes quibus est Christus,
  pietas circumdabit hosce,
  Nec locus est hosti,
  nempe tuetur eos.

## Responsoria.

- 1. Doctrinae parent
  proni dictante magistro
  Atque sequuntur eum
  mites humilesque beati,
  Quos regno dignos
  sapientia disserit almi:
- V. Beati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius.
- 2. Ecce, viros sanctos
  quos Dominus legerit ipse
  Patronosque dedit
  nobis deitate perunctos,

Quorum doctrina rutilat per climata mundi.

- V. Gaudete, iusti, in Domino, rectos decet collaudatio.
- 3. Hi sancti fulgent
  in regno ut sidera caeli,
  Decernunt populos
  tandem dominantur et ipsis,
  Haec meruere bona
  mortali corpore functi;
- V. Iusti in perpetuum vivent et apud Dominum est merces eorum.

## In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- Ecce, super iustos
   oculi Domini pietatis
   Atque paratior has
   audiet ipse preces.
- 2. Heredes se constituit
  natos metuentes
  Regni caelestis,
  quodque perire nequit.
- 3. Hi sancti recte
  noverunt caelica facta,
  Quae nobis pandunt,
  mox imitemur ea.

- Patres familias
   nostros veneremur ovantes,
   O fratres, qui tanta
   delent discrimina vitae,
   Orant cotidie,
   ne nos perdant mala nostra.
- V. Iusti hereditabunt terram et delectabuntur in multitudine pacis.
- Sedulo plangamus
   igitur scelus omne patratum,
   Ignoscetque Deus
   nobis lacrimis sed obortis,
   Praestabit pacem
   tribuens et tempora laeta.

- V. Gloriosus Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate sua.
- 3. Isti sunt sancti,
  nostri fidique parentes
  Pro vernisque preces
  adhibent tibi, Christe, perennes,

Ne sint praeda malis, tuta inter brachia condunt.

V. Quoniam placuerunt servis tuis lapides eius, et terrae eius miserebuntur.

#### In Laudibus.

Antiphonae.

- 1. Vera et credenda sunt testimonia sacra, Quae perhibent sancti, suntque credenda nimis.
- Vos iubilate Deo, qui terras hic habitatîs, Laeti servite, gloria detur ei.
- Obsequium qui persolvunt, hi laude fruentur, Nec poterit quisquam tunc reticenda loqui.
- Hincque, sacerdotes servi et, benedicite Christo,

Electique omnes, cuncta creata simul.

 Sancti exsultabunt, aeterna in atria pergent Attribuentque Deo, quidquid honoris habent.

Ad Benedictus.

A. Ad se nos revocans
Deus aevo sit benedictus,
Visitat ex alto
dans deitatis opem,
Nempe per os loquitur
sanctorum sacra docendo
Eloquia ac eius
nosse parare vias.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O caeli cives,
vestros servate precantes,
Ne scelus impingat
aut ferat hisce necem;
O materque Dei,
spes et protectio nostra,
Extensis alis
nosque tuere tuis;
Clemens salvator,
matris precibusque tuorum
Mors tua nos redimat,
collocet inde polo.

Brev. Salisburgense imp. Venetiis 1518. — Hymnen: ad Vesp. et Noet: O sacri nostrae fidei parentes; ad Laudes: Rex regum elementissime.

# 41. In Festo Patronorum Emmeramensium.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Iesu, praemium regnantium
Et ductor viatorum,
Salva nos eorum
Suffragiis, quorum
Nos dotasti reliquiis,
Quos vario meritorum iubare
Tribuisti coruscare

Qui iam patria gaudentes Non relinquant nos in exsilio degentes.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Qui est nostrorum

Rex patronorum,

Hunc rite

Laudare venite.

## In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Isti fructum suum dabunt Resurgendi tempore, Dum glorificato stabunt Hic locato corpore.
- 2. Lumen super se signatum
  Vultus tui, Domine,
  Signis monstrant declaratum
  Et virtutum omine.
- 3. Super caelos elevata

  Mens sanctorum exstitit,
  Caro quorum hic humata
  Tot salutes praestitit.
- 4. Hos in monte sitos caelis Scimus requiescere, Quorum ossa tot medelis Cernimus clarescere.
- Mundi manibus et corde Sancti perstiterunt Et virtutum spreta sorde Montem ascenderunt.
- 6. Sanctos hos tectum
  iam crimen amans quoque
  rectum

Spiritus absque dolo constituere polo.

### Responsoria.

- Assis, Christe, famulis Hic sanctorum loculis Obsequendo sedulis,
- V. Nil adversetur, nil triste tuis dominetur.
- 2. Per sanctos, Christe,
  quos sic humat locus iste
  Omne fugans triste
  nos super aethera siste,
- V. Ne cursu segni perdamus gaudia regni.
- 3. In caelis regnat spiritus, Quorum cinis hic positus Contactu fugat daemones, Aegrotos sanat homines; Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

- V. Christus sanctorum merita Sic manifestat inclita.
- 4. Te, Deus aeterne,
  suppliciter deprecamur,
  Ut eorum
  patrociniis protegamur,
  Quorum hic corpora
  Resurrectionis
  praestolantur tempora.
- V. Corpus quoque nostrae humilitatis Cum eis tunc configura corpori claritatis.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Rectos collaudatio
   Condecet in caelis,
   Quorum beneficio
   Gaudet plebs fidelis.
- Horum Dominus custodit
   Ossa beatorum,
   De quibus effectus prodit
   Tot miraculorum.
- 3. Ad sanctos hos a finibus
  Terrae iam clamatur,
  Quos suis fovens sinibus
  Locus hic sacratur.
- Hos in bonis domus Dei Iam repletos credimus,
   Ad os quorum ductu spei Supplices accedimus.
- Sanctorum animas
   Dominus custodit, at illis
   Dat sacer iste sinus
   tumulus horumque favillis.
- En, repletum est in bonis Horum desiderium, Quos invexit caeli thronis Christi ministerium.

## Responsoria.

Aeterni gaudii
Fac nos, Iesu, participes,

3

Per istius loci
Patronos et principes,
Ut fraudes hostium
Nobis insidiantium
dissipes,
Ut caelorum mereamur
esse participes

- V. In hac etenim mundi vanitate Pressis calamitate Opus est, ut succurras Solita pietate.
- 2. Iesu Christe, lumen caeli, Noxas Stygialis teli Pellas a plebe fideli Prece sanctorum Hic conditorum,
- V. Miserando serva famulos Laudibus sedulos Ad beatorum tumulos.
- Per sua munera Christus ad aethera ducat eorum, Nos meritis quorum hic passci dat, regna polorum,
- V. In numero quorum pariter laetemur eorum.
- 4. Caeli turma laetatur,
  In qua coetus adiuvatur,
  Hominum sanctorum
  Et angelorum;
  O societas iucunda,
  Sine fine laetabunda
  Quae dum semper
  regi suo plaudit,
  Iubilum ipsius
  finis non claudit;
- V. Trahat nos ergo post se
   Vi meritorum
   Ad consortium beatorum.

# In 3. Nocturno.

Ad Cantica.

A. Rex caeli, Iesu,
vetitae nos arboris esu
Erige prostratos
per sanctos hic tumulatos,

Quorum iam donas animabus in aethre coronas.

### Responsoria.

- 1. O sancti, quorum tumulis Obsequiis hic sedulis Servimus, vestris famulis Faventes subvenite Pandentes portas vitae.
- V. Memores nostri estote
   Atque invocantibus vos devote.
- 2. Christus amicorum
  placatus amore snorum
  Hic tumulatorum
  nos ponat in arce polorum,
- V. Virtus sanctorum magnumque decus meritorum
- R. Spectablis est locus iste,
  In quo tot sita sunt
  Corpora sanctorum
  Deo gratorum,
  Qui te sequentes caelicum
  Ducem, Iesum Christum,
  Cives sunt angelorum;
- V. Culpae faeces per horum
  Preces detergas omnes
  Et nos insomnes
  Ad quaelibet bona
  Esse dona,
  Ut sic curramus,
  Ut comprehendamus.

## In Laudibus.

- 1. Induit hos Dominus
  Animae decore,
  Ossa nihilominus
  Tumulans honore.
- 2. Cui sancti servierunt
  Semper in laetitia,
  Eius portas intraverunt
  Praeduce iustitia.
- 3. Adhaerentes post se Dei Dextera suscepit.

Quorum tumbas requiei Locus hic accepit.

- 4. Sancti nunc et humiles
  Benedicunt Deum,
  Iam effecti pariles
  Angelis per eum.
- 5. In cubilibus exsultant
  Sancti suis et resultant,
  Contemplantes sine velis
  Dominum de caelis.

Ad Benedictus.

A. Nobis cornu salutis
Dominus hic erexit,
Qui, quos via iam virtutis
Coelestibus invexit,
Nobiscum fecit tumulatos,
Miraculis multis
Et signis sublimatos.

In 2. Vesperis.
Ad Magnificat.

A. O beati, qui vi caelestium Vicistis saeculum Et sic in mundi stadio cucurristis Quod ad palmam pervenistis, O vere Christi fortissimi milites, Proelio constantes, O sancti cives angelorum, Vobis iam merces laborum Datur a rege caelorum; Ergo supplicamus Per vos, a Deo, cari, Rogamus Adiuvari, Ut nos vobiscum laetari Mereamur perenniter.

Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14600 A. — Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14790 B. — In 1. Noct. A 2, 3 declarata A. — In 2. Noct. A 5, 4 Lorumque famulis A, — R 1, 9 participes esse AB. — R 3, 3 meritis quibus A. — R 3, 4 verdorben.

## 42. In Festo Patronorum. Regni Sueciae.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- 1. Iucundare,
  mater ecclesia,
  Novae lucis
  agens sollemnia,
  Cuius ortu
  resplendens Suecia,
  Patronorum
  decanta gaudia.
- 2. Dum festive
  causa recolitur,
  Unde tibi
  lux ista oritur,
  Honor Deo,
  laus sanctis redditur,
  Immortalis
  vita promittitur.
- 3. Gens Sueonum quondam erratica,

Illustrata
iam luce caelica
Nova pange
patronis cantica,

- 4. Hi sunt patres
  et duces gratiae,
  Quos direxit
  pater clementiae,
  Ut sint tibi
  norma iustitiae.
- 5. Benedictus
  sit pastor inclitus,
  Qui de grege
  toto sollicitus
  Dat pastores
  doctos divinitus.
- R. Fundans Sion in saphiris
   Propugnansque iaspidibus
   Gloriosis ornat viris
   Christus, pro se certantibus,

Insignitos multis miris
Praefecit se scientibus,
Relaxatis poenis diris
Indulget paenitentibus;

V. Credunt alienigenae
 Et fiunt iam deigenae
 Patronis praedicantibus.

### Ad Magnificat.

A O quam mirifico,
Deus, ordine cuncta ministras
Ultima per media
regis, influis, ordinas, aptas,
Terrarum caelique sator,
qui cuncta superno
Ducis ab exemplo,
mediis extrema reducis!

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Festa dies agitur Patronis dedicata, Iubilemus igitur Mente purificata.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Verbo Dei dum obedit, Gens Sueonum Christo credit, Orat, plorat et accedit Ad baptismi gratiam.
- Firmans fidem, formans mores Sacrae legis per doctores, Detestatur nunc errores Priscos et fallaciam.
- 3. Olim quidem tenebrarum Pressa nube diversarum Nunc ad lumen venit clarum Per Dei clementiam.

## Responsoria.

1. Dum in fines orbis terrae Christí fides diffunditur, Coepit multum fructum ferre, Perfidia retunditur; Gens Sueonum, illustrata Verae lucis radio, Patronorum sublimata Proficit auxilio.

- V. Miseratus miserorum
   Píus pater, rex caelorum
   Adhibet remedia.
- Aeternus pater voluit,
   Quod Deus homo fieret,
   Salutem sic disposuit,
   Ut filius redimeret,
   Humanam carnem induit,
   Exit vincens, ut vinceret.

V. Vidit et condoluit, Quod ovis una defuit, Ut deviam reduceret.

3. Post doctrinam salvatoris
Succedit apostolica,
Veram fidem creatoris
Lex docet evangelica,
Ad ovile redemptoris
Concurrit plebs catholica.

V. Ecclesia dominica, Cum iubilo multiplica Devota laudum cantica.

# In 2. Nocturno.

- 1. Rex caelorum incarnatus
  Et in mundo conversatus
  Elegit terrae medium
  Hic salutem operatus
  Ad extremos incolatus
  Diffudit beneficium.
- Dum de Sion lex exivit
   Verbumque vocis Domini,
   Successive acquisivit
   Gentes suo nomini.
- 3. Ab extremis aquilonis
  Intrat sanctis cum patronis
  Plenitudo gentium;
  Salus ex Iudaeis nata
  Ad extremos dilatata
  Vitae confert praemium

### Responsoria.

- 1. Vasti orbis
  extrema latera
  Sic fundavit
  divina dextera,
  Ut dilata
  salutis munera
  Non inferrent
  electis vulnera.
- V. Fremunt hostes, turbantur infera, Viam Christus pandit ad aethera.
- 2. Hora cenae
  paratis omnibus,
  Mandat Christus
  extremis gentibus
  Missis servis
  verbo potentibus,
  Ut electis
  intersint fratribus.
- V. Ad hoc negotium

  Tam necessarium

  Elegit nuntium

  Sanctum Ansgarium
- 3. Provocatus inimicus,
  Saevus hostis et antiquus,
  Nostrae salutis invidus,
  Septem secum nequiores
  Veritatis subversores
  Coassumit lividus.
- V. Daemonia nequissima Procurant, quod novissima Peiora sint prioribus.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

1. Inter patronos Sueciae
Primatum tenet curiae
Caelestis imperatrix,
Quae multiformi gratia
Depressis in angustia
Succurrit miseratrix.

- 2. Baptista Christi praevie, Laurenti, martyr inclite, Sit vestrum patrocinium Semper nostrum praesidium
- 3. Quos direxit Anglia
  Nostrae salutis gratia,
  Qui modo sunt in gloria,
  Hos petimus humiliter
  Et credimus stabiliter,
  Quod nostra sint refugia.

- Rex rogatus reparavit
  Regnum, caesos hostes stravit
  Directis exercitibus,
  Victi praedam perdiderunt,
  Quam per fraudem rapuerunt
  Inferni fractis viribus;
- V. Triumphat Dei filius, Et regnum fit stabilius Eiectis cunctis hostibus,
- 2. O praeclari
  patres et incliti,
  Ierarchiae
  caelesti inditi,
  Qui Sueonum
  genti praepositi
  Erexistis
  fide paracliti,
  Gratiae traditi.
- V. Confessores
  Praecelsi meriti
  Nostros mores
  Forment solliciti.
- 3. Per tuorum
  tuaque vulnera,
  Iesu, nostra
  remitte scelera,
  Ne captivos
  ducant ad infera;
  Nova sint omnia,
  recedant vetera.
- V. Beatorum

  praeclara opera

  Nobis praestent

  aeterna munera.

### In Laudibus.

Antiphonae.

- Hi sancti, quorum hodie
   Celebrantur sollemnia,
   Iam revelata facie
   Regem cernunt in gloria.
- Ut hos ergo per patronos
   Assequamur caeli thronos,
   In illorum die festo,
   Chorus noster, laetus esto.
- 3. Nos ad sanctorum gloriam Post praesentem miseriam Per ipsorum suffragia Christi perducat gratia.
- 4. Excusent apud Dominum Reorum lapsus hominum, Remota qui caligine Lumen vident in lumine.
- Hos patronos pariter
   Laeti veneremur,
   Ut cum his perenniter
   In caelis collaetemur

#### Ad Benedictus.

A. Triumpho gaudent regio
Amicti stola gloriae
Transcenso mortis stadio
Patroi regni Sueciae,
Summo fruuntur praemio,
Vitam ducunt in requie,
Labore verso praevio
In gloriam victoriae.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Qui vos patres venerantur
Amplectentes intime
Et qui vestrae gratulantur
Dono partis optimae,
Per vos vitam consequantur
Lucis amoenissimae,
In qua semper gloriantur
Beatorum animae.

Brev. Upsalense imp. Holmiae 1496. — In 1. Vesperis hymnus: Lux ecce surgit aurea (Klemming I, 167); in Laud.: Iam adest dies celebris ibid. 175).

#### 43. In Conversione s. Pauli.

## In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O gloriosum lumen
omnium ecclesiarium,
O vere apostolicum
sidus altissimum,
Sancte Paule,
Qui aeterni solis
Splendorem tenebris
Gentium infudisti,
Qui in terra positus
Caelorum secreta petisti,
Et, quae non licent homini
Loqui, praevidisti,
Illuc supplices tuos
Post huius carnis terminum
Perducere dignare,

Quos fecisti veritatis Lumen agnoscere.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Surgite, cantemus et corde pio vigilemus, Cum Paulo magno iungi mereamur ut agno.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

 Cum esset Paulus parvulus, Cogitabat ut parvulus, Peregit puerilia, Non opera virilia.

- 2. Dum lapidatur Stephanus, Saulus adulescentulus Custodit vestes testium Martyrem lapidantium.
- 3. Protomartyr Stephanus
  Orat, et eius precibus
  Iesus Christus stravit Saulum
  Et erexit sanctum Paulum.

### Responsoria.

- 1. Paulus nobilis genere
  Civis fuit Ierosolymitanus,
  Nimis potens
  et sublimis urbanus.
- V. Dilexit malitiam super benignitatem et iniquitatem magis quam loqui aequitatem.
- 2. Saulus adhuc spirans minarum Propter caedem christicolarum A summis petit epistolas In Damascum ad synagogas;
- V. Sedet in insidiis cum divitibus, ut interficiat innocentem.
- 3. Cum accepisset potestatem Et satellitum facultatem, Quasi leo rugiens, Capere fideles cupiens

V. Iniquitatem meditatus est in cubili suo; astitit omni viae non bonae.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- Cum appropinquaret Damasco, Venit de caelo lux subito Saulus in magna saevitia Prostratus est virtute caelica.
- 2. Comitatus stans tristis nimium Audit dicentem Dominum:
  Saule, Saule,
  quid me persequeris?
  Durum est tibi
  recalcitrare stimulis.

3. Assistentes
vocem audientes,
Sed penitus
neminem videntes
Timore concussi
circumstabant,
Quid facturi essent,
ignorabant.

### Responsoria.

- 1. Respondit Saulus trepide:
  Quis es tu, Domine?
  Ego sum Iesu,
  quem tu persequeris.
  - O Domine, dic mihi, quid praecipis?
- V. Desine ab ira et derelinque furorem, noli aeumulari, ne maligneris.
- Surge, ait ad illum Dominus, Visita Damascum citius, Domum Iudae ingredere Ibi scies, quid te oporteat facere;
- V. Declina a malo et fac bonum, inquire pacem et persequere eam.
- 3. Viatores Saulum acceperunt
  Et in domum
  Iudae perduxerunt,
  Apertis oculis nihil vidit
  Et non manducavit neque bibit;
- V. Cibavit eum Dominus manna vitae, qui de petra melle multos satiavit.

## In 3. Nocturno.

- Ad Ananiam ait Dominus: Surge et vade quantocius, In vico recto Saulum quaere, Ecce, enim orat vere.
- Timens visitare saevissimum Ananias ait ad Dominum:
   Vir iste quaerit tuos capere
   Et in Ierusalem perducere.

3. Hic habet potestatem
alligandi
Et credentes male tractandi,
Ut lupus rapax
quaerit dispergere
Gregem dominicum et occidere.

Responsoria.

- 1. Vade, ait Dominus,
  Et noli tardare amplius,
  Quia vas est mihi electionis,
  Qui fuit filius perditionis;
  Praedicabit nomen
  meum Emanuel
  Gentibus et regibus
  et filiis Israel;
- Annuntiabit nomen Domini in Sion et laudem eius in Ierusalem.
- Ananias dum intravit, Saulum fratrem appellavit, Dicens: Iesus
   Christus, qui te stravit
   Via hac, mihi mandavit,
   Ut imponam tibi manus,
   Ut per eum fias sanus.
- V. Accipe benedictionem a Domino et misericordiam a Deo salutari tuo.
- 3. Dum imponit illi manus,
  Surgit Paulus et fit sanus,
  Mox sancti spiritus gratia
  Replevit eum, et postea
  A propheta baptizatur
  Et per cibum confortatur.
- V. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, escam dedit timentibus se.

## In Laudibus.

Antiphonae.

Post conversionem
 in Damasco habitabat
 Cum discipulis
 et confidenter praedicabat
 Christum, natum, incarnatum
 Ex Maria virgine,

- Crucifixum et damnatum Pro suorum crimine.
- 2. Hanc doctrinam audientes Stupefacti et dicentes: Nonne vir iste illum impugnabat, Qui nomen Christi invocabat?
- 3. Saulus nimis convalescehat
  Et Iudaeos confundebat,
  Cum Graecis et
  gentibus disputabat,
  Fideles et
  credentes confortabat.
- 4. Synagoga quaerebat capere
  Vas electum et interficere,
  Sed submissus
  per murum a fratribus
  Venit Hierosolymam
  quantocius.
- Barnabas discipulus omnibus Narravit, quod egisset Dominus; Hi iam non timentes crediderunt Et benigne eum susceperunt.

#### Ad Benedictus.

A. O oriens ex alto,
nos illumina
Et sedentes in umbra
mortis visita
Et pedes nostros
de valle miseriae
Ad verum montem
cum pace dirige,
Per sancti Pauli
apostoli merita
Da nobis, Iesu Christe,

summa gaudia.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. In Paulo prophetia est impleta, Qua praedixit patriarcha et propheta: Beniamin erit lupus rapax Et in praeda nimis capax, Mane comedet prohibita Et sero dividet spolia In sancta ecclesia Per sacra officia.

Brev. ms. Verdense saec. 14. in. Cod. Guelfenbyteran. Helmst. 1158.

A. — Brev. Paderbornense imp. Lipsiae 1513. B. — Brev. Monasteriense imp. Parisiis 1518. C. — In 1. Vesperis: Fünf prosaische AA super Ps. B. — In 1. Noct. A 1, 1 Saulus BC. — A 3, 2 Oravit B. — A 3, 3 Iesum Christum A; Christus fehlt B. — A 3, 4 sanctum fehlt B. — R, 1 1 Saulus BC. — R 2, 3 petiit C. — In 2. Noct: A 2, 5 recalcitrare simul C. — A 3, 3 Et penitus BC. — R 2, 2 Et visita BC. — In Laud. "Item aliae Laudes", worauf fünf prosaische AA aus der Schrift C.

#### 44. De s. Paulo Eremita.

## In 1. Vesperis.

## Antiphonae.

- 1. Chorus novae militiae
  Laudes decantet hodie
  In festo nostri ducis,
  Quem per mirandum exitum
  Ad caelestem exercitum
  Christus vexit, lux lucis.
- 2. Hic vitam eremiticam,
  Quam censuit angelicam
  Tulit in Christo primus,
  Cuius censemur nomine,
  Eius adiuti numine
  Conformes vitae simus.
- 3. Paulus parente gemino
  Orbatus vitae termino,
  Liber gaza ditatus,
  Puer pollens ingenio
  Fit literarum studio
  Scientiis ornatus.
- 4. Nam sciens puer nescius
  Deum peccati, conscius
  Mundanae vanitatis
  Mundum vitare voluit,
  Christum amare maluit
  Vir mirae sanctitatis.
- 5. Petit secreta concitus
  Edoctus loca caelitus
  Mitis et mansuetus,
  Sed proditur ab aemulo
  Et proficit in sedulo
  Cultore Christi metus.

### Ad Magnificat.

A. Cultorem solitudinis,
Sancti primatem ordinis,
Eremitarum primum,
Paulum, iam nexu carneo
Solutum, sed empyreo
Assumptum ad opimum,
Caelo sanctorum gaudium,
Gentis nostrae collegium
Votis et voce laudet,
Cum choris apostolicis,
Propheticis angelicis
Vita beata gaudet.

## Ad Matutinum,

Invitatorium.

Christum in Paulo paupere Laudemus eremita, Quem caelo Dei munere Beat aeterna vita.

## In 1. Nocturno.

- Aquarum secus alveum
   Viventium plantatus,
   Paulus exercet eremum
   Fructu locupletatus,
   Impiorum consilium
   Sprevit hic vir beatus.
- 2. Montem terrae salsuginis Inhabitat hic humilis,

- Montem excelsi culminis Christum colit amabalis, Molem dissolvit criminis Vir vitae venerabilis,
- 3. Dum mundus hunc persequitur
  Minis et blandimentis,
  Antro taetro suscipitur,
  Palmarum alimentis
  Esuries depellitur
  Viri beatae mentis.

#### Responsoria.

- Acerrimo certamine
   Dum triumphantes aspicit,
   Non tormentorum turbine,
   Non leti metu deficit,
   Luxus hamans dulcedine
   Paulum ad nemus abicit.
- V. Sanctis occidi gaudium Erat, hostis at odium Funestum parat otium.
- 2. Sanctum movet Antonium
  Humana cogitatio,
  Eremitarum omnium
  Se primum credit inscio,
  Sibi priorem socium
  Prodit divina visio,
- V. Se meliorem munere Virtutum alta colere, Deserta monet visere.
- 3. Antonius haec audiens
  Festinat hunc adire
  Et secum fatur inquiens:
  Concedat invenire
  Sanctum virum omnipotens,
  Quem voluit me scire;
- V. Desideratum reperit,
  Labore fastigatus
  Pulsanti Paulus aperit
  Clamore flagitatus.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

1. Stola palmarum foliis Mirificat inserta

- Paulum, donorum gratiis Laudat vita referta, Munda, digna praeconiis Lucis armis operta.
- Voce clamoris intimi
   Orabat hic devotus
   Nomen colens altissimi
   Hominibus ignotus,
   A mundi huius pessimi
   Contagiis amotus.
- 3. Honor, virtus et gloria
  Paulum laudis coronat,
  Potatur aqua pervia,
  Numen semper exorat,
  Mirum magnificentia,
  Quod saeculum honorat.

- 1. Collato pacis osculo
  Amplexu castitatis
  Prophetico miraculo
  Se nomine vocatis,
  Fragrant in verbi pabulo
  Divinae bonitatis;
- V. Purgatus a cupidine,
  A mundo iam remotus,
  Quaerit, quo moderamine
  Regatur ille motus.
- Fragmen e caelo mittitur
   Per lustra duodena,
   Ferente corvo sumitur
   Panis, o mira cena,
   Collega cum suscipitur,
   Lata mensura plena;
- V. Honore pacis oritur
  In panis fractione
  Duellum, pie solvitur
  Unica sumptione.
- 3. Adloquitur Antonium
  Paulus aqua libata
  Post hymni sacrificium:
  Diu desiderata
  Mihi post hoc exsilium
  Corona stat parata;

V. Te, frater, olim noveram
Viventem me visurum,
Christo docente sciveram
Me terrae conditurum.

## In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Ingressum sine crimine
  Iustitia decorat,
  Actu rectum et famine
  Paulum mundus honorat,
  Beato Christi lumine
  Quem gloria coronat.
- 2. Virtutibus et gratiae
  Dulcedine praeventum,
  Rex Christe summae gloriae,
  Paulum, caelis intentum,
  Aeternae caeli curiae
  Perducis ad conventum.
- 3. Elongat hic a turbine

  Mundi caduca terens,

  Manet in solitudine

  Superna regna quaerens,

  Omni pulsa caligine

  Christo semper inhaerens.

## Responsoria.

- Orabat hospes hospitem:
   Tecum perduc ad Deum,
   Paule, tuum comitem;
   Paulus inquit ad eum:
   Te decet Christi militem
   Hostem calcare reum,
- V. Fratrum conventum regere
  Exemplo sanctitatis,
  Quamquam magis eligere
  Sit stolam claritatis.
- 2. Quaeso, iam redi propere
  Laturus mihi pallium,
  Quod constat grato munere
  Largitum Athanasium,
  In meo, frater, funere
  Humanum fer obsequium;

- V. Cum audit Athanasium

  Homo sanctus et pallium,

  Christum in Pauli pectore

  Miratur vatis opere.
- 3. Reversus ad coenobium:
  Baptistam vidi, fatur,
  Iohannem, Christi praevium,
  Qui silvis immoratur,
  Eliae vidi similem
  In paradio situm,
  Paulum, mundo mirabilem,
  Virtute redimitum.
- V. Cum redit, ut obsequium
  Impendat imploratum,
  Inter sanctorum civium
  Collegia beatum
  Divinum ad consortium
  Cernit mire translatum.

### In Laudibus.

- Sanctorum inter agmina
   Splendoribus ornata
   Pauli iam scandit anima
   Christi regna sacrata,
   Quam sancta caeli culmina
   Laudant voce levata.
- Cervice, genu, manibus
   Exanimis orabat
   Protenta, flexo precibus
   Levatis sic instabat,
   Quod frater claris visibus
   Viventem aestimabat.
- 3. Terra deserta, squalida
  In sancto sic apparet,
  Adeps, pringuedo vivida
  Repletum ut afflaret,
  Christum in stola candida
  Videret et amaret.
- 4. Leonum dira feritas
  Mitescit, ut deploret
  Defunctum; mira novitas,
  Ut bellua laboret,
  Pauli quo carnes inclitas
  Sarcophagus honoret.

5. Palma sacratis artubus Pauli dedit amictum, Antonium sollemnibus Vestis quae tegit hirtum, Hieronymus cum laudibus Magnificat ascriptum.

#### Ad Benedictus.

A. Antonius leonibus Ministris tumulatum Paulum, mire virtutibus Collaudat honoratum; Hi nobis munus gratiae Implorent, ut placatum Cernamus sancta requie Christum, Mariae natum. Brev. ms. Paulinorum saec. 15. Cod. Palat. Vindobonen. 1829. A. -

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O pater venerabilis, Orbi cuncto mirabilis, Lux anachoretarum, Antro, carica tunica, Potu cum esca caelica, O dux eremitarum, Exemplar abstinentiae, Insigne pudicitiae, Imago paupertatis, Te laudat caeli curia Christi felici gloria Assumptum cum beatis; Auge catervam nomine Vocatam tis et lumine Fac frui deitatis.

Diurn. ms. Paulinorum saec. 15. Cod. Gottwicen. 439. B. — Brev. ms. Augustinorum anni 1469. Cod. Londinen. Add. 29253. C. — Brev. ms. Franciscan. Gallic. saec. 14. Cod. Matriten. Bb 166. D. — Brev. ms. Romano-Augustin. saec. 15. Cod. Capit. Patav. A. 64. E. - Brev. Mantuanum saec. 15. Cod. Univ. Patav. 734. F. - Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540. G. In 1. Vesp.: A 1, 1 Chorus nostrae militiae CEF. — A 2, 5 nomine G. - A 4, 2 Dum peccati ABF; Doni peccati G; construe: Nam sciens puer Deum, nescius peccati, conscius mundanae vanitatis. — A 4, 6 Vir fehlt A. — A 5, 1 conscius A. — A 5, 2 loca editus B. — AA 1—5 fehlen D. — Ad Magn. A, 1 Cultore E, Culmen A. — Ibid. 2 praeatem E. — Ibid. 11 Prophetisque A. — Ad. Matut. Invit. 4 Beata aeterna A; Ditat aeterna CE. — In 1. Noct. A 1, 5 Impii consilium AG. — A 3, 5 Esuriens E. — R 1, 2 triumphantis E. — R I, 5 Luxus humanus AF, vamans E, amans mulcedinem C, mulcedine A. - R 1, 6 Paulus ab nemus E. - R 1, 7 Sancti C. — R 1, 8 Erat hostis odium hosti A; Erat hostis ad odium E, et odium F; ac hodium E; sed erat hostis odium G. — R 1, 9 Funestus AF. — R 2, 1 monet A. — R 2, 7 Sed meliorem E. — R 3, 3 Secum frater inquiens. E. monet A. — R 2, 7 Sed meliorem E. — R 3, 3 Secum frater inquiens. E. — R 3, 4 Concedet E. — R 3, 8 fehlt A; Laborem E. — R 3, 10 fatigatus AE. — In 2. Noct.: A 1, 2 Mirifica C. — A 1, 5 Mundus dignus E. — A 1, 6 armis operata A, armi aperta E. — A 2, 1 clamores E. — A 2, 4 Hominibus ingratum E. — A 3, 2 laudet corona E. — A 3, 4 Nomen AE. — A 3; 5 Virum magnificentia A. — R 1, 1 Collata A. — R 1, 8 fehlt A. — R 2, 1 Fraglem e caelo E. — R 2, 7 Honor pacis E. — R 2, 8 Panis in E. — R 2, 10 Mira sumptione A; vincta sumptione E. — R 3, 1 Antonius E. — R 3, 3 sacrificia E. — R 3, 5 Cui propter hoc. A. — In 3. Noct. A 1, 2 Laetitia A. — A 1, 6 gloria decorat A. — A 2, 3 Rex supernaccioriae A. — A 3. 1 Lies: Elongat se a? — R 1, 6 Hostem calcaneum E. gloriae A. - A 3, 1 Lies: Elongat se a? - R 1, 6 Hostem calcaneum E. -R 1, 9 Quam magis E. - R 1, 10 Sic stolam AFG. - R 3 steht in 1. Vesp. AG, fehlt EF, gehört aber nach Ausweis des Zusammenhanges und Fortschrittes der Erzählung ursprünglich an diese Stelle. - In Laud. A 2, 4 Levatis fehlt E; protenta bezieht sich auf cervice, flexo auf genu, levatis auf manibus. — Ad Bened. A, 3 mirum E. — Ibid. 8 Christum tuum natum E. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 11 In Christi A. — Ibid. 13 numine A. — Ibid. 14 Vocitatis et A, Vocitantis B, Tuo et lumine C, Voca tantis elumine E, Voca tantis et lumine F. — Die Hymnen siehe Anal. XXIII, Nr. 451, 452; Anal. IV, Nr. 413.

#### 45. In Translatione s. Pauli E.

## In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Inclite confessor

Christi, sanctissime Paule,
Quo duce perfectis

patuere silentia ruris

Fac, pateant humili

caelestia limina plebi,
Quae tibi condignos

depromit laudis honores.

R. Pangite, christigenae,
Domino, pro cuius amore
Stemmata, divitias
contempsit Paulus et urbes,
Gessit et in terris
castam sine crimine vitam,
Transiit ad superos
multa virtute coruscus,

V. Inter apostolicos coetos nitidosque prophetas.

### Ad Magnificat.

A. Clara recensentes

Thebaei praeconia Pauli,
Christe, suis meritis
nobis miserere, precamur,
Ut, quos exemplo
docuit contemnere mundum,
Efficiat patriae
conscendere regna beatae.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi supremo,
fratres, iubilemus ovantes,
Qui tribuit vitam
Paulo super astra perennem.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

1. Lis erat antiquis,
primus habitator eremi
Qui foret, at patrum
modo par sententia Paulo

Inter eremicolas primos decernit honores.

2. Hic locuples opibus
generisque propagine clarus,
Doctus et ingenuas
artes et flore iuventae
Splendidus, in Christum
miro flagrabat amore.

3. Omnia plena dolis
scelerumque infecta veneno
Acta videns hominum
fugit consortia vulgi,
Ut Christo tutus
tacitis serviret in antris.

#### Responsoria.

1. Magnum opus est duras
pro Christi nomine poenas
Interitumque pati,
virtus tamen haud minor
hostem

Vincere tartareum et carnis cohibere furorem Atque diu vitae integrum servare rigorem,

V. Prompta licet Paulo fuit ad tormenta voluntas.

Delicias caeli
 sitiens frugalibus escis
 Pascitur et populi
 strepitus urbesque perosus
 Curis abiectis
 fruitur dulcedine caeli,

 Corpore per terras, animo versatur in astris.

3. Antonius simili
studio tum rura colebat
Proxima, cui subito
veniens vox caelitus inquit:
Alter in hac melior
primus considet eremo,
Cuius ad exemplum
poterit tua crescere virtus,

V. Illius ignotas iubeo te quaerere sedes.

### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Dum loca per vastam, maneat ubi iustus, eremum Vestigat, inventa est scopulis spelunca sub altis, Intus habens fontem et gravidam cariotide palmam.
- Quod ubi perspexit,
   palmas extendit utrasque
   Atque ait: ingentes
   refero, Deus optime, grates,
   Hoc mibi qui hospitium
   magna pietate dedisti.
- 3. Hic ego, Christe, tuas
  conabor reddere laudes
  Semper et in lacrimis
  caelo suspiria ducam,
  Donec in optato
  libeat te cernere regno.

## Responsoria.

- Obviat Antonio
   satyrus per devia vallis
   Dona ferens poscensque
   preces Christumque salutis
   Auctorem memorans;
   senior vestigia pressit
   Humanasque ferae
   miratur in ore loquelas,
- V. Laetatur Christi nomen crevisse per orbem.
- Pernox secundas
   senior transegerat umbras,
   Mane lupa ducente videns
   sub rupibus antrum
   Ingreditur strepituque
   pedum spelunca remugit
   Quod ubi persensit,
   Paulus mox ostia clausit,
   Compresso ille gradu
- V. Compresso ille gradu tacitus vocem auribus hausit.
- 3. Corruit ante fores
  Antonius, ostia pandi

Clausa petit, tandem
valvis admissus apertis
Alter in alterius
laetus complexibus haeret,
Et referunt Domino
devoto pectore grates,
V. Nomine quisque alium

proprio salvere precatur.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- Palma cibum vestemque dabat, sitis arida fontis Mulcebatur aquis, animo versabat Olympi Gaudia et in decimo laetantes aethere sanctos.
- 2. Longa dies postquam
  fragiles exhauserat artus,
  Spirituum turbam
  Christus praemisit ab astris,
  Qua vehat ad superos
  exutam corpore mentem.
- 3. Antonius niveo
  ferri candore sub astra
  Suspicit attonitus
  properansque velociter abdit
  Corpus humo remeatque suas
  lugubris in aedes.

## Responsoria.

1. Consedere simul
viridis sub tegmine palmae,
Hospitis adventu
tum Paulus laetior inquit:
Dic, rogo, quid faciant
homines, quo principe mundus

Dirigitur, toto
si Christus regnat in orbe,
V. Christicolae optata
sì tandem pace frauntur?

2. Interea solidum
corvus mirantibus affert
Panem; Paulus ait:
nobis, en, prandia misit
Omnipotens Dominus,
famulos qui pascit egentes;

Fragmine sex denis
medio me fovit ab annis,

V. Sed modo propter te duplex annona refertur.

3. Gratia rectori
postquam fuit acta superno,
In liquidi pariter
discumbunt margine fontis
Et fame sedata
iunctis de gurgite palmis
Libantes Domino
laudum praeconia reddunt,

V. Transigitur tota in precibus nox illa supernis.

### In Laudibus.

Antiphonae.

- 1. Venerat extremam
  Paulus moriturus ad horam
  Et genibus flexis
  tendens ad sidera palmas
  Egressus animae
  faciles de carne petebat.
- 2. Deserit interea moribundos spiritus artus Et niveo splendore micans petit atria caeli.

3. Coetus apostolicus
vatum quoque praescia turba
Et chorus angelicus
laeti comitantur euntem.

4. Excipit amplexu
venientem Christus et inter
Primates regni
summo locat ordine caeli.

 Illic mellifluo divinas carmine laudes Concinit et patria regnat sine fine beata.

Ad Benedictus.

A. Induit Antonius
funebri corpus amictu,
Et, quem scalpendo
gemini fecere leones,
Imposuit tumulo,
tunicam de fronde ligatam
Vendicat in proprios
festis sollemnibus usus.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Aspice supremo
caeli de cardine servos,
Paule, tuum nomen
devoto corde colentes,
Ut quibus in serris
virtutum exempla dedisti,
Te obsecrante queant
caelestia regna subire.

Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540. — In 1. Vesp. R, 8 coruscos. — Die zugehörigen Hymnen siehe Anal. XXIII, Nr. 435 sq.

### 46. De s. Petro Caelestino.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. In Dei sedes dextera Et coeli gustas prospera, Lux clara confessorum, Quia, dum hic vixisti, De torrente bibisti, Nunc compar beatorum.

2. In sanctorum concilio
Et congregatione
In mundo sociatus,

- Nunc in horum collegio
  Et praemiatione
  Congaudes copulatus.
- 3. Beatus vir, qui timuit
  Deum servans mandata,
  Ob hoc proles, quam genuit,
  Fuit multiplicata.
- 4. Laudavit nomen Domini,
  Dum vixit in hoc mundo,
  Nunc iunctus Deo homini
  Laudat corde iucundo.

### Ad Magnificat.

A. O fulgor humilium,
O fervor paenitentium,
Vas sanctae munditiae,
Sincerus in vita,
Vitia refugiens
Et virtuosa faciens,
Victu parsimoniae
Verus coenobita.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

(Ante pentecosten.)

Sancta mater ecclesia
Corde devoto resonet,
Colens Petri sollemnia
Cum voce clara intonet,
Alleluia.

(Post pentecosten.)

Christo sit laus et gloria In coetu confessorum, Sancti Petri magnalia Quorum decorant chorum.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Beatus vir non abiit
   In viis peccatorum,
   Sed ut devotus adiit
   Semitam praeceptorum.
- 2. Praedicans in ecclesia Summi Dei praeceptum,

- Ut filius ex gratia Opus consummat coeptum.
- 3. Mirificatus invocat

  Deum et exauditur,

  Plures ad bonum provocat,

  Eius fama dum scitur.
- 4. Circumsaeptus iustitia Bonaeque voluntatis Scuto sedet in gloria Summae felicitatis.
- 5. Christe, memor es hominis Conformis angelorum, Quem sceptro celsitudinis Coronas beatorum.
- Vir confidens in Domino Iustitiam dilexit,
   Eius praeclara facies
   Aequitatem prospexit.

- 1. Perfectus vir in publicum
  Recusans conversari
  Iuxta modum Mosaicum
  In monte vult morari,
  Ut praeceptum dominicum
  Valeat operari,
- V. Deum contemplans unicum Praesentit cibum caelicum Frequenter sibi dari.
- In Dei fervens opere
   Mundi fastum dimisit,
   Sua volens relinquere
   Pauperibus divisit,
   Quem liberum a pondere
   Christus caelis immisit,
- V. Pauper cum Christo paupere Elegit semper vivere, Ut eum sequi possit.
- Dum daemon hunc persequitur, Prudens scit contraire, Sic vincens non extollitur Nec quaerit superbire, Sed virtuose nititur Ad regnum introire,

- V. Confusus hostis redditur, Per hunc Petrum nam vincitur Nec est ausus prodire.
- 4. Dum seminudo corpore
  Foras intenso frigore
  Sanctus constringebatur,
  Caritatis iuvamine
  Sacro calescens flamine
  Totus accendebatur,
- V. Caeli repletus munere In mundo pleno turbine Tutus conversabatur.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- In Dei tabernacula
   Vir sanctus introivit,
   Nam vivens sine macula
   Per hunc mundum transivit.
- 2. Tu, Christe, desiderium Oranti tribuisti, Quem quoad beneficium Donorum praevenisti.
- 3. Vixit innocens manibus,
  Factus et mundo corde,
  Corregnat in caelestibus
  Manens mundus a sorde.
- 4. Iste pauper dum clamitat,
  A Deo exauditur,
  Cunctis adversitatibus
  Perpetim custoditur.
- Electus est a Domino
   Pariter et assumptus,
   Ut in atriis habitet
   Eius bonis repletus.
- 6. Iustus ut palma floruit
  Virtute decoratus,
  Sicut cedrus in Libano
  Caelo multiplicatus.

## Responsoria.

1. Amicus fidelissimus,
Qui nullum habens odio
Cunctos vere dilexit,
Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

- Se spernens ut humillimus Subjectis fit obsequio, Quorum nullum despexit,
- V. Cultor Dei piissimus

  Multas attento studio

  Ecclesias erexit.
- 2. Audit in evangelio
  Salubria consilia,
  Quae Christus promulgavit,

Hoc est, inquit, quod cupio; Non incessit per devia, Sed his se conformavit,

- V. Acquievit imperio
  Praecepta servans omnia,
  Quae salvator mandavit.
- 3. Carnis spicam
  flagello conterit
  Et excussam
  paleam reperit,
  Granum purum
  virtutum eligit,
  Cuius fructum
  in caelo colligit.
- V. Vivo pane nunc cibatur, Cuius gustu delectatur.
- 4. Morte dum crux apparuit,
  Videntibus apperuit,
  Ad mortem salvatoris
  Dum viveret aspexerat,
  Cum praeire debuerat
  Crux more viatoris,
- V. Crucifixo coniungitur Et eius visu fruitur Gustu comprehensoris.

## In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Petrum, petram primariam In ordine quem fecit, Christus super ecclesiam Primum caput praefecit.

### Responsoria.

- 1. Vere dux novus dicitur,
  Per quem plebs sequens pascitur,
  Claris lustratur moribus
  Mundi spretis honoribus;
- V. Honores mundi fugiens
  Summae cathedrae vertici
  Cessit sicut vir cupiens
  Non praeesse sed subici.
- 2. Hic simplex, rectus, humilis, Dei cultor amabilis, Inter adversa patiens, Inter prospera sapiens;
- V. Hic attritus iciuniis
  Et intentus vigiliis,
  Devotum habens spiritum,
  Ordinem fecit inclitum.
- Supra petram ecclesiae Petrus divinae gratiae Novat in saeclo tempora Religione socia;
- V. Magnum adauxit numerum Fratrum sancte degentium, Cuius laus ab infantia Currit per orbis climata.
- 4. Dum paupertatis scrinium
  Petrus vir sanctus diligit,
  Ad egestatis studium
  Natos notatos erigit,
  Quos ad vitandum vitium
  Divitiarum dirigit;
- V. Paupertatis inopia
  Ditat ipsum in patria,
  Illuc felici copia
  Fruens est plenus gloria.

## In Laudibus.

Antiphonae.

1. Hic vir decorem induit
Et moveri non potuit,
Quem auxit fortitudo,
O Petre, testimonia
Tua sunt credibilia,
Te decet sanctitudo.

- 2. Laetus in caelis iubilat
  Et inter sanctos rutilat,
  Quia laetus servivit,
  Ab angelis recipitur
  Et inter eos ponitur,
  Dum caelos introivit.
- 3. Ad te, Deus, hic vigilat
  Et, quae sunt mundi, ventilat,
  Bonorum pauperumque
  Fit plurimorum medius
  Et paenitentum socius
  Pie iuvans utrumque.
- 4. Educens de pulveribus
  Induxit cum principibus,
  Cum hunc sanctum assumpsit,
  Sed dum honores abdicat.
  Se nihil esse indicat,
  Nam se pulverem legit.
- 5. Laudans laudavit Dominum
  Et supernorum agminum
  Laetam societatem,
  Laus sibi semper adfuit,
  Ex quo habere meruit
  Caeli felicitatem.

#### Ad Benedictus.

A. O Petre, petra solida,
Verba depromens lucida,
Te ornavit spiritus
Mentem replens dono,
Tu es testis praevalidus,
Quem zelus sanctus fervidus
Coaptavit caelitus
Sempiterno bono.

## In 2. Vesperis.

## Ad Magnificat.

A. Salve, Petre, pater
patriae, lux forma bonorum,
Virtutis speculum,
recti via, regula morum,
Carnis ab exsilio
due nos ad alta polorum.

## Infra Octavam.

## Ad Noct. Antiph.

- 1. Petrus exstat vocabulo
  Lumen situm sub modio,
  Flammescens sic resplenduit,
  Quod universis notuit.
- 2. Hic vita sanctus exstitit, Qui telis hostis restitit, Liber a mundi fulmine Sedet in caeli culmine.
- 3. Domuit artus corporis
  Cum miris abstinentiis,
  Transcendit humanas vires
  Per annos sex undecies.
- 4. Patrum secutus tramitem Vitam elegit humilem, Nam summo pontificio Cessit quieto animo.
- 5. Almi patris oraculo Redditur lumen saeculo,

- Dum sospes quisque graditur, Languore qui deprimitur.
- Vili contentus tegmine Carnem domat ieiuniis, Sacro calescens flamine Orat crebris vigiliis.
- 7. Orabat cum suspiriis
  Et altis desideriis,
  Sicque praescivit obitum
  Videns crucem ad exitum.
- 8. Huic Petrus apparuit, Nam eius locum tenuit Et nomen eius habuit Eiusque vita claruit.
- Sancte Petre, pater alme, Perennis possessor palmae, In conspectu summi regis Memor esto tui gregis, Ut tua benigna prece Criminum purgata faece De virtute in virtutem Gradiamur ad salutem.

Brev. ms. Caelestinorum saec. 14. Cod. Avenionen. 129 (72 bis). A.—Brev. ms. Caelestinorum saec. 14. Cod. Mazarin. 361 (778). B.— Brev. ms. Caelestinorum saec. 14. Cod. Parisin. (Arsen.) 106. C.— Brev. ms. Caelestinorum saec. 15. Cod. Univ. Bononien. 2275. D.— Brev. ms. Caelestinorum saec. 15. Cod. Mazarin. 357 (733) E.— Brev. ms. Caelestinorum saec. 15. Cod. Parisin. 1277. F.— Antiph. ms. Caelestinorum saec. 15/16. Cod. Pragen. VIII C 15. G.— Brev. Caelestinorum imp. Neapoli 1488. H.— In Laud. A 3, 4 medicius F.— Ad Ben. 3 Sic te ornavit G.— Ibid. 4 suo dono.— Infra Oct. AA fehlen F; A 9 fehlt FH.— Hiezu die Hymnen: in 1. Vesp.: In paradisi culmine (Anal. XXII, 223); ad Noct.: Plaudens mater ecclesia (Anal. IV, 221); ad Laudes: Lux sanctorum confessorum (Anal. IV, 221).

#### 47. In Translatione s. Petri Caelestini.

## In 1. Vesperis.

- 1. Iste sanctus in papatu
  Multos traxit e tartaro,
  Quos a suo incolatu
  Liberavit de barathro.
- 2. In papatu non mutavit
  Eremi vitam asperam,
  Semper tamen conservavit
  Solitam abstinentiam.
- Alter Petrus hic probatur Miraculosis actibus,
   Dum ad umbram relevatur Eius quilibet languidus.
- 4. Loca petit consueta
  Deserti, postquam renuit,
  Laude hominum iam spreta
  Inter sanctos enituit.
- R. O miranda et laudanda Christi providentia,

Quae tot digna pandit signa In Petri praesentia, Dum precatur et locatur-Noviter in Aquila;

V. Sanctum corpus, tumulatum
Olim in Campania,
Nuper tamen est translatum
Cum honoris gloria.

### Ad Magnificat.

A. O beate Caelestine,
Factus civis caelestium,
Consors gratiae divinae
Obtinuisti bravium,
Ubi regnas sine fine,
Ora pro nobis Dominum.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Exsultemus Deo Vocibus sonoris In translatione Petri confessoris.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Hic vir sanctus et perfectus Quaerit deserti abdita Et virtute circumsaeptus Praebet salutis monita.
- Dum stat crypta interclusus
   Assistunt sibi angeli,
   Rore caelico perfusus
   Formam assumpsit parvuli.
- 3. Locum signat in Magella
  Alba columba construi,
  Quae, dum sanctus stat in cella,
  Eius paret obtutui.
- 4. Biennio sic demonstratur
  Spiritus sancti fieri
  Templum, quod post consecratur
  Testimonio angeli.

- Sanctus iste videt clare
   Angelorum exercitum
   In ecclesia cantare
   Eius sacrum officium.
- 6. Inter angelos stat sanctus
  Amictus veste fulgida,
  Cui dicitur post cantus:
  Crede hoc mente solida.

- Iste novus eremita,
   Petrus, confessor inclitus
   Et perfectus coenobita,
   Fuit in fide solidus,
   Quem collaudat sancta vita
   Perseverans catholicus,
- V. Summa virtus hunc protexit
  Ab eiusdem infantia
  Et ad bonum semper vexit
  Per virtutum fastigia.
- 2. Petrus residens in petra
  Fundatus est in gratia,
  Qui abhorrens quaeque taetra
  Mundana sprevit vitia
  Facieque iugi laeta
  Sancta vixit munditia;
- V. Sanctitatis petit vitam

  Per plurima ingentia,

  Suam reddens carnem tritam

  Mira cum abstinentia.
- 3. Hic praepollet sanctitate
  Et refulget virtutibus
  Maximaque unitate
  Se coniungit fidelibus
  Et probata honestate
  Donat statuta fratribus.
- V. Stans in montibus desertis
  Totum se Deo dedicat
  Studiisque iam expertis
  Terrena semper abdicat.
  - 4. Vitam caelicam deducens
    Mundana semper horruit,
    Velut facula relucens
    Toti mundo resplenduit.
    Et innumeros inducens
    Viam salutis dirigit.

V. Bis sex lustris in deserto
Vixit bellator strenuus,
Contra hostem ab experto
Pugnavit miles optimus.

## In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Hic mortificationem
  Crucis in se retinuit
  Et per contemplationem
  Deum nunquam deseruit.
- Huic sancto parent aves
   Atque ursi de nemore,
   Et subduntur maris naves
   Pacificato aequore.
- 3. Librum Petro corvus portat
  Per longa terrae spatia,
  Quem et angelus confortat
  In sancta abstinentia.

## Responsoria.

- 1. Post curriculum annorum
  Romanae sedi iungitur
  Locumque apostolorum
  Tenere tunc praecipitur,
  Factus consors electorum
  Caelestinus assumitur;
- V. Summus pontifex vocatur
  Divino inspiramine,
  Dono gratiae dotatur
  Spiritus sancti flamine.
- 2. Hic est papa Caelestinus
  Factus civis caelestium,
  Qui non sentit plus et minus
  In ordine humilium,
  Quem attollit mos divinus
  Ad gloriosum bravium.
- V. Ad augmentum praemiorum
  Hic cedit pontificio,
  Ut thesaurum perfectorum
  Condat quieto animo.

- 3. Statu quolibet perfectus
  Iste confessor exstitit,
  Nam divinitus provectus
  Virtute semper claruit,
  In papatu stetit rectus,
  Nunquam a bono destitit;
- V. Post et ante corde puro
  Quaerit virtutum culmina,
  Suum corpus cibo duro
  Domat vitans inania.
- 4. Iste sanctus augmentatur
  Virtute, postquam renuit,
  Et miraculis ornatur,
  Cum ad desertum rediit,
  Demum sanctus comprobatur
  Dum feliciter obiit.
- V. Nam ad caelum clara cruce Pergit hic sanctus praevia, Dum decedit de hac luce Comite luce fulgida.

#### In 3. Nocturno.

#### Ad Captica.

A. Vita sancta duplicatur,
Postquam papatum renuit,
Sanctitasque serenatur,
Dum gloriosus obiit.

- Reverenter tumulatur
   Hic sanctus in Campania,
   Ubi magna congregatur
   Episcoporum copia,
   Populusque adunatur
   Ad confessoris funera.
- V. Noscens papa hunc obisse
  Cardinales accelerat,
  Quem removerat, fuisse
  Papam et sanctum noverat.
- 2. Post hace autem disponente
  Divina providentia
  Et Campania manente
  In magna disceptantia,
  Cursu temporis volvente
  Tendit sanctus ad alia.

- V. Corpus Aquilam portatur
  Cum maximo ingenio
  Et cum laude collocatur
  Intus in Collemadio.
- 3. Hic est Petrus de Murrone,
  Petrus de petra solidus,
  Fortis, potens in agone,
  Eremi cultor fervidus,
  Toti mundo famae bonae
  Fuit odor mirificus;
- V. Vir angelicus in vita

  Transcendit vires hominum

  Et perfectus trapezita,

  Comprehensor caelestium.
- 4. Collaudemus confessorem
  Petrum ingenti gaudio,
  Quem clamemus defensorem
  In sancto patrocinio
  Et per ipsum creatorem
  Consequamur in praemio;
- V. Noster coetus promat laudes Pro sancti huius meritis, Qui devicit mundi fraudes Adeptis caeli gaudiis.

## In Laudibus.

## Antiphonae.

- 1. In hac vita sanctus iste,
  Petrus confessor, exstitit
  Familiaris baptistae
  Per desertaque petiit.
- Huic saepe, dum orabat, Apparebat in cellula, Quemadmodum confortabat Data vivendi formula.

- 3. Hunc evangelista docet

  A sua pueritia,
  Ut vitando, quae hic nocent,
  Sancta vivat munditia.
- 4. Stans in montibus Magellae
  Totum se Deo dedicat,
  Ut columba sine felle
  Terrena quaeque abdicat.
- Hic oratione sancta
   Hostem devicit perfidum
   Ac eiusdem pedis planta
   Calcat et hunc igniferum.

#### Ad Benedictus.

A. O confessor gloriose,
Petre, terrena respuens,
Obiens miraculose,
Caeli gaudia possidens,
Illa cum victoriosae
Vexillo crucis adiens.

## In 2. Vesperis.

## Ad Magnificat.

A. O mira virtus
Petri confessoris,
Qui et amictus
luce creatoris,
Ut ostendatur,
quanti sit ardonis
Caelo portatur
specie fulgoris
Et sic locatur
confessorum choris.

Brev. ms. Caelestinorum saec. 14. Cod. Avenionen. 129 (72 bis). A.—Brev. ms. Caelestinorum saec. 14. Cod. Mazarin. 361 (778). B.—Brev. ms. Caelestinorum saec. 14. Cod. Parisin. (Arsen.) 106. C.—Brev. ms. Caelestinorum saec. 15. Cod. Parisin. 1277. D.—Brev. ms. Caelestinorum saec. 15. Cod. Mazarin. 357 (733) E.—Antiph. ms. Caelestinorum saec. 16/16. Cod. Pragen. VIII C 15. F.—Brev. Caelestinorum imp. Neapoli 1488. G.—Ad Matut. Invit. 2, 2 in vocibus F.—In 1. Noct. A 6, 4 Arde hoc F.—In 2. Noct. A 1, 4 Dominum nunquam FG.—In 3. Noct. Rf2, 10 Collermadio F.—R 4, 9 trapezeta F.—Ad Ben. A, 5 Illa dum F.—Hierzu die Hymnen Anal. IV, Nr. 417—419; BDE haben keine eigenen Hymnen, sondern die des Hauptfestes.

## 48. De s. Petro Martyre.

## In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Collaetetur
turba fidelium
Triumphantis
athletae gaudio,
Qui conservans
pudoris lilium
Et coruscans
doctrinae gladio,
Dum pro fide
subit martyrium
Trino felix
potitur bravio.

### Ad Magnificat.

A. O Petre, martyr inclite,
Praedicatorum gloria,
Virginitate praedite,
Verbo, signis et gratia,
Concessa nobis solitae
Pietatis clementia
Transacto mundi tramite
Nos transfer ad caelestia.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Caelestis exercitus regem adoremus Et pro palma militis eius iubilemus.

## Ad Nocturnum.

Antiphonae.

- 1. De fumo lumen oritur

  Et rosae flos de sentibus,

  Doctor et martyr pascitur

  Petrus de infidelibus.
- 2. Praedicatorum ordinis
  Militans in acie
  Nunc coniunctus est agmini
  Caelestis militiae.

 Mens fuit angelica, Lingua fructuosa, Vita apostolica, Mors quam pretiosa.

### Responsoria.

1. O Petre, sidus aureum,
Summi vas honoris,
Candorem servans niveum
Dono creatoris,
Decus habens virgineum
In supernis choris,

V. Tu speculum munditiae,
 Tu custos innocentiae
 Tu sancti flos pudoris.

2. Praedicator fervidus,
Fidei amator,
Circuit intrepidus
Haeresum damnator,
Vitiorum rigidus
Semper expugnator,
Veritatis lucidus
Doctor et amator,

V. Verbo vitae praedicat, Signis crebris emicat Legis aemulator.

3. Dum Samsonis vulpes quaerit,
Ab iniquis emitur,
Caput sacrum lictor ferit,
Iusti sanguis funditur,
Sic triumphi palmam gerit,
Dum pro fide moritur.

V. Stans invictus pugil fortis Constans profert hora mortis Fidem, pro qua moritur.

## In Laudibus.

- Petrus novus incola Caelos laureatus Ascendit laureola Triplici dotatus.
- 2. Turbae currunt languentium, Signa coruscant varia,

Et in Petri praeconium Crebra crescunt prodigia.

- 3. Bolus digne suffocat
  Guttur detrahentis,
  Sed mox ipsum revocat
  Votum paenitentis.
- 4. Motu, sensu corporis
  Iuvenis privatur,
  Tactu sacri pulveris
  Vitae restauratur.
- Ad sancti Petri tumulum
   Frequens lux descendit,
   In cuius laudis titulum
   Lampades accendit.

Ad Benedictus.

A. Summa pollens Petrus munditia Et praefulgens
doctrinae gratia,
Martyrii
clarus victoria
Trinae fulget
coronae gloria.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O martyr egregie,
doctor veritatis,
Puritatis vasculum,
norma sanctitatis,
Tua per suffragia
veniam peccatis
Et vitam in gloria
praesta cum beatis.

Brev. ms. Praedicatorum saec. 13. Cod. Doneschingen. 312. A. -Diurn. ms. Praedicatorum saec. 13. Cod. Bambergen. Ed. VII 22. B. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 13. ex. Cod. Barberin. XI 43. C. — Brev. ms, Praedicatorum saec. 13/14. Cod. Londinen. Add. 17007. D. — Antiph. ms. Urgellense saec. 18/14. Cod. Capit. Urgellen. s. n. E. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. in. Cod. Araugien. M sq. F. - Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. Cod. Olomucen. I VIII 4. G. - Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. Cod. Rossian. s. n. H. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. Cod. Carnoten. 522. I. — Brev. ms. Altenhohenaviense saec. 14. Clm. Monacen. 2902. K. — Brev. ms. S. Ludovici Pisciacen. saec. 14. Cod. Parisin. (Arsen.) 602. L. — Brev. ms. Monasteriense saec. 14. Cod. Monasterien. 227 (479). M. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. Cod. Barberin, XI 15. N. -Brev. ms. Praedicatorum saec. 14. Cod. Neapolitan. VI F 6. O. — Brev. ms. Praedicatt. Meten, saec. 14. Cod. Univ. Bononien. 2865. P. — Brev. ms. S. Sepulcri saec. 14. Cod. Parmen. Palat. 163. Q. — Brev. ms. S. Michaelis (de los Reyes) saec. 14. Cod. Univ. Valent. 89-5-23. R. - Brev. ms. Toletanum saec. 14. Cod. Matriten. Ff 147. S. - Brev. ms. Franciscanum saec. 14. Cod. Vatican. 7237. T. - Brev. ms. Toletanum saec. 14/15. Cod. Univ. Matriten. 48 (92-1). U. - Brev. ms. Albense saec. 15. Cod. Lambacen. LXXXIX. V. - Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Constantien. 1393. W. - Brev. ms. S. Clarae Neapolit. saec. 14. Cod. Casanaten. B III 5 (407) add. saec. 15. X. — Brev. ms. Praedicatt. Cremonen, anni 1467. Cod. Casanaten. B VI 5 (1182). Y. - Brev. ms. S. Marci Florent, saec. 15. Cod. Florentin, Conv. sup. I IV 17. Z. - Brev. ms. Argentinense saec. 15. Cod. Parmen. HH IV 18. Aa. - Brev. ms. Praedicatt. Asten. saec. 15. Cod. Parmen. II X 18. Bb. - Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Solodoren. s. n. (ol. p 6). Cc. — Brev. ms. Zamorense saec. 15. Cod. Capit. Zamoren. s. n. Dd. — Brev. ms. Praedicatt. in Phorezen anni 1407. Cod. Stuttgartien. 1 b 46. Ee. — Brev. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Bambergen. Ed. VII 3. Ff. - Brev. Praedicatorum imp. Venetiis 1514. Gg. — Brev. Zagrabiense imp. Venetiis 1505. Hh. — Brev. Urgellense imp. Venetiis 1487. Ii. — Brev. Compostellanum imp. Ulisiponae 1497. Kk. - Brev. Tirasonense imp. Venetiis 1497. Ll. - Brev. Sigenense imp. Caesaraugustae 1547. Mm.

Die Varianten dieser Quellen aufführen, hieße, da der Text völlig sichergestellt ist, eine Druck- und Schreibfehlersammlung veranstalten. Die

drei zum Officium gehörigen Hymnen cfr. Mone III Nr. 1121-1123.

#### 49. De s. Petro Tarentasiensi.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Te Petrus decorat,
Burgundia, teque honorat,
Petri protegeris
procibus meritisque foveris,
Cuius in hoc festo
solito iucundior esto.

#### In 1. Nocturno.

#### Responsoria.

- 1. Ut sub honore tali
  procedant festa diei,
  Dignaque laus detur,
  qua Christus honorificetur,
  Nostri vita chori
  devoto consonet ori,
- V. Nescia finiri
  cui fax nova coepit oriri.
- 2. Hic vir magnificus,
  humilis, pius atque pudicus,
  Quo duce Martha Liae,
  Rachel sociata Mariae,
  Martha laborando
  fuit atque Maria vacando,
- V. Ne premat ecclesiam regnum, ne Martha Mariam.
- 3. Iam superis iunctus,
  iam prae consortibus unctus,
  Migrat translatus
  de culmine pontificatus
  Ad superos cives,
  factus de paupere dives,
- V. De gremio matris translatus ad atria patris.
- 4. Nova mundo gaudia
  Flagrant in Sabaudia,
  Flos Cisterciensis,
  De sancto coenobio,
  De monte Stamedio
  Nova lux apparuit,
  Sed domus obtinuit
  Hanc Bellavallensis.

V. Omnes gentes, plaudite, Sapienter psallite Laudibus immensis.

### In 2. Nocturno.

- 1. Floruit ecclesia
  Fructumque post florem
  Tulit in Sabaudia,
  Caelum dedit rorem,
  Tota currit patria,
  Tu vero, Burgundia,
  Fructus huius gratia
  Induis decorem;
- V. Laetare, Stamedium, Novum tibi gaudium, Germinasti lilium, Cuius in odorem.
- 2. Subveniens multis
  Petrus in morte sepultis
  Compedibus fractis
  et carceribus patefactis
  Absens praesentes
  potuit caecare clientes,
- V. Ut pateat, quanti sit ubique potentia sancti.
- 3. O decus ecclesiae,
  matri, pater, auxiliare,
  Quo gaudent hodie
  sidera, terra, mare;
  Natum mater, nata
  parentem, sponsa maritum
  Gaudet in aeterna
  nobilitate situm.
- V. Quo sibi flore dato rediviva viret prius arens Patre, viro, nato filia, sponsa, parens.
- 4. Mellifluo flori,
  qui balsama vincit odore,
  Alternando chori
  succensi cordis amore
  Concentu memori
  digno modulemur honore,

V. Gratia dat rorem flori, Sabaudia florem.

#### In 3. Nocturno.

Responsoria.

1. Luciferi splendens
radius super aethera tendens,
Quem colit iste chorus
voto, prece, laude sonorus,
Spes et amor cleri,
tu nos dignare tueri,

V. Gloria pontificum, pastor bonus, sidus amicum.

2. Splendida stella poli,
pater inclite, spernere noli
Nos tibi devotos
et ab omni crimine lotos
Tecum sorte pari
fac nos super astra locari,

V. Maxime pastorum, spes, portus et aura tuorum.

3. Iucundetur hodie,
Subalpina contio,
Matris, sponsae, filiae
Gaudens privilegio,
Petro sit devota,
Suo primum filio,
Sponso post ecclesiae,
Demum patri patriae
Sua solvat vota;

V. Bellavallis, propriae
Ubi sunt reliquiae,
Speciali gaudio
Sit devota tota.

4. Abbatis officio
Functus in principio
Moribus honestis,

Pulchris archipraesulis
Decoratus infulis
Modo regni titulis
Fruitur caelestis,
Quod a pueritia

V. Quod a pueritia Iustus vicit vitia Sola púdicitia Multiplex est testis.

#### In Laudibus.

Super Psalmos.

A. Lugent orbati
sublato de patre nati,
Congaudendo tamen
solvunt iubili modulamen,
Lugent ablatum
gaudent super astra locatum.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Bellae Vallis in hac die Laetetur ecclesia. Sonent laudum melodiae Cordis ex laetitia, Alleluia Consonet ecclesia, Pastor noster hinc transivit. Sed cum Christo semper vivit, Alleluía. Consonet ecclesia. Vallis tota incundetur Psallat clerus, plebs laetetur, Alleluia Consonet ecclesia. Miserere miserorum Pie pater et tuorum Memor esto memorum; Alleluia Consonet ecclesia.

Brev. ms. Parisense saec. 13. Cod. Colmarien. 315. add. saec. 14. A.—Antiph. ms. Salemitanum saec. 13. Cod. Heidelbergen. X 6 b. B.—Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Oenipontan. 542. C.—Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Fiechten. 247. D.—Brev. ms. Stirpinense saec. 15. Cod. Stirpinen. 30. E.—Brev. ms. Cisterciense saec. 12. Cod. Confluentin. 170. F.—Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Clm. Monacen. 23 280. G.—Brev. ms. Altaripense saec. 15. Cod. Friburgen. L 64. H.—Brev. ms.

Cisterciense saec. <sup>13</sup>/<sub>14</sub>. Cod. Eremiten. 92. I. — Diurn. ms. Wettingense saec. 14. Cod. Araugien. W 4 9. K. — Brev. ms. Langheimense saec. 14. Cod. Bambergen. Ed IV 10. L. — Brev. ms. Lichtenthalense saec. 15. Cod. Carolsruhan. I. 15. M. — AA ad Vesp. et Noct. sowie Invitat. nur Alleluia. — In 1. Vesp. ad Magn. A, 2 teque decorat DE; fehlt C. — In 1. Noct. R 4, 5 monte stadio C. — R 4, 8 Bonevallis C. — In 2. Noct. R 2, 6 cliens im Sinne von armiger; vgl. Du Cange s. v. cliens. — R 3, 1 0 fehlt C. — R 4, 1 flore DE. — In 3. Noct. R 2, 8 et amatorum C; aura morum. E. — R 3, 2 Sub almo concio C. — R 4, 6 titulis fehlt C. — R 4, 11 est caelestis C. — In Laud. A, 2 fehlt C.

#### 50. De sancto Placido.

## In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- 1. Martyris invicti
  Placidi victricia gesta
  Efferat in caelum
  sacra contio voce modesta.
- 2. Patricum suboles, martyr quoque post monachatum,

Obtinuit meritis caelestem patriciatum.

- 3. Post flagra, post fustes
  Christi iugulatus amore
  Emit felici
  sibi caelica regna cruore.
- 4. Pro sibi devotis
  humiles fundendo precatus
  Expiet humanos
  solita pietate reatus.

## Ad Magnificat.

A. Unice martyr, ave,
caeli rosa, flos paradisi,
Cui peperit vitam
capitis iactura praecisi,
Fac, placide vivant
Placidi munimine fisi.

## Ad Matutinum.

### Invitatorium.

Voto communi trino iubilemus et uni, Cui meruit Placidi vere pia vita placere.

### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Roma potens Placidum felici protulit ortu, Cui datur in Siculo fidei victoria portu.
- Stirpe satus Flavia, suboles pia patriciorum, Splendorem generis cumulavit pondere morum.
- Is usu mundi desiderioque relicto Est prope septennis puer oblatus Benedicto.
- 4. Ordinis et vitae
  capit aetas vivida normam,
  Qua praeceptoris
  valeat resculpere formam.
- Raptus aquis virtute patris Maurique labore, Non potuit rapido sorberi gurgitis ore.
- 6. Martyrii titulo sublimis in orbe futurus Instantes evasit aquas gladio moriturus.

- Vir fidei digne, poena decoctus et igne, Hostia fit viva veris mutando cadiva.
- V. Flos satus in spina coquitur torrente pruina.

- 2. Editus in vitam
  speciem refigurat avitam
  Dote sacra morum
  genus ornans patriciorum,
- V. Traditus in monachum nemus mundi exit opacum.
- 3. Actas cauta parum
  cum vi raperetur aquarum,
  In virtute patris
  fluviis educitur atris,
- V. Ecclesiae murus propugnatorque futurus.

#### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Adfuit hic praesens
   Benedicto, cum prece munda
   Fecit, ut arenti
   de rupe reflueret unda.
- Acrius adflictum
   morte capitis Capuanum
   Reddidit impressa
   forma crucis ilico sanum.
- 3. Obductum caeca caligine lucis acumen Purgat et infundit oculis spirabile lumen.

## Responsoria.

- 1. Cum pueri metas
  evaderet altior aetas,
  Coepit signorum
  radios vibrare novorum,
- V. Siciliam vadens, gratis quoque caelica tradens.
- 2. Daemone possessum mentisque gravedine pressum

Vi crucis illata curat prece peste fugata,

V. Gressus damnatos, lepra variante notatos.

# In 3. Nocturno.

Responsoria.

- O virtus celebris, effecta inclita rebus, Cui morbus cedit, natura potenter obedit,
- V. Omnibus et gratis dispergit opes pietatis.
- 2. Cum meritis operum
  premeretur copia rerum,
  Induciata parum
  facit hunc sua passio clarum,
- V. Corporeae litis causis in carne sopitis.
- 3. Oranti lictor
  superassistens quasi victor,
  Dum faciendo moram
  precibus sacer occupat
  horam,

Impius invidit et ei caput ense recidit

V. Composita mente placida precesumma petente.

### Prosula.

- 1. Ducis ex imperio
  Datur martyr vigili
  Custodiae,
  Caeli beneficio
  Reservatus celebri
  Victoriae.
- 2. Et ex Poena
  persequentis rabie
  Tactus poena
  famis et inediae.
- 3. Dum resumit nec assumit
  Vires patientiae,
  Fustigatur et mactatur
  Verberum congerie.
- 4. Lingua caesa, sed non laesa
  Facultate
  Virilis facundiae,
  Supplicanti vel oranti
  Sanctum caput
  Minister nequitiae
- 5. Ense recidit.

In Laudibus.

Antiphonae.

Laudes.

- 1. Vir meriti magni
  dum sanguine se lavit agni,
  Principe sub Manuca
  fugit moriendo caduca.
- Mente tulit grata
   Placidi patientia lata
   Verbera fuste data,
   flagris dans terga parata.
- 3. Martyris est visa
  verbum dare lingua recisa,
  Hincque magis fari,
  quia sic habuit cruciari.
- 4. Corpore discisso
  poenis et verbere spisso
  Caelo curante
  sic sanus habetur ut ante.
- Membra daturus humi tetra post spiramina fumi Scandit inoffense caelumque subinvolat ense.

Ad Benedictus.

A. Martyr inevictus

post dira flagella vel ictus,
Linguae caesura

verbi redimens sibi iura,
Hac Placidus luce

post vitae damna caducae
Sanguine purpureum

meruit sumpsisse tropaeum.

Ad Tertiam.

A. Messanam veniens
Siculis adlabitur oris
Propositurus ibi
speculum vitae melioris.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magne triumphator
mirabiliumque patrator,
Flos tener et munde,
flos martyrio rubicunde,
Quem necis e prelo
rapit et dat gratia caelo,
Fac virtute precum
yere nos vivere tecum.

Brev. ms. Casinense saec. 13. Cod. Casinen. 419. A. — Brev. ms. Vallumbrosanum anni 1476. Cod. Oxonien. Miscell. Liturg. 168. B. — Brev. ms. Congreg. s. Iustinae saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 671. C. — Brev. ms. S. Trinitatis Florent. saec. 15. Cod. Laurentian. Conv. sup. 456. D. — Brev. ms. Camaldulense. saec. 15. Cod. Laurentian. Conv. sup. 519. E. — Brev. ms. S. Michaelis de Burgo (Pisis) anni 1457. Cod. Ravennat. 139. 1. Z. F. — Brev. ms. Camiliacense saec. 15. Cod. Parisin. 1278. G. — Brev. Caelestinorum imp. Neapoli 1488. H. — Brev. Camaldulensium imp. Venetiis 1484. I. — Brev. Olivetanorum imp. Venetiis 1493. K. — Brev. Olivetanorum imp. Florentiae 1521. L. — In 1. Vesp. AA super Ps. fehlen BIL. — In 1. Noct.: A 2, 2 pia paternorum H, patronorum L. — A 4, 2 aetas invidam H, invida I, nividam L. — R 2, 4 gemmis ornans HL. — Ordnung der RR 2, 3, 1, I; dieses hat als R 4:

R. Vera Dei pietas, cui militat ordo vel aetas,
 Exhilaret mentes Placidi nova festa colentes,
 V. Ut resonum melos valeat contingere caelos.

In 2. Noct.: A 1, 1 hic parens H. — A 2, 3 Reddit HL. — I hat 6 AA super Ps., nämlich 4. Patricii (!) suboles etc.; 5. Post flagra, post fustes etc.; 6. Messanam veniens etc. — R 3, Hic pro amore Dei, prosaisch, de communi A. — R 4 Octava lectio et R de dedicatione A. — Die andern Quellen haben vier RR: 3. O virtus celebris etc.; 4. Cum meritis operum etc. — In 3. Noct. Ad Cant. A Unice martyr ave etc. AH; Corpore discisso etc. L, Membra daturus humo BI. — R 1 gebildet aus A 1 und A 2 der 1. Vesp. HIL; R 2 aus A 3 und A 4 der 1. Vesp. HIL. — R 4 ebenda:

R. Gemma caeli purpurea, Vitae nitescens laurea, Insistentes tuae laudi, Pie martyr, nos exaudi,

 V. Post vitae clarae terminum Cum sociis ad bravium Tripudians vocari.

Die Prosula hat nur A. — In Laud.: A 5, 1 Membra datur humi HI. — I hat in Laud. nur eine A, die erste; die andern verteilt es auf die kleinen Horen; A hat nur eine eigene A ad Tertiam, nicht für die andern Horen. Ganz unvollständig ist das Officium in F, das die Rubrik hat: "Invitatorium et cuncta, quae hic deficiunt, fiant de communi plurimorum martyrum." — Zu diesem Officium gehören die Hymnen Anal. IV; Nr. 423—425. Zu dem ersten derselben bemerkt Cod. Casinen. 34. saec. 14: "Ympnus Domini Reynaldi Abbatis", der alsdann auch als Verfasser der andern beiden Hymnen sowie des ganzen zugehörigen Officiums anzusehen ist. Gemeint kann nur Reinaldus von Colle di Mezzo (Colomentanus oder Colimentarius) sein, der 1136 Abt, 1140 Kardinal ward und den 15. Juli 1165 starb. Vgl. Petrus diaconus IV, 128; Gattula, Historia Abbatiae Casinen. I, 394 ff.

### 51. De sancto Placido.

### In 1. Vesperis.

### Antiphonae.

- Exsulta, pater monachorum, Cernens mira filiorum, Qui de bellis tormentorum Scandunt regna supernorum.
- Nam, ecce, miles, Placidus Saevis paret conspectibus Et Flavia cum fratribus Trigintaque complicibus.
- Exspoliantur milites
   Et sancti Dei proceres,
   Caeduntur saeve fustibus,
   Acris mactantur ictibus.
- Replentur sibi gaudiis, Exsultant in suppliciis, Iesum fatentur laudibus, Diis Deum prae omnibus.

# Ad Magnificat.

A. O decus Christi tironum
Exemplarque mirabile,
Quorum ordo monachorum
Rubescit fuso sanguine,
Vesterque chorus nitescit
Super nivem dealbatus,
Florum decore fulvescit
Meritis magnis ditatus,

Precamurque lacertorum Sublevari auxilio Vestrorumque meritorum Eripi ab exsilio.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum regem,
venite, adoremus,
Et coram suis militibus
venite exsultemus.

# In 1. Nocturno.

- Puer septem annorum
   A suo patre ducitur,
   Datus patri monachorum
   Ad caelestia tollitur.
- 2. Hie spretis mundi gaudiis Et omnibus divitiis Sub magni patris monitis Fit omnibus mirabilis.
- Bellator miles Placidus Patris praecepta sequitur, Legis Dei non nescius Siciliam ingreditur.

- 4. Hic mundo fuit mortuus Suisque voluntatibus, Cunctis fulgens virtutibus Gessit mira divinitus.
- 5. Athleta Christi Placidus Martyrium adducitur Atque cum suis fratribus Forti catena stringitur.
- 6. Exspoliantur milites,
  Caeduntur saevis fustibus,
  Exemplo quorum desides
  Accendantur ardoribus.

### Responsoria.

- 1. Ex nobili prosapia
  Septennis erat Placidus,
  Quando divina gratia
  Ad debellandum vitia
  Est Benedicto traditus;
- V. Vere tu vas virgineum, Sanctis plenum liquoribus, Tu pectus habes igneum, Plenum sacris ardoribus.
- 2. De luce splendor micuit, De mundo virga floruit, Cuius de ramis prodiit Athleta Christi Placidus, Omni virtute fulgidus;
- V. Dum totus mundo deficit, Mentem in Deo collocat Semperque cruci configit Omne, quod caro clamitat.
- 3. Siciliam ingrediens
  Ut radix bona pullulat,
  Ut pater multos generat,
  Quos Christo sursum dirigens
  Talentum Christi duplicat;
- V. Agrum serens dominicum, Sicut a patre didicit, Suis dat panem caelicum, Quo turbam sanctam reficit.
- 4. Dum huius fama volitat,
  Nimis odor se ampliat,
  Ad Christum fratres convocat,
  Quos verbis sacris consolans
  Hortatur ad certamina;

V. Hic sobrius et humilis, Castus, prudens, immobilis, Multis splendet miraculis, Pons, via, salus populis.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Fantur: Negate, perfidi, Iesum, quem stulte colitis, Nostro libate conciti, Quem perperam despicitis.
- Unus est nobis animus Unusque ordo vivendi, Una fides, pro qua, Deus, Voluntasque moriendi.
- 3. Sancti gratias agebant
  In tormentis congaudentes,
  Aequo animo psallebant
  Infideles deridentes.
- Pectus habent immobile, Quo fractus hostis vincitur, Soli Deo volubile, Cui amans subicitur.
- Istorum ignis spiritus
   Exstinguit ignem penitus,
   Amoris flamma devorat
   Omne, quod mundus irrogat.
- Lingua praecisus Placidus Christum fatetur Dominum, Qui dominatur omnibus, Deus deorum omnium.

- 1. Hi confitentur Dominum,
  Qui pergunt ad supplicium
  Minas spernentes hominum,
  Quos confitetur Dominus
  Angelis coram omnibus,
- V. Utuntur verbi gladio Facti sunt testes Domini, Semper fortes in proelio Nulli cesserunt homini.
- 2. Isti amictì lumine Et fortes in certamine Scutum habent pro tegmine

- Fidem speique galeam Iustitiaeque loricam;
- V. Vobis datum est edere De ligno vitae prospere, Pro nobis quoque petere Dignemini et propere.
- 3. Sicut sol iusti fulgebunt,
  Quosque nullus tanget aestus,
  Et in mensa consedebunt,
  Quibus ministrabit Christus,
  Perenne donans gaudium;
- V. Vestra laus Deus est summus, Corona, lux et praemium Et mercedis vitae nummus, Qui est omne solacium.
- Vos estis turres Domini, Qui adversantes daemoni Cessistis divo lumini, Ad bella nunquam pavidi, Sed semper magis fervidi,
- V. Castra non debellata Columnaeque immobiles, Vos turma laureata Vosque invicti pugiles.

# In 3. Nocturno.

### Ad Cantica.

A. Verbo, vita et sanguine Isti confessi Dominum Omni pulsa formidine Hoc calcaverunt saeculum.

# Responsoria.

- Ave, stella radiosa,
   Virgo nitens et formosa,
   Christi sponsa gloriosa,
   Tu es murus facta fortis,
   Turris passa crucem mortis;
- V. Pulchra sponsum vulnerasti, Quando ipsum adamasti, Per quem corpus cruentasti Et te ipsam immolasti.
- 2. Ecce, proles Dei patris, Summum decus veritatis, Fons amoris vitae gratis

- Te in ulnis elevavit
  Et in caelis coronavit;
- V. Felix, virgo, lumen solis Respectu caenum est prolis, Cuius frueris amoris Vitae pacis et dulcoris.
- 3. En, cantica laetitiae
  Nostrae quoque militiae
  Hoste victo nequitiae
  Cantamus coram Domino
  Regnante sine termino,
- V. In organis et citharis Cunctis devictis hostibus Et mentium tripudiis Cum dilatatis cordibus.
- 4. Expletis bellis inclitis
  Cum palma sursum pergitis,
  Per plateas discurritis
  Christo melos dulcissimum
  Canentes in perpetuum;
- V. Estote nostri memores,
  O gloriosi martyres,
  Pro nobis preces fundite,
  Ab hoste nos eripite.

# In Laudibus.

- Triumphum belli canimus, Magnum festum peragimus, Dum fratres nostri caelibes Facti sunt Dei martyres.
- Athleta Christi Placidus Poenas pro Christo fortiter Et Flavia cum fratribus Crucem ferunt alacriter.
- 3. Vestra rubescunt corpora Fuso cruore roseo, Nostra usta sunt pectora Amoris telo flammeo.
- Gustant amara dulciter
  Dulcis amoris poculo,
  Cuiusque clavo fortiter
  Adfixi sunt patibulo.

5. Amoris nexu valido
Iuncti sunt Christo fortiter,
In quorum cordis medio
Dilectus est perenniter.

Ad Benedictus.

A. O vos proceres beati,
O cruenti martyres,
Christi pugiles probati
Et laureati milites,
O zelatores fervidi
Et congressores validi,
Vos peractis agonibus,
Summis locati sedibus,

Amicti stolis candidis Gemmisque plenis fulgidis Exsultatis perenniter.

Ad Magnificat.

A. O globus invincibilis,
Armis indutus bellicis,
Flammis accensus lucidis,
Hostis depulsis iaculis
Sub alis nos protegite
Amoremque succendite
Nosque sursum erigite
Christoque salvos reddite.

Brev. ms. Farfense anni 1499. Cod. Roman. 294 (Farfen. 16). A. — Brev. ms. Farfense saec. 15. Cod. Roman. 180 (Farfen. 21). B. — Cod. Hamburgen. 1568. saec. 15. C. — Cod. Scotorum Vindobonen. 53 f. 6. saec. 15. D. — In I. Vesp. AA super Ps. fehlen D. — A 1, 2 Cum cernens C. — A 2, 2 adspectibus C. — In 1. Noct. A 1, 4 sustollitur ABCD. — R 2, 8 lies cruce conficit? — In 2. Noct. R 2, 3 Sequentur scutum habent etc. CD. — R 3, 6 est fehlt D. — In Laud. A 2, 3 Et flamma cum D. — A 2, 4 ferunt acriter D. — Die zugehörigen Hymnen cfr. Anal. IV, Nr. 420 bis 422.

#### 52. De ss. Praeiecto et Amarino.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Praeclaram nunc victoriam
Praeiecti et Amarini
Ducamus ad memoriam,
Qualiter divini
Fervor amoris perlustravit
Horum mentes et armavit,
Dum trucidantur bini.

Ad Magnificat.

A. O veraces hi patroni,
Speculum superni boni
Vere contemplantes,
Ut vobiscum collocemur
Et in caelis gloriemur,
Christum exorantes.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Surgite devoti per caelica gaudia moti, Dreves, Historiae rhythmicae. VII. Huius multimodas celebrantes carminis odas.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- O praedulcis Amarine, Tu dulciter adesto, Fac gaudere sine fine Praesentes tuo festo.
- 2. Praeiectus est praegnosticatus Ante matri quam natus.
- 3. Pandit viro venerando
  Mater suam visionem,
  Cui vir sanctus consolando
  Dat interpretationem.
- 4. Pia mater consolatur,

  Dum puer praegnosticatur.
- 5. Literarum studio
  Iuvenile pectus
  Mentis cum tripudio
  Armavit Praeiectus.

10

Studiose congestabant
 Literarum voces,
 Quos post mire erogabant
 Per praeclaros mores.

### Responsoria.

- 1. O felix societas
  Praeiecti et Amarini,
  Quam divina pietas
  Coniunxit sic, ut bini
  Pari desiderio
  Aequali martyrio
  Mire coruscarent,
- V. Mentis dum sinceritatem Hostes per severitatem Dire trucidarent.
- 2. Ex illustri procreatus
  Sanguine Praeiectus,
  Deo mire inspiratus
  Iuvenile pectus
  Literarum floribus
  Subegit claris moribus

V. Bibens corde sitibundo, Ore quod post hoc facundo Distribuit maioribus.

3. Mire fulsit hic Praeiectus,
Vir devotus et perfectus
Morum venustate;
Sic devotus Amarinus,
Simplex, mitis et divinus
Vitae puritate;

V. Erant ambo Deo digni, Casti, fortes et benigni Pari caritate.

4. Ad sanctorum monumenta
Fiunt mirabilia
Et virtutum incrementa
Inenarrabilia,

V. Caecis visus, claudis gressus, Surdis auditus redditur, Vir illisus et obsessus Horum prece solvitur.

# In 2. Vesperis.

### Antiphonae.

- Quos sincera caritas
   Divinitus univit,
   Hos tortoris feritas
   Disiungere nequivit.
- Fulsit viris in beatis Fervor merae castitatis.
- 3. Pari cum devotione Pari passi sunt agone.
- 4. Amarinus est adeptus
  Salutis beneficium,
  Dum Praeiectus est susceptus
  Eius ad hospitium.
- 5. Gaudet hospes et laetatur Hospitis adventu, Factus sospes gratulatur Salutis obtentu.
- 6. Amarinus dum conatur
  Hostes mitigare,
  A Praeiecto increpatur
  Dicens: noli, care
  Frater, modo retardare
  Coronam nobis gratam,
  A Deo praeparatam.

- 1. Dum Praeiectus est susceptus
  Laetanter ad hospitium,
  Amarinus est adeptus
  Salutis beneficium,
- V. Ex virtute iam divina Aegro datur medicina.
- O pastores et patroni
   Mites et benigni,
   Rogamus, ut superni boni
   Non simus indigni,
- V. Sed heredes, commensales Vestri simus et sodales.
  - 3. Dum Praeiectus hospitatur
    Apud Amarinum,
    Febri, qua sollicitatur,
    Amarinus mox curatur
    Virum per divinum,

- V. In quo Christus collaudatur, Et Preiecti demonstratur Virtus, aeger et laetatur.
- 4. O stupor magnae devotionis
  Miraeque admirationis
  In sanctorum passione,
  Qui pari devotione
  Mortis poenas pertulerunt
  Et ad caelos conscenderunt;
- V. Una die, una hora, Pari voto sine mora Coronari meruerunt.

### In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Prior mortis gustavit
Calicem Amarinus,
Post Praeiectus inclinavit
Se supinus.

### Responsoria.

- 1. Peracta iam legatione
  Praeiectus cum devotione
  Ad sua remeavit,
  Quo comperto Amarinus,
  Simplex velut columbinus,
  Hunc sequi curavit;
- V. Ferventi desiderio Eius sub imperio Esse destinavit.
- 2. Gaude, felix civitas
  Plebis Avernorum,
  In qua nunc festivitas
  Colitur sanctorum
  Praeiecti et Amarini,
  Qui laetanter una hora
  Meruerunt sine mora
  Coronari bini,
- V. Mundi de miseria Sublati ad aetherea.
- 3. O Praeiecte, sis praeiactus Velut fidus athleta, Quando campus erit factus, Exponetur meta,

- Cum antiquo congressuri Hoste non simus casuri, Assis cum turba laeta
- V. Christum nobis placaturus, Hostem nobis expugnaturus.
- 4. O praedulcis Amarine,
  Pie pastor et patrone,
  Ora Deum, ne ruinae
  Non nos tangant in agone.
  Nomen in epenticavit,
  Quod amarum dulcoravit,
  I, n ergo non depone;
- V. Ut nomen amplificavit
  Literarum quantitas,
  Sic mentem irradiavit
  Virtutum pluralitas.

### In Laudibus.

### Antiphonae.

- O Christi mira pietas
   Virtutum et nimietas,
   Quae fulsit in sanctorum
   Martyrum consortio,
   Quorum vera portio
   Est gaudium caelorum.
- 2. Horum desideria

  Cum mente devota

  Circa monasteria

  Desudabant tota.
- 3. Pari voto sine mora
  Una die, una hora
  Morti sunt addicti,
  Sic recenter trucidati
  Et ad caelos sublevati
  Sunt martyres invicti.
- 4. Assunt turbae caelicae,
  Virtutes et angelicae
  Prosequuntur,
  Terra corpus venerandum,
  Caelum spiritum beandum
  Assequuntur.
- Terrae caro commendatur, Spiritus vivificatur In caelesti curia,

10\*

Laus et honor tribuatur Christo regi, ut solvatur Mentium penuria.

Ad Benedictus.

A. Sanctorum per suffragia,
Iesu Christe, pastor bone,
Mundi seda naufragia,
Qui potenter in agone
Mortis poenas pertulerunt
Et aeternae meruerunt
Praemia coronae.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Praesulatu sublimatur
Praeiectus, vir divinus,
Regulari decoratur
Honore Amarinus,
Alter turbam clericorum
Rexit, alter monachorum,
Sic fulsit honor binus.

Brev. ms. Monasticum. saec. 15. Cod. Eremiten. 759. — In 1. Vesp. ad Magnif. A, 1 hic patroni. — In 1. Noct. A 3, 2 Matri solemni visionem. — R 1, 7 Mire trucidarent. — B 4, 7 Vir illesus. — Hiezu der Hymnus: Annua festa celebret ecclesia (Anal. XXIII, 260).

### 53. De ss. Quinque Martyribus.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- 1. Virtus Christi iam panditur, Fideque spes extollitur Victorum martyrio, Ecclesia quam nobilis Gaudeatque spectabilis Cordis desiderio.
- Francisci flores germine Christum profuso sanguine Opere imitantur, Honorio pontifice Sixtoque nunc opifice Mirifice venerantur.
- 3. Hos Christi providentia
  Voluit et clementia
  Martyres reservari
  Huic summo iam hierarchico,
  Ne furore malifico
  Hic possit aggravari.
- 4. Horum igne cor caluit,
  Hos Christus pastu aluit
  Sanguinisque liquore,
  Dum crucis scandit loculum,
  In eum figunt oculum
  Prae flebili maerore.

5. Vultu petunt angelico
Christi pedibus ilico
Cupiunt inhaerere,
Mox his pater consentiens
Et fervidos conspiciens
Hic mortem non timere.

Ad Magnificat.

A. O victorum purpura, Consolator in tortura. Rubentis militiae Robur et athleta! Dulcor te sequentibus, Stupor es te verentibus, In livoris facie Mors exstat deleta, Quem gemunt suspirio Fragrantque desiderio Martyres, qui cursitant Francisci de schola; Post te asta posteris, O Iesu pie, miseris Prece quorum militant Tui freti stola.

Ad Matutinem.

Invitatorium. Regem, coronam militum, Venite, adoremus Coetumque eius inclitum Puro corde laudemus.

# In 1. Nocturno.

### Antiphonae.

- Sancti Francisci suboles
   Mire fructificarunt,
   Cruore fuso nobiles
   Pro Christo se armarunt.
- 2. Fremunt et gentes barbarae Figunt plagas, ulcera, Sed sancti clausi carcere Praedicant Christi vulnera.
- 3. Conterunt populi frontes,
  Mahomet seductorem,
  Christum Dominum insontes
  Dum clamant redemptorem.

### Responsoria.

- Victores Christi sanguine
   Visi sunt ampliare
   Fidem eius prae agmine,
   Prae fido defensore
   Atque patris spiramine
   Abunde fecundare,
- V. Sectam funestam minime Captam taetro foramine Constanter reprobare.
- 2. Lustrati lucis foedere
  Zelo flagrant ferventes,
  Terras immanum petere,
  Invaduntque dementes
  Ac cessent a scelere,
  Ne aevo sint gementes,
- V. Circumeunt sic metere, Christum regem in aethere Convenire laetantes.
- 3. Regis adeunt aciem
  Obscenam veritate,
  Christi mortem in aciem
  Vana temeritate
  Suadent, ne levet faciem
  Severa vanitate,

V. Pandant focos et glaciem Furentisque saevitiem Simplices puritate.

### In 2 Nocturno.

### Antiphonae.

- Pertractos plagis verberat Plus saeviens immanis, Constantes fide carcerat, Macerat nece panis.
- Furit tyrannus romphea, Sed mulsus per filium Tectosque Christi galea Pellit in exsilium.
- 3. Lacteo ore infantum
  Christum Deum proclamant,
  Fretos more elevantum
  Tau crucis spe se firmant.

- Ignis fervent incendio
   Rege coram sordido,
   Caeduntur plaga, verbere,
   Nec confringuntur taedio
   Nec furore morbido
   Refecti plene ubere,
- V. Christi tuti praesidio Rubent vultu florido Deiformes munere,
- Crucis Christi sub vexillo
   Certant sancti abs tremore,
   Quos intuens despexit
   Rex examine pusillo,
   Fremuit dentium stridore
- Colla firme contexit,

  V. Mactantur dire sub illo,

  Gaudent lacti sub tortore,

  Quos ferox spata plexit.
- 3. Victricis mortis proelio
  Approximante agone
  Gaudent adnumerari
  Candido Christo lilio,
  Fixo lanceae mucrone
  Zelant configurari,

V. Qui spiritus auxilio

Exclamant: o Iesu bone,

Fac nos tecum laetari.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- Virgis, plagis corde laeto Gaudent in collegio Martyrum, sale et aceto Passi iussu regio.
- Spinis diris configuntur
   Sanguine cruentati
   Ac per noctem constringuntur
   Trucide lacerati.
- 3. Precatu eorum libera,
  Christe passeque Deus,
  Statuens nos in dextera,
  Plaudat miser et reus.

### Responsoria.

- Saevit ense acuto mens fera Ictu fallitur tuto aspera Furit ira tamquam bestia, Moritur arens prae molestia;
- V. Triplici fracto gladio
   Damnantur homicidio.
- 2. Beatorum sanguine
  Rex Christus nos purget
  A labis discrimine
  Nobili lotura,
  Benedicat et faciat
  Vitali mensura,
  Rore ut proles germinet;
- V. Igni supponunt capita, Panduntur Christi abdita, Dum capillus floret flore Ardenti flamma igne.

### In Laudibus.

### Antiphonae.

 Beraldus fretus gratia Mortisque optat spatia Divinitus inductus,

- Pro Christo mala tollere, Quem Deum docet colere, Qui virginis est fructus.
- 2. Petrus se cingit robore, Crucis Christi in arbore Ipsum Petrum testatur, Fidem sanctam nobilitans, Errorem gravem dissipans, Ob quod tristis tristatur.
- 3. Adiutus luce lustratus,
  A fallaci sequestratus
  Ore obloquentium,
  In stratu tristi meditatur,
  Dum tribulis laceratur
  Vulpium mordentium.
- 4. Accursius adpropiat
  Seraph, angelum copiat
  Ac Christum esse regem,
  Hoc administrat singulis
  Plenis errore populis
  Horum dissecans legem.
- 5. Otto facundus monuit
  Viperasque censuit
  Diro igne cremandos,
  Ni laudent Christum Dominum
  Et creatorem hominum
  Vincentem iudicandos.

#### Ad Benedictus.

A. O martyres praefulgidi
Sole lucenti praediti,
Plagis addicti acribus
Ac consputi flatibus
Malorum operum odio,
Crudeliter cruentati,
Horrido eius conspectui
More Christi praesentati,
Fide constanter pugiles
Forti praesidio
Induti alta virtute,
Oblectantes despectui,
Pro nostra passum salute
Ad Iesum prece vigiles
Sitis subsidio.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O viros magnificos
Conviciis, igne, spinis
Nec regis tactos minis
Saevi in curia,
Qui tunc cruore maduit
Nocereque statuit
Gladii furia,

O vita mirificos,
Montem Christi magnificant,
Qua Mahumet vilificant
Chlamydis tirio,
Praeclari prothalamines,
Nostri sitis ductores
Iesu martyrio.

Brev. ms. Franciscanum anni 1492. Clm. Monacen. 23152. — Ad Matut. Invit. 4 corde adoremus. — In 1. Noct. A 3, 3 Christum Deum. — R 2, 1 Lies lustrasti sidere? — R 2, 5 Lies Ut cessent? R 2, 9 letentes. — R 3, 7 vocos. — In 2. Noct. A 1, 1 Per tractes. — A 2, 2 Sed multus per filium. — R 1, 3 Cedunt. — In Laud. A 3, 1 lustraturus. — A 4, 2 angelorum. — A 4, 5 Pleno. — A 5, 2 Viperos. — Ad Bened. A, 2 lucenti praesiti. — Hymnen: In Vesp.: Proles Francisci germinat, Anal. XXIII, 238; in Noct.: Pangat sanctorum merita, Ibid. 239; in Laud.: Victrix fides, quam non vides, Ibid. 239.

### 54. De ss. Quinque Martyribus.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem, qui altat minores Martyres, honoremus, Et qui compensat labores, Venite, adoremus.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Novit Dominus iustorum
   Viam, qui pro eius lege
   Se manibus impiorum
   Tradunt et pro Christo rege.
- 2. Quando fremuerunt gentes
  Adversus Christum Domini,
  Fratres minores ferventes
  Iuncti sunt eius agmini.
- 3. Dum ab his tribularentur,
  Clamaverunt ad Dominum,
  Optantes, ut mererentur
  Pervenire ad terminum.

# Responsoría.

1. Ferventes ad martyrium Minores zelo fidei Venerunt ad palatium
Hispalim virtute spei,
Regi furenti nimium
Dicunt se legatos Dei,

- V. Non timentes supplicium, Formidantes iudicium, Ne invenirentur rei.
- 2. Dum ante regem steterunt
  Loquente sancto spiritu,
  Grandia proposuerunt
  De fidei sacrae ritu,
  Ad quem ipsi pervenerunt
  Dissimulato habitu;
- V. Ad baptismum induxerunt Eum, sed non valuerunt Levare ab interitu.
- 3. Rex iratus non mutatus
  Iubet capite truncari,
  Sed ad preces mitigatus
  Nati mandat carcerari
  Propter hunc, qui incarnatus
  Dignatus est immolari;
- V. Ab ipsis est praedicatus Iesus atque exaltatus, Cupientes morti dari.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Hi habitabunt, Domine,
   In tuo tabernaculo,
   Qui mercati sunt sanguine
   Renuntiantes saeculo.
- Non dabis sanctos videre
   Poenarum corruptionem,
   Qui pro te non timuere
   Mortis dirae passionem.
- 3. Ista est generatio
  Quaerentium mundo corde
  Te Deum cum martyrio,
  Carentium culpae sorde.

### Responsoria.

- 1. Educti de ergastulo
  Deductique Marochium,
  Coram barbaro populo
  Observant desiderium,
  Praedicabant in patulo
  Praesente rege gentium
- V. Iesum, qui in patibulo Solvit a mortis vinculo, Quos praedilexit nimium.
- 2. Rex mox succensus furore
  Iubet a suis finibus
  Hos expelli, qui timore
  Inpavidi in omnibus
  Revertuntur cum fervore
  Coram lupis rapacibus,
- V. Mortis sublato horrore Nominis Christi amore Derelictis comitibus.
- 3. Sancti Dei carcerantur
  Iterum iussu impio
  Regis atque vinculantur
  Absque ullo remedio,
  Ut afflicti moriantur
  Famis, sitis supplicio;

V. Sed a Deo confortantur

Ac refecti roborantur,

Quos rex condemnat odio.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- Exsultate in Domino, Iusti martyres, cantate, Cum sanctis sine termino Gloriose iubilate.
- Multae tribulationes
   Vos in terra adflixerunt,
   Unde consolationes
   Aeternae vos receperunt.
- 3. In tribulationibus,

  Quae invenerunt vos nimis,

  Deus fuit in omnibus

  Vester adiutor in imis.

### Responsoria.

- 1. Sanctis detentis fratribus
  Divina saevit ultio,
  Nam aeris caumatibus
  Assatur tota regio,
  Propter quod de carceribus
  Dantur horum arbitrio,
- V. Magnis infirmitatibus Pro fratrum gravaminibus Languent Dei iudicio.
- 2. Sancti Dei ludibria
  Experti atque vincula,
  Virgis caesi ac fustibus
  Plagati sunt crudeliter,
  Qui fusa bullientia
  Aceti acri pabula
  Oleique vulneribus
  Sustinuerunt fortiter,
- V. Post innumerabilia
  Dirae mortis pericula
  Amputatis cervicibus
  Coronantur perenniter.

Noct. ms. Franciscanum saec. 15. ex. Cod. Lugdunen. 476. — In 2. Noct. R 1, 4 Observans. — R 1, 5 in patibulo. — In 3. Noct. A 2, 4 deceperunt.

# 55. De sancto Quirino.

# In 1. Vesperis.

- A. Ave, dulcedo pauperum,
  Ave, coheres martyrum,
  Ave, speculum fidei,
  Et huius festa diei
  Quirine, martyr inclite,
  Iubilo laudis debitae
  Devote celebrantibus
  Adesto mitis omnibus.
- R. Martyris tui precibus, Cuius festa recolimus, Tuo semper munimine Defende nos, o Domine;
- V. Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine.

### Ad Magnificat.

A. Magna Deum per omnia
Laudum decent praeconia,
Cuius benigna gratia
Signorum efficacia;
Translatione corporis
Sancti Quirini martyris
Tota florens Germania
Nova frequentat gaudia,
Ob cuius, Christe, merita
Nostra dilue debita,
Ut securi caelestia
Transeamus ad gaudia.

# Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Christum, solem iustitiae, Mentis contemplemur acie, Qui novo mundum radio Collustravit in Quirino.

# In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

1. Noricorum in finibus Altis orti natalibus Adalbertus eximius Floruit et Otkarius.

- Hi mundi licet opibus Ubertim affluentibus Cor nolebant apponere, Sed Christum lucrifacere.
- 3. Tegrinsensem iuxta lacum, Divino cultui locum Ubi vident idoneum, Exstruunt monasterium.
- 4. Iam dispositis omnibus Operis huius sumptibus Apostolorum limina Petunt orandi gratia.
- Quorum adventu cognito Papa laetatur subito Et, quam Roma sustinuit, Cladem eis exposuit.
- Nam illis in temporibus Peccatis exigentibus Magnum incursu gentium Pertulerat excidium.

- Instat athletae Domini Dies colenda Quirini, Cuius quippe translatio Nobis est exsultatio.
- V. Ante translationem enim testimonium habebat p/acuisse Domino.
- 2. Hic a Caesare Claudio
  Nocte peremptus gladio
  Miraculorum gloria
  Claruit omnifaria.
- V. Quasì stella matutina in medio nebulae.
- 3. Evolutis temporibus Elisa diris hostibus Roma, gentium domina, Sedebat quasi vidua
- V. Paupercula tempestate convulsa absque ulla consolatione.
- 4. Praedictis ergo fratribus Romam pervenientibus

Dolor et maeror omnium Convertitur in gaudium,

V. Quia consolatus est Dominus populum suum.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- 1. Qui Romanis principibus Assumptis et comitibus Prosperantur in omnibus Fusis hac illac hostibus.
- 2. Arreptis quidam navibus Maris percunt fluctibus, Nec tutus erat uspiam Locus tuendi quempiam.
- 3. Gloriosum ex hostibus Triumphum referentibus Exsultavit in gaudio Tota Romana contio.
- 4. Debitas agens gratias Advocat hos Zacharias Mercedem transitoriam Donare pro victoria.
- 5. Qui miraculis celebrem Quirinum, Christi martyrem, Cuius famam audierant, Prae omnibus desiderant.
- 6. His auditis obstupuit Tandemque libens annuit, Salubre dans consilium Romam mittendi nuntium.

# Responsoria.

- 1. Igitur cum laetitia Revertentes ad propria Utonem quendam eligunt Eumque Romam dirigunt;
- V. Semita iusti recta est, callis iusti ad ambulandum.
- 2. Cuius signorum gloria Tota pollet Bavaria, Corpus athletae beati Noctu referunt legati.
- V. Qui non accepit in vano uni mam suam.

- 3. Romanorum antistitis Ut instructi sunt monitis, Via gaudentes alia Redeunt ab Italia,
- V. Ut irent in civitatem habitationis.
- 4. Athleta Dei Quirinus Odorem quasi Libanus Suae nobis notitiae Manifestavit hodie,
- V. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans.

### In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Legationem mittimus Et, quae pacis sunt, petimus, Regem nobis iustitiae Placa, martyr eximie.

- 1. Accedunt quidam temere Sanctum corpus inspicere, Qui tamquam ictu fulguris Puncto percunt temporis.
- V. Cogitaverunt consilia, quae non potuerunt stabilire.
- 2. Sanctum corpus ferentibus Prope litus sedentibus, Quo languor omnis pellitur, Fons illic dulcis oritur;
- V. Altissimus creavit de terra medicinam.
- 3. Tribus hunc sacerdotibus In tumbam submittentibus Fuso pro Christi nomine Maduit adhuc sanguine,
- V. Quoniam mirificat Dominus sanctum suum.
- 4. O Christi dilectissime, Quirine beatissime, Tuis instantes laudibus Tuis attolle precibus, Ut translati de vitiis Vitae fruamur deliciis,

V. Ipse quoque spiritus Pro nobis gemitibus Postulet inenarrabilibus.

### In Laudibus.

### Antiphonae.

- 1. Profectus a Iuvavia
  Quirini suffragia
  Caecus quidam experitur,
  Cui lumen redditur.
- 2. Debilis quidam pedibus
  Fusis puella precibus
  Post missarum sollemnia
  Sana redit ad propria.
- 3. Quidam beati martyris
  Visis abbas reliquiis,
  Quas transmittit in Franciam,
  Decidit in amentiam.
- 4. Poena multatus duplici
  Tandem voto supplici
  Prece saluti pristinae
  Redditur, o Quirine.
- 5. Sine pacto nos termini,
  Quirine, Martyr Domini,
  A virtutum naufragio
  Tuo muni suffragio.

#### Ad Benedictus.

A. Visitavit nos Dominus, Cuius athleta Quirinus Nostris illatus finibus Virtutum floret floribus, Eius siquidem precibus Salvari nos deposcimus.

#### Per Horas.

#### Ad Primam.

A. Prima Dominus inclitum Stola induit Quirinum, Per cuius patrocinia Digna gaudet Germania.

#### Ad Tertiam.

A. Hora super nos tertia Christi redundat gratia, Nam martyris egregii Festa colimus Quirini.

#### Ad Sextam.

A. Qui cubat in meridie
Dulcem Noricis hodie
Christus contulit patronum,
Sanctum scilicet Quirinum.

#### Ad Nonam.

A. Qui pro nobis indebitum

Hac hora solvit debitum,

Nobis isto cum martyre,

Mundum concedat vincere.

# In 2. Vesperis.

# Ad Magnificat.

A. O misericors Domine,
Omni plenus dulcedine,
Tuae misericordiae
Recordatus es hodie,
Dum translatum in Noricas
Magnifice glorificas
Quirinum, tuum famulum,
Nam ipsius ad tumulum
Aegri curantur ocius;
Unde nobis propitius
Et corporis et animae
Confer medelam, Domine.

Brev. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19302. A. — Brev. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 23174. B. — Brev. ms. Tegurinum anni 1619. Clm. Monacen. 19923 C. — Die vorstehende monastische, aus Tegernsee stammende Form dieses Officiums ist wohl zweifellos die ursprüngliche. Einige andere Handschriften bieten dasselbe Officium, nicht ohne Abweichungen in nichtmonastischer Anordnung; dies sind: Brev. ms. Iminense anni 1437. Clm. Monacen. 7391. D. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15.

Clm. Monacen. 8818. E. — Brev. ms. Frisingense saec. 15. Clm. Monacen. 19283. F. — Es seien nur jene Abweichungen hervorgehoben, welche nicht auf bloßer Umstellung in den Nokturnen beruhen: In 1. Vesp. Ad Magn. A, 3 divina gratia E. — Ibid. 5 Translationem AE. — Ibid. 7 frequentant D. — Ibid. 10 Ut secum caelestia E. — Ad Nunc dim. A O rex caelestis etc. vgl. im folgenden Offic. ad Magn. — In 1. Noct. A 1, 4 Okarius E. — A 2, 2 Nobiscum affluentibus E. — A 2, 3 Corruebant oponere E. — A 2, 3 videbant E. — A 4, 3 Petivit E. — A 5, 4 exposuit fehlt E. — R 3, 2 Dita diris E. — In Laud. AA sind in E die A ad Bened. und die AA ad Horas. — Hymnen: Christum laudemus carmine und Resultet vox laetitiae (Anal. IV, 228 u. ff.).

### 56. De saneto Quirino.

### In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Ecce, dies clara,
moritur qua victima sacra,
Palmes divinus
in vera vite Quirinus,
Truncatus capite,
summis aris tribuens se;
Huius pro meritis
nobis, Deus, ingrue mitis,
Ut precibus sacris
poenis rapiamur ab acris.

# Ad Magnificat.

A. O rex caelestis,
famulis miserere scelestis,
Testis divini
celebremus festa Quirini,
Cuius adoratu
cuncto nos solve reatu,
Mentibus ut puri
tibimet simus placituri.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum, solem iustitiae, Mentis contemplemur acie, Qui novo mundum radio Collustravit in Quirino.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

1. Tamquam lignum complantatum Secus decursus aquarum

- In gratiarum rivulis Quirinus crevit nobilis.
- 2. Philippi imperatoris
  Ille filius honoris
  Refutavit mundi spinam
  Christi prendens disciplinam.
- 3. Multi surgent tribulantes, Spem salutis abnegantes, Iusto fore Deo suo, Quem colebat corde puro.
- 4. Invocantem exaudivit
  Deus et mirificavit,
  Nocte se sacrificantem,
  Caput neci sponte dantem.
- 5. Per nomen admirabile
  In saecula laudabile
  Coronatus in gloria
  Signorum fert praeconia.
- In suo templo Dominus Iam omnibus debilibus Dat sanitatum munera Per eius digna merita.

- Instat athletae Domini Dies colenda Quirini, Cuius quippe translatio Nobis est exsultatio;
- V. Ante translationem enim testimonium habebat placuisse Domino.
- 2. Hic a Caesare Claudio Nocte peremptus gladio

- Miraculorum gloria Claruit omnifaria
- V. Quasi stella matutina in medio nebulae.
- 3. Auri fossi quasi globus
  Octoginta in duobus
  Annis mansit et trecentis
  Tumba corporis recentis;
- V. Vere dignum per saeculum praedicatur hoc stupendum miraculum.
- 4. Post hoc opus nam translatum Corpus Bavarisque datum, Sine tabe sic est visum Velut euse iam occisum,
- V. Mirabilis Deus, cuius martyris depositum sine tabe.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Martyr insuperabilis,
   Quirine venerabilis,
   Ad Dei tabernacula
   Perduc nos sine macula.
- In cordis desiderio
   Perenni refrigerio
   Divini vultus gaudio
   Da laetos sine termino.
- 3. Mundo corde et manibus Innocens et inanibus Cultis se fuit ingerens, Dei montem aggrediens.
- Ergo Deus exaudivit Preces eius, ut petivit, A timore inimici Animam non sinens vinci.
- 5. In Ierusalem iam votum, In Sion cum hymno totum Posse sic te decet laudis, Deus, tuos qui exaudis.
- 6. Floret semper quasi palma Iustus opera per alma, Dei domo complantatus, In qua regnat laureatus.

### Responsoria.

- Regali ex progenie Vena consurgens veniae, Quirine, caeli lilium, Nos duc ad Dei filium,
- V. Apud quem salus, veritas, Perennis quoque suavitas.
- Fulgens lux per mundi clima, Sauciati cordis zima Purga, martyr tu praedigne, Salvans nos a mortis igne,
- V. Cum ignorantiis delicta iuventutis.
- 3. Gaude, Roma, prole digna Parens, quem per alma signa In laude multifaria Felix tenet Bavaria,
- V. Quirinum egregia
   Tegernsensis ecclesia.
- 4. Athleta Dei Quirinus Odorem quasi Libanus Suae nobis notitiae Manifestavit hodie.
- V. Sicut cinnamomum et balsamum aromatizans.

# In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

Legationem mittimus
 Et, quae pacis sunt, petimus,
 Regem nobis iustitiae
 Placa, martyr eximie.

- 1. Accedunt quidam temere, Sanctum corpus inspicere, Qui tamquam ictu fulguris Puncto pereunt temporis;
- V. Cogitaverunt consilia, quae non potuerunt stabilire.
- 2. Sanctum corpus ferentibus Prope litus sedentibus, Quo languor omnis pellitur, Fons illic dulcis oritur,

- V. Altissimus creavit de terra medicinam.
- 3. Tribus hune sacerdotibus In tumbam submittentibus Fuso pro Christi nomine Maduit adhue sanguine,
- V. Quoniam mirificat Dominus sanctum suum.
- 4. O Christi dilectissime, Quirine beatissime, Tuis instantes laudibus Tuis attolle precibus, Ut translati de vitiis Vitae fruamur deliciis,
- V. Ipse quoque spiritus Pro nobis gemitibus Postulet inenarrabilibus.

# In Laudibus.

- Profectus a Iuvavia, Quirini suffragia Caecus quidam experitur, Cui lumen redditur,
- Debilis quidam pedibus Fusis puella preribus Post missarum sollemnia Sana redit ad propria.
- Quidam beati martyris
  Visis abbas reliquiis,
  Quas transmittit in Franciam.
  Decidit in amentiam.
- Poena multatus duplici Tandem voto supplici Prece saluti pristinae Redditur, o Quirine.
- Sine parto nos termini, Quiriae, martyr Domini, A virtutum naufragio Tuo muni suffragio.
- R. Plantatus in domo Domini Quirinus ut cedrus Libani Virtutum nunc floret germine In conspectu tuo, Domine,

V. Quem praerenish cum benedictionibus dulcedinis.

#### Ad Benedictus.

A. Visitavit nos Dominus.
Cuius athleta Quirinus
Nostris illatus finibus
Virtutum floret doribus,
Eius siquidem precibus
Salvari nos deposcinus.

# In 2. Vesperis.

### Antiphonae.

- Exaltatum in gloria
   Per virtutum insignia
   Celebri hune memoria
   Testem colit Germania.
- Ad hudem tui militis, Cuius hetamur meritis, Debita tibi, Domine.
   Yota reddimus hodie.
- Ad Dominum clamantibus, Sed et te invocantibus Dona pacis diutirae Nolis, o martyr, obtine,
- Rex. qui habitas in caelis.
   Prece martyris adelis
   Tu iam nostri miserere
   Praestans bona vitae verae.
- Sustinentes te, Domine. Tuo nos in examine Quirini patrocinio Caelesti dona gaudio.

# Ad Magnificat.

A. O misericors Domine,
Omni plenus dulcedine,
Tune misericordine
Recordatus es hodie,
Dum translatum in Noricas
Magnifice glorificas
Quirinum, tunm famulum,
Nam ipsius ad tumulum

Aegri curantur ocius; Unde nobis propitius Et corporis et animae Confer medelam, Domine.

Brev. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14790. — Das Offic. enthält manche Entlehnungen aus dem vorhergehenden. Auch die AA per Horas, die hier nicht wiederholt sind, sind dieselben wie dort.

### 57. De sancta Quiteria.

# In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Qui potenter magna fecit, Mira signis his adiecit, Deus reginam cum divinam Ac virginem tam humilem Annulo subarrhavit, Quiteriam, ut terrestrem Virum spernat, sed caelestem Sponsum quaerat, fidem ferat Nova lege plebem cum rege Convertat, quae erravit, Quam post almam Ad vitae palmam Transtulit cum laetitia Capite secto Corpore erecto Ad Petri aedificia.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Vigilantem imitemur Quiteriam in psalmis, Hymnis dignis deprecemur Deum votis almis.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Omnium formosa
   Virgo stirpe generosa,
   Nos respice, Quiteria,
   Sponsi gratiam praetende
   Et a malo nos defende
   Mundique miseria.
- 2. Nemini pepercit manus, Quam hostilis Adrianus Cum Catillio transmisit,

Nam conversos a virgine Coepit ut oves caedere, Quo virtus Dei iussit.

- 3. Exsequias Lentinianus
  Virginis colit Marcianus
  Felicianusque pontifices,
  Remedius eremita
  Et Romanus coenobita
  Cum sancta Columbiana,
  Plerique quos pro christiana
  Fide iugulant carnifices.
- Imperante Adriano, Idolatra et profano, Rex Catillius regnavit Qui ex uxore Talsia In urbeque Blancagia Quiteriam generavit.
- Tanta Dei infantulam, Speciosam puellulam, Gratia praedestinavit, Qua in matris utero Deus in aevo tenero Benedictam consecravit.
- 6. Erat anno tredecimo,
  Cum angelus a Domino
  Ad eam destinabatur,
  Ut ad montem Orianum
  Exoraret christianum
  Deum instruebatur.

# Responsoria.

Regina puellam
 Quiteriam, tenellam
 Decore, more bellam
 Angelus cum benediceret,
 Admonuit, quod praecepta
 A Domino percepta
 Fideliter retineret,

- V. Dicens: Sic vives aeterno munere dives.
- 2. Instigante fallacia
  Daemonis et versutia
  Germanus cum astutia
  Quiteriam copulari
  Sibi petiit, parentes
  Coniugio faventes
  Sic regales et dicentes
  Nuptias celebrari,
- V. Non tamen sponsa Christi iuveni coniungitur isti.
- 3. Adveniente angelo
  Ad eam cum munusculo
  Aureo Christi annulo
  Subarrhatur Quiteria,
  Promittensque illibatam
  Se servare Christo gratam
  In mundi peripheria;
- V. Noli timere

  poteris quoque mira videre,
  Quae fiunt per te,
  si Deus diligatur aperte.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- O nimium formosa
   Virgo, rubens ceu rosa,
   Exi de Blancagia,
   Angelus est exorsus,
   Nam per te credunt prorsus
   Gentes in Aufragia.
- 3. Armata sancto spiritu
  Angelicoque monitu
  Quiteria beata,
  Nam bestiam tricipitem
  Prostavitque horribilem
  Oratione data.

- 4. Haec Quiteria beata,
  Cum cohorte vinculata,
  Ab angelo visitatur,
  Qui captivos relaxavit
  Et in fide confortavit,
  Quemadmodum Deus laudatur.
- 5. Aegros sanat et morbosos
  Curat et daemoniosos,
  Surdis auditum tribuit,
  Luna tactos virgo sternit,
  Virtutemque Dei cernit
  Gens, quae visu caruit.
- 6. Intuens rex magnalia
  Dei signaque talia,
  Convertitur ab errore,
  Idola vana despicit
  Fidemque Christi suscipit
  Cum turba potiore.

- 1. Processit de Blancagia
  Praedicans in Aufragia,
  Angelica praesagia
  Virgo facta patravit,
  Cultum sprevit idolorum,
  Adstruens Deum deorum
  Coli regemque caelorum,
- V. Personis trinum
   Deum esse praedicat unum.
- Regi inquit baec profano
  Beata Lentiniano
  Pro Christo de Alphiano:
  Thesaurum da pauperibus.
  Quam rex fremens et adfremens
  Cum puellis sic terdenis
  Manibusque octo senis
  Certis vinxit carceribus.
- V. Laetanter sancta patitur Quiteria tanta.
- Archimartyr purpurata, Dux cohortis Quiteria, Regina, virgo illibata, Quae per nuchiteria

Hunc mundum exsuperasti, Carnem, zabulum calcasti, Te nunc victricem Inhabi[ta]tricem Caeli petimus Ut nostris pro reatibus Intercedas, Alleluia,

 V. Quae spopondisti, sponsam te sic fore Christi,
 Pro nobis ora, Quiteria, virgo decora.

### In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. A solis ortu cum occasu

Deum laudet mirabilem

Ecclesia condigno plausu,

Rite colat laudabilem,

Cosmique peripheria

Te colat, o Quiteria,

### Responsoria.

- 1. Nova regis mutatio,
  Erroris exstirpatio,
  Fonte plebis renatio
  Zabulo displicuere,
  Nam sicut fulgur fulminat
  Virginique improperat,
  Quod ab ipso surripiat,
  Quae Christi non fuere,
- V. Dolens conversos
  populos baptismate mersos.
- 2. Recessit daemon coactus
  Ad abyssi anfractus,
  Per virginem adactus
  Potestatem rumpens Alphiani,
  Debine principes Garmanum

Dehinc principes Germanum, Catillium, Adrianum, Populum armat vesanum In regnum Lentiniani,

- V. Ut virginem, regem [cogeret] deserere legem.
- 3. Inclita martyr et regina
  In urbe Adurentina
  A lictore quaeritatur,
  Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

Quiteria nomen pandit, Manus ad preces expandit, Spiritus ad astra scandit, Ob Christum dum decollatur;

V. Haec pro [gravatis]
Fudit preces et tribulatis,
Succurrat ut citius
Deus eius supplicibus.

### In Laudibus.

### Antiphonae.

- Cum virgo praestolaretur, Ut gladio feriretur Pro Christo, suo dilecto, Petit spatium orandi Spiritumque commendandi Choro virginum electo.
- 2. Orabat pro infirmitatis
  Angustia tribulatis
  Ipsamque invocantibus,
  Ut cito exaudiantur
  Et a malis tueantur
  Sibicum imminentibus.
- Nantiatur ilico
   Oraculo angelico,
   Quod preces Deus audivit:
   Veni, inquit, sponsa Dei,
   Cuius formam speciei
   Dominus concupivit.
- 4. Exsultans virgo gaudio
  Tendit collum, ut gladio
  Pro Christo decollaretur,
  Ut cum suo [sponso] grata
  Quiteria laureata
  In caelis coronaretur.
- 5. Catholicae dedit turbae
  Neophytae se în urbe
  Quiteria ad exemplum,
  Ut pro Christo non timerent
  Occidi, sed se praeberent
  Hostiam ad Dei templum.

### Ad Benedictus.

A. Rex aeternus decollatam, Sed in caelis laureatam Miraculis illustravit, Nam ducta angelico
Canticoque caelico,
Caput manibus portavit
Virgo sectum
Pariter rectum
Sanguineque infectum
Ad marmoreum montis bustum.
Hinc languidis manare
Per ipsam fontem
Fecit ad montem,
Quod dignum est et iustum.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Annua nempe nobis
oritur dies orationis,
Martyris ista nobis
invitat ad munia vocis,

Laudibus lucifluam excolamus simul istam. Miris operibus triumphus renitet eius; Casta erat, nobilis, tenens exemplaria summis, Inclita, mitis ope, tulit ergastula poenae, Tormenta vanescunt, gentis eiecit simulacra, Iesum mente, ore praedicat regi inclito more. O potens regina, iunge Deo in ierarchia, Eruens nos omnes natalem ac recolentes, Ut miseris mira abdetur iudicis ira.

Brev. ms. Monasticum. saec. 15. Cod. Eremiten. 84. — In 1. Vesp. Ad Magn. 14 Ad peti aedificata. — Ad Matut. Invit. 1 O vigilantem. — In 1. Noct. A 2, 6 Lies virtus Dei permisit. — A 4, 2 Idolatria. — A 4, 5 Blanquagia. — A 5, 1 infantula. — A, 5, 2 puellam. — A 5, 3 gratiam. — A 5, 4 Quae in. — A 5, 6 Benedictione. — A 6, 2 angelis. — A 6, 5 Exorarat. — A 6, 6 Deus. — R 1, 2 Quiteria. — R 2, 2 Daemonibus. — R 2, 8 celebrare. — R 2, 9 Non tantam sponsa. — R, 3, 6 Perservaret Christo. — In 2. Noct. A 1, 3 Blanquagia. — A 1, 6 Afragia. — A 2, 3 Ecclesiarumque thauri. — A 2, 6 Gazam. — A 3, 1 Armato. — A 3, 4 bestiam tercipem. — A 4, 6 Lies Quomodo? — A 5, 3 Lune tacto; lies Lunaticos? — A 6, 3 errorem. — R 1, 1 Blanquagia. — R 2, 3 Alfiano. — R 2, 7 octo serenis. — R 2, 9 Laetantur. — In 3. Noct. Ad Cant. A 1 ortu cum casu. — Ibid. 4 colant. — R 1, 5 sicut fulgitur. — R 1, 10 baptismate reversos. — R 2, 2 Ad fehlt. — R 2, 7 arma. — R 3, 6 Post spiritus. — R 3, 7 Hic pro mptis [sic]. — In Laud. A 1, 4 Petis. — A 2, 5 a fehlt. — Ad Bened. A, 9 Sanguinemque. — Ibid. 11 Hunc lanqui manere. — In 2. Vesp. ad Magn. A, 4 invitet munia iotis. — Ibid. 8 reterinet. — Ibid. 12 sustulit. — Ibid. 14 ater gentis. — Ibid. 18 Deo in archia. — Ibid. 21 miseriis. — Ibid. 22 abditetur. — Die zugehörigen Hymnen vgl. Anal. XXIII, Nr. 460—462.

# 58. De sancta Regenflede.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

Gratuletur ecclesia,
 Dum Regenfledis inclita
 Post fluxae vitae tristia
 Sandit ad caeli gaudia.

- Nobili stirpe genita, Sed virtutibus praedita, Mundi contempsit gloriam Adepta Christi gratiam.
- Igne flagrabat fidei, Amore succensa Dei Signis effulsit variis Et in miris prodigiis.

- 4. Haec casta Christi famula Inventa sine macula Deum amavit sedula, Cum quo regnat per saecula.
- Stola induta gloriae
   Scandit Regenfledis hodie
   Caelestis regni solium
   Intratque sponsi thalamum.

### Ad Magnificat.

A. Regenfiedis Deo grata,
Ex regali stirpe nata,
Adflictorum advocata
Et adiutrix, sis rogata,
Ut defectus et peccata
Per te nobis sint ablata.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Adoretur virginum rex In saeculorum saecula, Virgini qui Regenfledi Contulit caelestia.

# In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

- Dies iste celebretur, In qua pie recensetur Regenfledis sollemnitas, Ut laudetur trinitas.
- O quam felix et praeclara, Nobis grata, Deo cara Est haec lux diei In laudem sponsae Dei.
- Ortu, fide, sanctitate, Sensu, verbo, dignitate Virgo clara exstitit, Hosti semper restitit.

#### Responsoria.

1. Gratulemur ad festivum, Iucundemur ad votivum Regenfledis meritum, Sic versetur laus in ore, Ne fraudetur cor sapore, Quo degustet gaudium;

V. Et tu, virgo, pía, bona, Exemplar nos et patrona Commenda per saecula.

2. Ex regali stirpe nata,
Fide Christi desponsata
Ipso regi gloriae,
Tutam viam insectatur,
Inane saeculi propulsatur
A diebus infantiae,

V. Nam ut puer adolevit, Mox virtutum donis crevit, Caelos amans ima sprevit.

3. Quamvis tecta carnis velo, Mens intenta tamen caelo, Ardens toto Dei zelo Instat precibus, ieiuniis Elemosynis, vigiliis;

V. Haec talentum sibi datum Deo reddit duplicatum, Ab aeterno praeparatum Sibi scandit solium.

### In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- De supernis illustrata, Verbo vitae satiata, Crucis Christi tulit grata Libens testimonia.
- 2. In labore multiplici Sponsi Christi Domini Vitam sequens humiliter Carnem adfligens iugiter.
- Per diem multis vicibus
   Flexis orabat genibus
   Nec minus noctis tempore
   Toto prostrata corpore.

### Responsoria.

 Haec ad instar Salomonis Struit templum, ditat donis, Ornat genumis et coronis Cruces et altaria Plaudente tota patria,

- V. Per hanc religio exaltatur, Fides Christi dilatatur, Mens fidelium consolatur.
- 2. Curam gerens sui gregis
  Praesul bona, auctrix legis,
  Prudenter aedificavit,
  Domum Dei ampliavit
  Verbo, vita, moribus;
- V. Non est domus ruitura Hac subnixa praelatura, Gloriemur in hac domo, Qua beate vivit homo.
- Vasis oleum includens
   Virgo sapiens et prudens
   Sponso pergit obviam,
   Ut adventus eius hora
   Praeparata sine mora
   Intret ad convivia;
- V. Vas electum, vas virtutum Reputavit sicut lutum Bona transitoria.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

- Instante vitae termino Petit regna caelestia Et revelante Domino Novit parata praemia.
- 2. Regenfiedis caelo redditur, Sanctarum coetui iungitur Et virginum consortio Adhaeret summo gaudio.
- Funeris manet integritas, Odoris viget suavitas, In signis et prodigiis Virtus monstratur virginis.

### Responsoria.

Flore vernans virginali
 Tua prece speciali
 Nos indignos generali
 Commenda Christo iudici,

- V. Regenfiedis gloriosa, Casta, mitis et formosa, Cuius mors est pretiosa In conspectu Domini.
- Te rogamus voto pari, Laude digna singulari, Ut errantes in hoc mari Portu donet salutari Tua, qua polles, gratia,
- V. Ut possimus servi tui Tecum sancta luce frui In caelesți patria.

### In Laudibus.

### Antiphonae.

- Regenfledis sollemnia
   Assunt nunc celebria,
   Quae magna cum laetitia
   Recolit ecclesia,
- Laeti corde et animo Iubilemus altissimo, Qui te, virgo, miraculis Glorificat in populis.
- Eu, signa et prodigia Monstrantur in confinia, Sunt aegris multiplicia Membra sanctae remedia.
- 4. O mira Christi gratia, Per quam virgo eximia Fit aegrorum medica, Miserorum amica.
- 5. Adplaudamus in organis, In cymbalis et tympanis Pro sponsae suae victoria Sit laus Deo per omnia.

### Ad Benedictus.

A. Omni laude virgo digna,
Prece Christo nos consigna,
Ne nos draco Stygis laedat,
Sed pro nobis intercedat
Tua parta gloria,
Ut vivamus in patria.

# In 2. Vesperis.

### Ad Magnificat.

A. Haec est dies praeoptata, Dies felix, dies grata, Qua Regenfledis caelum scandit Atque nobis viam pandit; Nos hanc diem veneremur, Triumphantem admiremur Christum in hac virgine, Quae fortis in certamine.

Apographum Ecclesiae in Hoenepel saec. <sup>18/19.</sup> — In 1. Noct. A 1, 4 Lies Atque laudetur? — A 2, 3 Lies Est huius lux? — R 1, 8 Exemplar nostrum et. — R 2, 5 Lies Vana saeculî oder Inane saeclî? — R 2, 7 Lies puella? — R 3, 4 Instabat. — In Laud. A. 5 Lies Tua patrona gloria? — Die zugehörigen Hymnen cfr. Anal. XXIII, 463—465.

### 59. De sancta Regiswindis.

### In 1. Vesperis.

# Antiphonae.

Virtutis florem
 large spargentis odorem,
 Digne Regiswindem
 laudet ecclesia quidem.

- Nobilis ex patre
   orta, devotissima matre,
   Nobilior proles
   suos superat genitores.
- 3. Virgo tenella lucens ut caelica stella Deum sitivit et ipsum diligere quivit,
- 4. Hanc Domino gratam
  constat iuvenem copulatam,
  Quae sine mensura
  facit miracula pura.
- Ut rosa succisa serto liliis adaptatur, Sic martyr occisa virginibus associatur.
- R. Martyr velut rosa,
   Regiswindis, tu speciosa,
   De valle tristi
   infans succisa fuisti,
   Nunc Christo congaudes
   cantans per saecula laudes,
  V. Crescat ut virtutis

V. Crescat ut virtutis nobis, fac, decor atque salutis.

### Ad Magnificat.

A. Conspicit in caelis
plebs prudens, mente fidelis,
Esse Regiswindem
comptam aureola quidem
Virginum in thronis
martyrum sociamque coronis,
Quae et perversa
obit insons ac viceversa
Aegris virtutem
corporis donatque salutem;
Haec sibi nos iungi
faciat caeli gaudio fungi.

# In Laudibus.

- Martyr Regiswindis, cara Domini Sunamitis, Sortis sidereis gaudet sociata choreis.
- 2. Haec est electa
  virgo super aethera vecta,
  In aquis quae fixa
  reperitur ut crucifixa.
- 3. Aureola bina
  lucet ut stella matutina,
  Quae Deum sitivit,
  cum rex formam concupivit.
- 4. Cum clarus oravit
  praesul, templum dedicavit,
  Virgo collaudatur,
  cantus caelicus iubilatur.

5. Sunt poena multati
Regiswindis sanguine nati
Tumbam frangentes
et eam auferre volentes.

### In 2. Vesperis.

- R. Videte miraculum,
  Dum [enim] oraculum
  Praesul divinum neglegit
  Inde redarguitur,
  Tertio punitur,
  Verum et intellegit,
  [Templum] aedificat
  Et hoc sanctificat,
  Quod Deus mirificat;
- V. Virgo collaudatur, cantus caelitus iubilatur.

Ad Magnificat.

A. O stupor et gaudium Regiswindis praeconium Quae praeventa gratia Est in sua infantia, Ut diram infelice Necem tulit a nutrice Et iactata in unda Facie rubicunda Praetulit miracula Contra morborum iacula, Efficit divinitus, Quod nunc constat caelitus, In sponsi amplexibus Puri amoris nexibus Intime gloriari Et declinari.

Diurn. ms. Adelbergense saec. 15. Cod. Univers. Patavinae 948. — Der Name ist stets Reginswindis geschrieben. — In 1. Vesp. A 2, 3 Nobiliori. — R, 6 tantas per. — Ad Magn. A, 4 concham. — Ibid. 10 donatque corporis. — Ibid. 11 sibi fehlt. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 1 O fehlt. — Ibid. 4 sua feblt. — Hierzu der Hymnus: Mater sancta ecclesia (Anal. XXIII, 466).

### 60. De sancto Reinoldo.

# In 1. Vesperis.

# Ad Magnificat.

A. Magnificet Dominum
Devotio fidelium,
Laudum colens praeconiis
Reinoldi festa martyris,
Qui ascensu purpureo
Transcenso mortis stadio
Iucundatur purpuratos
Martyr inter proceres
Nobile perpetua
caput amplectente corona,
Cuius solvamur precibus
A peccatorum nexibus.

### Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Christum laudantes ipsi iubilemus ovantes, Qui dedit aeterni Reinoldo praemia regni.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Mundi spretis illecebris Per florem innocentiae Fructum dedit iustitiae.
- 2. Excusso iugo zabuli Aestu sopito saeculi Prece devotus sedula Mundi disrupit vincula.
- Non labor, non angustia, Non impiorum framea Iusti frangunt constantiam, Dum mortis parant foveam.

- 1. Reinoldus martyr inclitus, Mundo miles emeritus, Sub Christi tirocinio Coronatur martyrio,
- V. Igne flagrans caritatis
  Et affectu pietatis
  In virtutum cellula.

- 2. Relictis ergo sericis
  Urbem petit Coloniam,
  Corde, voto, suspiriis
  Tendens ad caeli regiam,
- V. Quae virtutum fuscant florem, Domat carnis vitia Iugi parsimonia.
- 3. Dum vacat in virtutum cella Spe tendens ad caelestia Athleta venerabilis, Declaratur magnificis, Virtutum privilegiis;
- V. Defunctum prece suscitat, Largo signorum impetu Civitatem Dei laetificat.

# In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- In Christo figens ancoram Spei per patientiam Fructum dedit martyrii, Coetus consors purpurei.
- Servi fidelis animae
   Tu benedicis, Domine,
   Benignitate solita
   Coronans hunc per saecula.
- 3. Nomen tuum mirabile In hoc clarescit martyre, Qui coronatur munere Tuae magnificentiae.

### Responsoria.

- V. Commune fit tripudium, Continuum vocis organum.
- Saevit livor in Reinoldum Satanae satellitum,
   Clam in necem animantur Iusti viri sanguinum,
- V. Ad scelus armantur, sceleri loca congrua servant.

- 3. Martyr pius cruentatus Atroci supplicio, Caelesti domum luteam Commutavit palatio,
- V. Sic excoctus gelu martyrii Coronam apprehendit bravii.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- 1. Eliso mortis laqueo
  Licet carnis dispendio
  Conscendit ad eximia
  Montis virtutum culmina.
- In Dei tabernaculo
   Quiescit is, qui proximo
   Non fecit mali quidpiam
   Operando iustitiam.
- Super hunc servum inclitum, Iesu, decorem plurimum Impones atque gloriae Coronam multifariae,

- 1. Corpus sacratum martyris
  Expolitum magnificis
  Virtutum privilegiis
  Sub patronatus titulo
  Novellae Christi familiae
  Trotamannis
  Ab urbe Colonia
- V. Destinatur annuente
   Praesule, plebe prosequente
   Venerandi corporis
   Munus exoptatum.
- 2. O Iesu bone

  per Reinoldi merita

  Nostra nobis

  dimitte debita,

  Domum, portam,

  sepulcrum visita

  Et a trina

  nos morte suscita;
- V. Actu, visu
  vel mente perdita
  Pietate
  restaura solita,

- 3. Regni caelestis incola, Reinolde, prece sedula Pelle morbos, fer salutem Et pacis subsidia.
- V. Nos indignos speciali Fac sanctorum generali Vel subscribi titulo.

### In Laudibus.

Antiphonae.

- In Reinoldo mirabilem
   Te praedicamus, Domine,
   Cuius sunt credibilia
   Virtutum testimonia,
- Post hanc vallem miseriae Consors perennis gloriae Regnanti super omnia Deservit in lactitia.
- Fontem vitae sitientem, Ad superna suspirantem, Arce locandum supera Dei suscepit dextera.
- 4. Omnis ergo creatura
  Benedicat mente pura
  Gubernantem omnia,
  Qui Reinoldum sempiterna
  Coronavit gloria.
- Christe, Reinoldi meritis
   Ac prece salutifera
   Nos a peccatis debitis
   Et via mortis libera.

Ad Benedictus.

A. Benedictus rex caelestis,
Qui Reinoldi patronatu
Nos absolvat a reatu,
Incolatus nostri luctum
Germinare dulcem fructum
Per salubrem aquaeductum
Sui donans spiritus,
Ut in Ierusalem superna
Excitati de favilla
Iucundemur per saecula.

Alia Antiphona.

Salve, martyr gloriose,
Laude dignus et honore
Iugique memoria,
Confer opem tribulatis,
Qui levamen sanitatis
Contulisti languidis;
Per culpam lapsos erige
Spe fultos indulgentiae,
Nos tuae memoriae
Laudibus intentos
Per semitas iustitiae
In viam pacis dirige.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O Reinolde, martyr Dei, In hoc salo nostrae spei Portus sis et ancora, Tua prece consequamur, Qua te frui gratulamur Divina praesentia.

Brev. ms. Tremoniense saec. 15. Cod. Darmstadien. 869. A. — Orat ms. Carth. Colonien. saec. 15. Cod. Colonien. 28. B. — A fehlt leider, da ein ganzes und ein halbes Blatt ausgerissen ist, die 1. und 2. Vesp., das Invitatorium und die erste Zeile der ersten Antiphon der Nokturnen. Mit Ausnahme der letztgenannten konnten diese Lücken aus Bergänzt werden, das außer den vorgenannten Teilen nur noch die 2. A ad Bened. und das 8. Resp. enthält, das allein A und B gemeinsam ist. Dasselbe ist dem Officium s. Thomae Cantuarien. entlehnt. — In 1. Noct. R 3, 7 Et largo A. — R 3, 8 ist vielleicht Dei zu tilgen. — In 3. Noct. R 1, 2 Reinoldi expolitum A. — R 2 11 sq. Restaura pietate A. — In der 1. Vesper muß sich in A der Hymnus befunden haben, da sie sonst nicht ein ganzes Blatt hätte in Anspruch nehmen können.

# 61. De sanctis Reliquiis.

# In 1. Vesperis.

Autiphonae.

- Laudate Deum, pueri, In hoc festo tam celebri Quo coluntur innumerae Aarhusiensis ecclesiae Gloriosae reliquiae.
- Laudent Deum omnes gentes Sanctos eius reverentes, Qui mundi pompam spreverunt Et pro nihilo duxerunt.
- 3. Laudes, quamdiu fuero,
  Dicam sanctorum numero,
  Qui efflantes spiritus
  Caelo reddiderunt
  Et nobis humanitus
  Ossa reliquerunt.
- Decoraque laudatio,
   Qui dispersos congregavit
   Sanctos et hic collocavit.
- 5. Lauda totis nisibus,
  Lauda, Sion, Deum,
  Nos quoque pro viribus
  Collaudemus eum,
  Quibus specialiter
  Sunt dati tot patroni,
  Nec est actum taliter
  Omni nationi.

# Ad Magnificat.

A. Magnificemus Dominum,
Creatorem omnium,
Ob sanctorum patrocinium
Hic requiescentium,
Sperantes per merita
Ipsorum ad gaudia
Pertingere pollicita
Abrahae et semini
Eius in saecula.

### Ad Matutinum,

Invitatorium.
Venite, adoremus
regem saeculorum,

Ob eam, quam habemus, praesentiam sanctorum.

### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Gloria tibi, trinitas, Et indivisa unitas, Cuius admirabile Nomen et laudabile.
- 2. In sole suum posuit Christus tabernaculum, Sacrum flamen adfuit Umbrans habitaculum.
- 3. Throni, dominationes, Virtutes angelicae, Deo ministrantes, Deum benedicite.

- Gratias tibi, Deus, gratias Tibi, vera una trinitas, Una et summa deitas, Sancta et una unitas,
- V. Spes nostra, salus nostra, honor noster, o beata trinitas.
- 2. O regina mundi
  Scala caeli,
  Ianua paradisi,
  Placet tua praesentia
  Nobis iudicem,
  Quae singulari puerperio
  Genuisti salvatorem,
- V. Venerandum tuum verum et unicum filium.
- 3. Deus omnipotens
  Nobis perpetuum
  Suae miserationis
  Praestet subsidium,
  Quibus donet angelica
  Nunquam deesse suffragia.
- V. O quantus honor, quod ad nos singulos ricut ad amicos angelos suos ministros destinavit Deus,

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Magna est eius gloria In Christo salutari, Cuius idem opera Tulit baptizari.
- Dedisti hereditatem
   Nomen tuum timentibus
   Et tuam veritatem
   Mundo praedicantibus.
- 3. Haec est generatio
  Quaerentium te, Domine,
  Qui consumpti martyrio
  Sunt pro tuo nomine.

### Responsoria.

- Hic est praeco salvatoris
   Et praecursor redemptoris,
   Quo natus ex femina
   Maior non surrexit,
   Viam paenitentiae
   Praedicans detexit.
- V. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Iohannes.
- Rege, rex caelorum,
   Populum praesentem
   Et apostolorum
   Alis innitentem,
   Sua Iesu bone
   Serva defensione.
- V. Adiuvent nos apostolorum merita, quorum hic sacra gaudemus habere patrociia.
  - 3. Martyrum constantia Invincibilis, O caritas inaestimabilis, Per quam caelo sublimantur Et cum Christo coronantur;
- V. Da nobis, Domine, ut quorum hic cor pora pio amore complectimur, eorum precibus apud tuam clementiam adiuvemur.

### In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Ecce, oculi Domini
  Super se timentes
  Et eiusdem nomini
  Laudes concinentes.
- Adducentur agmina
   Regi candidata
   Virginum praefulgida
   In veste deaurata.
- 3. Custodit ossa Dominus
  Sanctorum, quos tuetur,
  Quorum unum penitus
  Non comminuetur.

- 1. Sancti confessores
  Et electi Dei,
  Quorum vita, mores
  Placuerunt ei,
  Mundum illustrantes
  Verbo et exemplo,
  Servos se laudantes
  Servent in hoc templo;
- V. Carnem domabant,
  Virtutibus coruscabant,
  Praesentia contemnebant,
  Aeternam vitam voce
  Et moribus praedicabant.
- Fulget haec ecclesia
   Sanctarum virginum praesentia
   Quae Christo sponso tota
   mente adhaeserunt
   Et omnia mundana
   Delectamenta
- pro eius nomine spreverunt.

  V. Regnum mundi et omnem ornatum saeculi contempserunt propter amorem Domini sui, Iesu Christi.
  - 3. O vere beatissima Aarhusiensis ecclesia, Quam honor sanctae Trinitatis illustrat,

Gloriosae virginis Mariae
Interventus illuminat,
Caelestium virtutum
Custodia roborat,
Prophetarum
Numerus ampliat,
Victoriosorum
Apostolorum et martyrum
Sanguis exornat,
Quam et inviolatae
Confessionis vita,
Pura et candida
Induit virginitas.

V. Floribus sanctae
 Matris ecclesiae
 Nec rosae desunt nec lilia.

### In Laudibus.

Antiphonae.

- Domum Dei merito
   Decet sanctitudo,
   Cuius cubat gremio
   Sanctorum multitudo.
- Christo laudes atria
   Sua confitentur,
   Sanctorum ubi corpora
   Digne continentur.
- 3. Adhaeserunt Domino
  Saeculo contempto,
  Qui quiescunt sedulo
  Sub hoc yelamento.

4. Sancti quidem spiritus
Et animae sanctorum
Benedicunt iugiter
Regem saeculorum.

Exultabunt sancti
 In suis cubilibus,
 Iuges laudes Dei
 Quorum sunt in faucibus.

Ad Benedictus.

A. In sanctitate Domino
Deo servientes
Et horum suffragiis
Sanctorum innitentes,
Exoremus iugiter
Eos et humiliter,
Ut a terrenis erigant
Affectibus et dirigant
Nos in viam pacis.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Omnes exsultemus
In Deo salutari,
Qui tot hic habemus
Sanctos in altari,
Sperantes tueri
Per horum suffragia,
Quorum hic haberi
Constat patrocinia.

Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. A. — Brev. Othinense imp. Lubecae 1497. B. — B hat in allen drei Noct. prosaische AA und RR. — In 1. Vesp. A 1, 4 Ottoniensis ecclesiae B. — A 5, 7 sq. fehlen A. — Ad. Magn. A, 7 Contingere B. — In 1. Noct. A 2, 2 tabernaculum suum A. — R 2, 1 O regia A. — In 2. Noct. R 1, 5 Qui a poenitentiae A. — In Laud. A 1, 1 Domo B. — Ad Bened. A, 2 Deo fehlt B.

### 62. De sancto Richardo.

In 1. Vesperis.

- Almi laudes confessoris, Richardi beatissimi, Resonemus cunctis horis, Mente Deo proximi.
- Tanta prole fecundata
   Felix gaude, Anglia,
   Quam ad dona Deo data
   Petri trabunt retia.
- 3. O solamen miserorum, Richarde beatissime,

- Cunctas pelle sordes morum, confessorum optime.
- Pater sancte, Deo care, Cum prece assidua Semper Christum deprecare Pro dilecta Andria.
- Obtulisti Christo laudes
   Gerens spem de praemio,
   Unde digne tu congaudes
   Abrahae in gremio.

### Ad Magnificat.

A. Gaudet chorus confessorum
Aucto pro collegio,
Gratulatur coetus horum
Nobili praeconio,
Plaudit omnis angelorum
Reverenda legio,
Offerens regi polorum
Richardum cum gaudio.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Summo regi iubilemus Redemptori optimo, Corde, ore decantemus Cum Richardo Anglico.

# In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

- Generosum trahens ortum Clara de prosapia,
   Cuius vitae sprevit portum Tendens ad sublimia.
- Cum optaret sequi Christum Noxae pulsa macula, Pertransivit mundum istum Petri cum navicula.
- 3. Confidenter vir beatus
  Properat in Andriam
  Et a Petro informatus
  Optat vitae gloriam.

### Responsoria.

- 1. Postquam cursum consummavit
  Almus Christi villicus
  Portas vitae penetravit
  Praesul apostolicus,
  Cui laetus obviavit
  Cuneus angelicus;
- V. Corpus eius honoravit Et devote collocavit Andrianus populus.
- 2. Caelum petit triumphator
  Cum ingenti gloria,
  Animorum illustrator
  Fulget in memoria,
  Quem admittit poli sator
  Purum sine scoria,
  Eum mittit vitae dator
  Lucis ad praetoria,
- V. Vitae cursu consummato
  Pergit ad aetherea,
  Hoste vadit triumphato
  Ad regna siderea.
- 3. Propagator veritatis,
  Rosa fulgens pietatis,
  Richarde beatissime,
  Voces, preces tui cleri
  Dirigas ad regem caeli,
  O pater sanctissime;
- V. Pastor clemens, praesul pie,
   Ad te spectat Andria,
   Ipsa colit in hac die
   Festa tui annua.

# In 2. Nocturno.

- 1. Andriam Richardus
  Petro missus venit
  Et in porta plurimos
  languidos invenit.
- Cumque populus poposcit vitae sanitatem,
   Obtinere meruit mentis sospitatem.
- 3. Populus est illustratus Fidei mysterio,

Consequenter est ditatus Castae prolis praemio.

### Responsoria.

- 1. Hic est sacer ignis clarus,
  Richardus beatissimus,
  Qui exsistit Deo carus,
  Ei semper proximus;
  Antiquorum confessorum
  Hic censetur socius,
  In caterva splendet quorum
  Velut solis radius.
  Quo rectore, quo doctore
  Illustratur Anglia,
  Quo congaudes tu pastore,
  O civitas Andria.
- V. Sidus vere sacerdotum Luces per Illyricum, Illustrasti fere totum Populum Italicum.
- 2. Adest hic Israelita,
  Cui Christus fuit vita.
  Optanti caelestia,
  Mentis visum Christo fixit,
  Carnem mundo crucifixit
  Respuens terrestria;
- V. Christum amans cuncta sprevit
  Mundi circumstantia,
  Semen Dei semper sevit
  Cum perseverantia.
- 3. Gaude semper et laetare,
  Urbs praeclara Andria,
  Almum patrem deprecare
  Cum prece assidua,
  Ut per ipsum mereare
  Dona caeli gaudia;
- V. Cui nihil in hac vita Gratum fuit sibi ita Quam tua devotio.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

1. Cum fecisset signum crucis
Super caeci oculos,
Introduxit formam lucis
Respuentis baculos.

- 2. Mulieris manum rexit
  Richardus beatissimus,
  Ipsam sanam sursum vexit
  Praesul devotissimus.
- 3. Mulier tunc exclamavit:
  Unus est altissimus,
  Per quem solum me sanavit
  Richardus Dei optimus.

### Responsoria.

- 1. Intuens Richardus
  turbam infirmorum,
  Flectit sancta genua
  pro salute horum,
  Quem exaudit pietas
  Domini polorum
  Diluens contagia
- v. Christum petit ore, mente
  Pro salutis gratia,
  Orat ipsum et intente,
  Ut repellat vitia.
  - Sanctae consecrationis
     Facto mysterio,
     Vir summae devotionis
     Redit a monte Gargano,
     Quem repleti sacris donis
     Ambiunt prae gaudio;
- V. Plebs fidelis collaetatur Et in Christo iucundatur De pastoris reditu.

# In Laudibus.

- Tanta erat in hoc viro Verbi efficacia, Ut infectos ritu diro Illustraret gratia.
- Pollens mira vir beatus
   Animi prudentia,
   Digne multis est praelatus
   In adulescentia.
- 3. Stella nitens et praeclara, Richarde beatissime,

Taetra pelle, lucem para, Serve Dei maxime.

- 4. Christo reddat commendatos
  Suis almis precibus,
  Quos fecit esse beatos
  Disciplinae moribus.
- 5. In caterva confessorum
  Flores velut lilium,
  In te sibi rex caelorum
  Fecit habitaculum.

Ad Benedictus.

A. Claritate lucens morum
Richardus, Dei famulus,
Intrat agmen confessorum
Cultor Christi maximus,

Quem coronat rex sanctorum Vitae dator optimus.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Digna coli adest dies
Pio modulamine,
In qua datur sancta quies
Longo pro cartamine,
Hodierna sanctus die
De mundi voragine
Ductus est ad caelum pie
Triumphali carmine,
Unde nos te rogamus,
Richarde beatissime,
Ut sis praesto, exoramus,
Pastor clementissime.

Brev. ms. S. Clarae Neapolit. saec. 14. Cod. Casanaten. B III 5 add. saec. 15. A. — Cod. Vallicellan. G 77 saec. 16/17. B. — In 2. Noct. A 2, 1 poposcerit B. — A 3, 1 Postquam populus AB. — In 3. Noct. R 2, 2 lies ministerio? — In Laud. A 1, 3 infectus B. —

#### 62 a. De sancto Saviniano.

# In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. O sancte Saviniane,
 Martyr Christi pretiose,
 Una cum tuis sociis,
 Quaesumus, ora pro nobis.

### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Savinianus pontifex
   Hebraeus fuit genere
   Et ex Christi discipulis,
   Quos binos iussit progredi.
- Hic priscae legis edoctus
   Erat valde dogmatibus,
   Ab ore quoque Domini
   Verba salutis didicit.
- 3. Connexit huic caritas Sociavitque probitas

Viros praeclari meriti, Rectae fautores fidei.

- Qui Christi facti praevii Miraculis et praeclui Cum ceteris discipulis Pacem ferebant populis.
- 5. Christus ut astra petiit, Apostolorum principi Probi viri sunt additi Parentes eius monitis.
- Adepta sede cathedrae Urbis Petrus Romuleae Savinianum convocat Hortans, ut Gallos adeat.

# In 2. Nocturno.

Antiphonae.

1. Superni quippe pneumatis Insignitus praesagio Summus antistes adiit Senonensem metropolim.

- 2. Virtutis cuius specimen Electi Christi militis Praeclarus Potentianus Altinusque prosequuntur.
- 3. Insistunt porro conatu
  Magnanimo gentilibus
  Destruentes fanatica
  Firmantesque Christi iura.
- 4. Miratur cohors profana
  In auditum Christi dogma
  Atque venisse celebres
  Sapientiae proceres.
- Hinc fulgente praeconio Miraculorum plurimo Certatim petunt populi Baptisma Christi consequi.
- 6. Horum antiquis triumphis Se dolens hostis opprimi

Saevis improborum dolis Athletas Christi perimit.

In 3. Nocturno.

Super Cantica.

 A. O felix et laude digna Passio momentanea, Facta fideli populo Salutis reparatio.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Celebri laudum iubilo
Persolvamus odas Christo
Recensentes gloriosum
Saviniani tropaeum
Eiusque quoque clientum
Triumphale tripudium,
Horum precatu caelico
Quo fruamur subsidio.

Migne PP. LL. 142, 825 ff. — In 1. Vesp. A, 10 fehlt. — In 2. Noct. A 1, 4 mox metropolim. — In 3. Noct. A, 2 Sanctorum passio momentanea. — Ibid. 3. Facta fidelibus populis. — Verfasser dieses Officiums, dessen andere Teile prosaisch sind, ist Ödorannus von Sens. Dasselbe ist aus der Vatikanischen Hs. seiner Werke zuerst von A. Mai, Spic. Rom. IX herausgegeben und von Migne l. c. wiederholt worden. Mai giebt sich dabei einer doppelten Täuschung hin: die erste, dass er glaubt, das Officium, welches er irrtümlich als Hymnus bezeichnet, könnte möglicherweise von König Robert verfasst sein: Hymnus vero in sanctum Savinianum, utrum Odoranni sit an potius Roberti regis, a quo et alios hymnos compositos constat, non diffinio. Certe hic diversa manu in codice scribitur (1. c. 799). Denn daraus, dass Robert Hymnen gedichtet haben soll, kann doch nicht ohne jeden weiteren Anhaltspunkt die Vermutung hergeleitet werden, er sei Verfasser dieses Officiums, welches noch dazu monastisch, d. h. für den Gebrauch eines Klosters, hier der Abtei Saint-Pierre, geschrieben ist. Ferner ist das Officium in der Hs., wenngleich von anderer Hand geschrieben, zwischen das Incipit: Incipiunt capitula seu tituli opusculorum Odoranni, und das Explicit eingeschaltet: Auctore et gubernatore Deo hunc licet vigente ingenio tamen iam caligante oculo et frigescente articulo librum Odorannus paene sexagenarius exaravit monachus. Vos, qui legitis, orate pro eo (l. c. 827). Ferner stimmt die Metrik dieses Officiums mit einer Antiphon gleichen Versmaßes auf Petrus und Paulus, die dem 6. Opusculum des Ödorannus einverleibt ist:

> Avete, mundi lumina, Petre, Paule, sanctissima, Quorum alter patibulo Crucis coniunctus magistro Alterque ensis iugulo Locatus caeli solio Mundi gubernat machinam Iam paene fini proximam.

Poscite nobis miseris, Quos gravat moles criminis, Ut vobiscum perpetua Perfruamur laetitia.

Diese Antiphon ist bei Mai (Migne l. c. 812) mit einer völlig irrigen Ab-

teilung der Verse gedruckt.

Der zweite Irrtum Mais besteht darin, daß er das Officium für einen Hymnus ansah und mit folgender merkwürdigen Note begleitet: Sequitur in codice hymnus prosaicus sive, ut Graeci loquuntur, canon cum tonis musicis in laudem SS. Saviniani, Potentiani atque sociorum, cuius auctor videtur ipse Odorannus, quandoquidem nomen suum ipse deinde apponit in codice ut infra videbimus (1. c 826). Schon die Evovae der Antiphonen hätten das Richtige an die Hand geben müssen.

#### 63. De sancta Scholastica.

### In 1. Vesperis.

R. O doctrix et didascala Sectandae virtutis, Quam digne Scholastica Diceris, schola salutis,

V. Tu vita, tu morte nos edoces, Ut ad caeli bona nos evoces.

# Ad Magnificat.

A. O flos candens, lilium
Fragrans in convallibus,
Fervens flos Scholastica,
Sponsum Dei filium
Caeli pascis floribus,
Virtute mirifica;
Fac candore castitatis
Nos florere caelitus
Et ardore caritatis
Fervere medullitus.

# Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Cuncta canant Domino, qui sanctis aethera pandit, Ore columbino quo visa Scholastica scandit.

### In 1. Nocturno.

### Antiphonae.

- Stella surgit matutina
   Claro fulgens lumine,
   Dum haec virgo columbina
   Volat ad te, Domine.
- Dulcis sonat harmonia
   Dei narrans gloriam,
   Quam puella prudens, pia
   Depromit per gratiam.
- 3. Tuo, Iesu, nomini
  Fidem conservabat
  Et ut terra Domini
  Plena germinabat.

# Responsoria.

1. Virgo Deo placita,
Formula claustrorum,
Tu carnis lege domita
Regulam dans morum,
Modulatrix inclita,
Nostrum rege chorum;

V. Memor esto filiorum,
Soror, mater, amita,
Duc nos ad statum perfectorum
Via vitae reddita.

 O oliva pietatis, Fundens zelo caritatis Oleum laetitiae, Caeco lumen, fer divinam Morbo cordis medicinam Condimentum veniae;

- V. Sicut fumi virgula
  Fragrans aromatibus
  Sic, quibus parces sedula,
  Tu redoles precibus.
- 3. Regis in cellario
  Sponsae desiderio
  Propinatur veritas,
  Ordinatur caritas,
  Ibi dulce poculum,
  Sponsi sumit osculum
- V. Mentis parans vasculum, In qua passi colligit Crucifixi títulum.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Rex electae virginis
  Concupivit speciem,
  Quam vocat ad faciem
  Suae pulchritudinis.
- Sponsae tabernaculum Sunt dilecti vulnera, Quo murrae fasciculum Locat inter ubera.
- Virgo sine macula
   Veniens a Libano
   Sub amoris clibano
   Fervescet in saecula.

# Responsoria.

- 1. Soror fratrem visitavit
  Extra cellae moenia,
  Et uterque distillavit
  Verba lucis dulcia;
  Frater quaerit reditum
  Vespera praesente,
  Haec rogat per spiritum
  Lacrima fluente;
- V. Fletu vocat pluviam Aethere clarente, Germani praesentiam Optans pia mente.
- 2. Virgo fletu caritatis
  Pedes lavat Domini,
  Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

Potum praebet voluptatis
Angelorum agmini,
Et effectum bonitatis
Preces confert homini;

- V. Haec est aqua calida
  In deserto saeculi,
  Qua mens lux ut nitida
  Fit in modum speculi.
  - 3. Sponsa quaerit hinnulum,
    Datum nobis parvulum,
    Florem inter lilia,
    Quaerit in meridie
    Solem hunc iustitiae,
    Splendidum in gloria;
- V. Sicut cervus sitiens
  Cursitat ad flumen,
  Sic amor impatiens
  Ad divinum numen.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Terra modo sterilis
  Dat virtutum germina,
  Lacte, melle fertilis
  Caeli cibat agmina.
- Agni tympanistria
   Hoste merso iubilat,
   Precibus invigilat,
   Poli quaerit atria.
- 3. Virginis flagrantia
  Mundus reformatur,
  Caeli vernat curia,
  Deus honoratur.

- 1. Salomonis ferculum
  Multi fortes ambiunt,
  Dum sponsae cubiculum
  Angeli communiunt,
  Qui sponsae coniubilant
  Sponso audienti,
  Ei pacem sibilant
  Pie quiescenti.
- V. Iesu cubans pectore Dormit in sacrario,

Cui dulci studio Angeli sub tempore.

2. Principis haec filia
Gressibus decoris
Trahitur fragrantia
Nazareni floris,
Tota pulchra rutilat
Liliis vallata
Et in psalmis iubilat
Spiritu levata;

V. Iesse florem lucidum

Diligit prae omnibus,
Rubicundum, candidum

Colligens ex milibus.

3. Haec parente nobilis,
Spiritu fuit humilis,
Sic digna praeconio
Ex doni fastigio,
Meruit hic gratiam
Et in caelis gloriam;

V. Brevi hic apicula
 Congerens dulcorem,
 Ad laborem sedula
 Dulcem per amorem.

## In Laudibus.

Antiphonae.

- 1. Manna virgo colligit

  Mariae quaerens aream,

  Dulcem botrum eligit

  Veniens ad vineam.
- 2. Flos in vere canduit,
  Floruit ad gratiam,
  Fructu multo claruit
  Adimplens iustitiam.

Sponsum virgo sequitur
 Ferens secum oleum,
 Ad chorum virgineum
 Sponsi manu ducitur.

Quam dulcis visio,
 Qua sol verus cernitur,
 Virginali gaudio
 Quem virgo complectitur.

5. Haec hosti terribilis
Ut castrorum acies,
Sanctis est spectabilis
Ut astrorum facies.

Ad Benedictus.

A. Benedictus rex gloriae,
Qui de lacu miseriae
Exsulem ad patriam
Virginem ad regiam
Dulciter vocavit,
Haec nos suis precibus,
Meritis, virtutibus
Perducit ad veniam,
Gratiam et gloriam.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Aulam intrat sponsa Dei
Anno vero iubilaei,
Sabbatizat suaviter,
Regem cernit in decore,
Cui laudes cum dulcore
Resonat hilariter,
Eius prece, Iesu bone,
Terge sordes, nos coronae
Iungas aeternaliter.

Brev. ms. Curiense (?) saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabar. IX. — In 1. Vesp.: Ad Magn. A, 3 Fervans. — In 1. Noct.: R 1, 3 Tucarius lege. — R 2, 1 O fehlt. — R 3, 8 In fehlt; passam. — In 3. Noct.: R 1, 2 Multi formes. — R 1, 8 Ante pie quiescenti. — R 3, 7 Brevis. — In Laud.: A 2, 1 in fere. — A 5, 2 Et castrorum. — Ad Bened. A, 1 est rex. — Hiezu die Hymnen: Anal. XXIII, Nr. 471 sq.

## 64. De sancto Sebaldo.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Nuremberg attolleris Sollemni patrono, Fructu novi muneris Gaudes Dei dono, Gloriaris amplius Urbibus vicinis,

- Sollemnizas potius Laudibus divinis.
- R. Nomen Christi qui tulisti
  Et eius evangelium
  Expressisti plebi isti,
  Tuum factae collegium,
  Te patronum, o Sebalde,
  Praebe pium semper valde
  Tuae genti exhibenti
  Votiva tibi sollemnia
- V. Impetrare tu nostrorum, Testis clare, peccatorum Velis apud Deum veniam.

#### Ad Magnificat

A. Plaudat aula regia,
Nurembergensis ecclesia,
Suscipiens hospitio
Sebaldum in exsilio
Peregrinantem iugiter,
Qui sanctorum mixtus choris
Nos illorum det coronis
Perfrui perenniter.

# Ad Completorium.

Ad Nunc dimittis.

A. Ab aeterno gratia
Fungeris divina,
Nuremberg, clementia
Immunis divina.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Nunc exsultemus confessorem venerantes Et decantemus Christo regi iubilantes.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

Hic vir beatissimus
 Consilium vitavit
 Malorum et cathedram
 Ut pestem reputavit.

- Postulanti Dominus
   Dat hereditatem,
   Venienti eminus
   Hanc communitatem.
- 3. Blasphemi castigantur, Qui sancto adversantur, Dentes eorum teruntur, Qui huic obloquuntur.

#### Responsoria.

- Imperantis tempore
   Henrici felicis
   Incepit hic vivere
   Dei cum amicis,
   Fugit mundum ut immundum
   Eremum amplexus,
   A quo venit, ad hunc vadit
- V. Circulo reflexus,
  Motus perfectus
  salvat per singula rectus.
- 2. Hic dum fame angustatur, Mox de caelo liberatur Panis e caelo veniens Reficit pie praeminens;
- V. Nam in deserto panem poterit dare praesto.
- 3. Adest casus alius
  similis in potu,
  Ubi liquor deficit,
  absque omni motu
  Humani suffragii
  adest statim potus,
  Qui durat per tempora;
  Deus secum totus.
- V. Hoc est divinum, si fit de flumine vinum.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. In cubili est compunctus, Feliciter defunctus Sacrificans iustitiam.
- Glorificasti sanctum tuum, Quia dilexit nomen tuum Scuto tuo coronasti evm.

12\*

Ab infantia laudare
 Non desiit et amare
 Mirabile nomen tuum.

#### Responsoria.

- 1. Fuit in miraculis

  Morieus et vivus,

  Mundus a periculis,

  Castus et redivivus,

  Dum sine habenis

  Conatur minari,

  Ducitur in Nuremberg

  Illic venerari,
- V. A quo praedictus locus a Domino benedictus.
- Figunt pedes hic iumenta, In arena fundamenta Fiunt, primo sed minora, Post haec longe altiora.
- V. Consuetudo Dei, quod rem parvae speciei Gratia reficiat, ne sibi deficiat.
- 3. Flumen parvum sicut crescit,
  Ita sanctus invalescit,
  Ubi pridem minimus,
  Locus post haec maximus.
- V. Sic in natura

  Deus extollit sua iura.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- Iste sanctus absque macula Introivit tabernacula Beatis Dei parata.
- Cordis desiderium
   Hic sanctus est adeptus

   Per Dei imperium
   Nec labiis deceptus.
- 3. Generatio Nurmbergensis
  Quaerens Dei faciem
  Sebaldum laudibus immensis
  Colit et in aciem
  Elegit patrocinii.

#### Responsoria.

- 1. Dum transfertur corpus sancti Ad Scotorum templum tanti, Illic renuit locari, Sed quo prius venerari,
- V. Pluries allatus, sed nec sanctus ibi gratus.
- 2. Hic dum barba deluditur,
  Deludens percutitur,
  Oculus amittitur,
  Perpetuo recolitur
- V. Iusta vindicta iudex punit fere dicta.
- 3. In facto exsequiarum
  Plures assistunt suarum,
  Inter quos candelam unam,
  Collapsam sed praeter prunam,
  Mulier levans devota
  Fit a poena salva tota;
- V. Signum, devotus
  quod sit per singula totus,
  Et quod patronus
  sit pius iste bonus.

# In Laudibus.

- 1. Mirabilis est Dominus
  Potens et in omnibus,
  Qui per loca tam remota
  Hominum exaudit yota.
- De Francis Italiam
   Transit et in Nuremberg
   Eius monstrat gratiam,
   Regni fidam filiam.
- 3. Hic servivit iugiter
  Deo vigilanter
  Perstans immobiliter
  Domino gratanter.
- Benedictus Dominus
   In eius creatura,
   Benedictus et Sebaldus,
   Quo cuncta profutura.
- 5. Laudemus perenniter Rerum conditorem,

Qui nobis salubriter Hunc dat ad honorem.

Ad Benedictus.

A. Benedixit Nuremberg
Deus ab aeterno,
Qui de tanto patrono
Providit huic loco,
Gloria et honor Deo
Specialiter pro eo,
Quod de tantis terminis
Extremis et mediis

Locum hunc insignem fecit Et caput regni perfecit.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Laus in fine decantetur,
Rex caelorum veneretur,
Qui Sebaldum sanctum dedit
Huic loco et concedit
Suis hic supplicibus
Piis interventibus
Eius votis exaudiri,
Deo iugiter uniri.

Brev. ms. Nurembergense saec. 15. Cod. Nurembergen. VII 36. A. — Brev. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 20. B. — Brev. Bambergense imp. s. l. et a. (Handschriftl. Eintrag im Exemplar des Franziskanerklosters Maria Schnee in Prag). C. — Brev. Misnense imp. s. l. 1483. D. — Diurn. Misnense imp. Lipsiae 1511 E. — Brev. Misnense imp. Lipsiae 1517. F. — In 1. Vesp. Super Ps. A, 3 novo C. — Ibid. 7 sq. laudibus potius CD; divinis fehlt C. — R, 6 Praebe tuum semper B. — Super Nunc dim. A fehlt B. — In 1. Noct; A 1, 3 Malorum fehlt C. — A 2, 4 Haud connunitatem D. — R 1, 5 et immundum C. — R 2, 3 e fehlt C. — R 2, 4 eminens C. — In 2. Noct.: A 3, 3 nomen Domini CD. — R 1, 10 est benedictus C. — R 2, 4 haec sed longe B. — R 2, 8 ubi sibi C. — In 3. Noct.: A 1, 2 in tabernacula D. — A 3, 1 Generosa Nurmbergenis B. — A 3, 4 Tollit C. — A 3, 5 patrocinii fehlt C. — R 2, 1 barbara C. — R 2, 6 permittit fore dicta C. — R 3, 1 In festo D. — In Laud. A 1, 3 tam fehlt B, Qui per fehlt C. — A 2, 3 monstravit B. — A 3, 3 praestans D. — Ad Bened. A, 10 caput regni praefecit B. — Hiezu der Hymnus: Hymnum cantet plebs iucunda (Dan. I, 318).

#### 65. De sancto Severino.

In 1. Vesperis.

- Mentes et linguas excitat Severini memoria, Qui iugi prece flagitat Pro te, sancta Colonia, Deum, qui caelis habitat Et respicit humilia.
- Gaude, mater ecclesia, Laetare, Sion filia, Tanto patre beata, Per cuius est eloquia Dei misericordia Super te confirmata.

- 3. Hic dum inter imperitos
  Verbum Dei seminat,
  Per hoc Deus infinitos
  Errores eliminat,
  Qui absolvit compeditos
  Et caecos illuminat.
- 4. Arii quos errabunda
  Foedat adinventio,
  Severini vox facunda
  Purgat a contagio,
  Deo nostro sit iucunda
  Decoraque laudatio.
- Errantes enormiter
   Nos a fonte boni
   Reduxit hic iugiter
   Studio patroni,

Laudes Deo pariter Referamus proni, Qui non fecit taliter Omni nationi.

R. Sancte Severine, praesul Domini pretiose, Devotam gentem
te nunc solamen habentem
Protege, conserva,
suplex rogat ista caterva
V. Fer pacem, mala pelle pia
fautrice Maria.

Brev. ms. saec. 14. Cod. Lincen. I p 19. A. — Brev. Aarhusiense imp. Aarhusiae 1519. B. — A 1, 4 und 6 fehlen B. — A 2, 4 Pro cuius et A. — R fehlt B. Alles andere prosaisch; Hymnus: Laude digna angelorum A (Anal. IV, 234).

## 66. De sancto Sigeberto.

#### In 1. Nocturno.

#### Responsoria.

- 1. Consilio pontificum
  Suorum atque principum
  Dagobertus rex filium
  Regni levat in solium,
- V. Superbos ut deiceret Et elisos erigeret.
- 2. Germanorum principes
  Francorum atque proceres
  Ad urbem Metis veniunt
  Ibique regem statuunt
- V. In patris eam solio Avitoque palatio.
- 3. Laetare, Metis civitas, Tua namque iucunditas Regalis est sublimitas Et patriae prosperitas,
- V. Hic est tua laetitia Vicinorumque gloria.
- Rex sanctus ut in solio Consedit ac palatio, Ea, quae gessit animo, Patuere continuo,
- V. Namque mitis humilibus, Pius erat pauperibus.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

1. Pontifici sanctissimo Dagobertus Cuniberto Curam committit filii, Addendae legis Domini,

- V. Ut de bono meliorem Redderet et clariorem.
- 2. In armorum peritia
  Et ad iura civilia
  Pipini Franci maxima
  Eruditur prudentia;
- V. Hic in suis temporibus Fuit princeps clarissimus.
- 3. Sigibertus rex inclitus
  Radolphum cum rebellibus,
  Qui rebellis exstiterat,
  Fugavit a Thoringia
- V. Iesu Christi auxilio, Quem semper gessit animo.
- 4. Sigibertus, ut ornaret Cultum Dei et augeret, Duodecim coenobia Construxit in Austrasia;
- V. Ut meteret politica, Seminavit terrestria.

## In 3. Nocturno.

- 1. In anno post tricesimum
  Rex contendens ad bravium
  Vitae peregit stadium,
  Caeli scandit palatium;
- V. Planctum Metis permaximum, In caelis fecit gaudium.
- 2. Quidam frater aegrotabat, In morbo fici laborabat,

Sanctum regem expetiit Et sanitatem repperit,

- V. Sacras vestes arripuit Suaque membra tetigit.
- 3. Peccator quidam annulis
  Dum stringeretur ferreis,
  Per multos sanctos cursitat,
  Sed hic salutem impetrat,
- V. Multa loca circuivit,
   Multos sanctos requisivit.
- 4. Sancte Dei Sigiberte,
  rex noster et patrone,
  Qui virtute trinitatis,
  circumfultus undique
  Hostium visibilium
  expugnasti populum,
  Funde preces pro devoto
  tibi nunc collegio,
- V. Ut tuo propitiatus interventu Dominus
   Nos purgatos a peccatis iungat caeli civibus.

Per Octavam.

Responsoria.

1. Sigibertus, tertius nomine,

Trium primus felici omine, Anno regnat aetatis tertio Deitatis

Deitatis alto consilio;

- V. Dominatur excelsus in regno hominum et, cui voluerit, dabit illud.
- 2. Dagobertus
  spe carens filii,
  Qui paterni
  sit heres solii,
  Firmamentum
  regni ne corruat,
  Apud Deum

preces continuat,

- V. Per quem reges regnant, et conditores legum iusta decernunt.
- 3. Datur patri
  filius gratiae
  In augmentum
  caelestis gloriae,
  In baptismo
  lingua infantuli
  Reddit Amen

Reddit Amen Amando praesuli;

 V. Qui necdum fatur fidei secreta profatur.

Lection. ms. Stabulense saec. 14. Cod. Vatican. 9499. — In 2. Noct. R 2, 1 pleritia. — In 3. Noct.: R 3, 5 Per multa loca. — Per Oct.: R 1, 4 homine. — R 1, 5 A quo regnat.

# 67. De sancto Sigfrido.

In 1. Vesperis.
Super Psalmos.

- A. Sanctus Sigfridus Angliae
  Ortus ut sidus Sueciae
  Praeclarum radiavit
  Et tenebras perfidiae
  Gentis illius patriae
  Primus illuminavit.
- R. Ad salvatoris omnium Ovile gregis gentium Pastor bonus adducere

Affectans, evangelium, Dulcem pastum fidelium, Studebat illis spargere.

V. Propter tam sanctum studium Vitae perennis praemium Iam meruit percipere,

Ad Magnificat.

A. Adest dies gloriosa, Digna laude speciosa Pro Sigfridi gaudiosa
Praesulis memoria,
Qua pro vita virtuosa
Et doctrina radiosa
Reportavit copiosa
In supernis praemia.
Per cuius patrocinia
Nobis Dei clementia
Praestet aeterna gaudia.

#### Ad Marutinum.

Invitatorium.

Adoremus confessorum Regem cum laetitia, Qui Sigfridum beatorum Coronat in gloria.

#### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Rex Olavus, laude dignus.
   Prudens, potens et benignus,
   Sed gentilis primitus,
   Ut Sueorum regum quidem
   Primus eredat Christi fidem,
   Inspiratur caelitus.
- Angliae rex praeerat
   Mildredus illo tempore,
   Cui rex se coniunxerat
   Olavus firmo foedere.
- 3. Hi reges se assiduis
  Intermiscebant nuntiis
  Et quam frequenter mutuis
  Honorabant exeniis.

Responsoria.

1. Rex Olavus

per regem Anglicum
Mitti petit

virum veridicum.

Per quem possit

mox ad catholicum

Ritum, cultum

quoque dominicum

Cum suis erudiri.

- V. O caelorum
  regem mirificum,
  Qui gentili
  velle tam caelicum
  Dignatus est largiri.
- Rex Mildredus aggregatis
   Anglicanis tunc praelatis
   Quaerit, quis ad Sueciae
   Regem praeco veritatis
   Esse velit de praefatis
   Patribus ecclesiae,
- V. Qui ad fidem trinitatis Ducat gentes in peccatis Datas idolatriae.
- 3. Dum gentilis feritas
  Et laborum gravitas
  Ceteros deterruit,
  Deest mori tarditas.
  Se Sigfridi sanctitas
  Ad hoc sponte praebuit,
- V. Ingens eius caritas Atque magnanimitas Inde clare patuit.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- Proponens in Succiam Pergere repente Pervenit in Daciam Deo disponente.
- Recepit honorifice
   Rex Sueno virum Dei
   Praebens illi magnifice.
   Quod opus erat ei.
- 3. Pollens praeclaris moribus
  Vitam plenam virtutibus
  Ibidem degens duxit
  Et regem cum principibus
  Plebemque salutaribus
  Documentis instruxit.

Responsoria.

De Dacia progrediens.
 Verendiam ingressus.

- Primum Vexio perveniens Se dedit pausae fessus,
- V. Conversionem patriae
  Et formulam ecclesiae
  Conspexit somno pressus.
- 2. Fidem Iesu Nazareni Viro Dei se bis seni Primi Verendensium Pollicentur susceptores Atque secum creditores Reliquos gentilium;
- V. Hos instructos baptizavit Et renatos aggregavit Coetui fidelium.
- 3. Suis, quos Vexio duxerat,
  Nepotibus, quam fecerat,
  Ecclesiam commendat
  Et ad Olavum properat
  Regem, ut quam cupierat,
  Illi fidem ostendat
- V. Et post sacra documenta Sacer Christi sacramenta Regi praesul impendat,

## In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

- Rege praesul in partibus Westgotiae invento Hunc aggregat fidelibus Baptismi sacramento.
- 2. Plures exemplum regium
  Salubrîter sectati
  Spreto ritu gentilium
  In Christo sunt renati.
- Vir sanctus, quos recentius
   Divinis sacramentis
   Imbuerat, uberius
   Rigabat documentis.

## Responsoria.

1. Almi patris et insignis Trucidantur a malignis Nepotes interea,

- Quos illustrat Christus signis Et coronis ornat dignis In aula siderea;
- V. Sic tormentis pro indignis Dantur iustis et benignis Praemia aetherea.
  - Interemptis crudeliter
     Cultoribus iustitiae
     Gemens Vexio velociter
     Redit minister gratiae,
     Quo vacillabat graviter
     Novae status ecclesiae,
- V. Nam recrevit celeriter Vetus error perfidiae.
- 3. O stupendum spectaculum,
  O praeclarum miraculum!
  Grandi saxo vasculum
  Natans ad Dei famulum
  Vexit nepotum capita
  Diu sub undis abdita,
- V. Et tria luminaria
  Divinitus micantia
  Monstrant sanctorum merita.

## In Laudibus.

- Rex Olavus viros rectos
   Ut percepit interfectos,
   Graviter ingemuit
   Et praesuli condoluit.
- 2. Ut emendam per immensam Mitigaret rex offensam Pontificis, Verendiam Pergit zelans iustitiam.
- 3. Grandem praesul pecuniae
  Pro emenda dum respuit
  Summam, multa ecclesiae
  Rex praedia mox contulit.
- 4. Hinc Vexio superstitio Perfidiae profana Defecit et religio Profecit christiana.
- 5. Illic vivens in virtute Sigfridus his patratis

Bona tandem senectute Conjunctus est beatis.

Ad Benedictus.

A. Sancte praesul, exstirpator
Infidelitatis
Et fidelis seminator
Verbi veritatis,
Esto nobis mediator,
Ut nos a peccatis

Purgans collocet salvator Regno claritatis.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Pie pater et patrone,
Tua interventione
Nos a malis liberari
Et procures collactari
Sine terminatione
Tecum caeli mansione,

Cod. Holmien A 56. [Klemming I, 151 ff.] — In 1. Vesp. Hymnus Sigfridiarchipraesulis (Klemming I, 152); in Laud.: Ignitus sancto flamine (ibid. 159).

## 68. De sancto Sigfrido.

In Laudibus.

Antiphonae.

- 1. Novus sol progreditur
  Novum dans splendorem,
  Gentium persequitur
  Ritus et errorem.
- Pacem portat populis
   Pontifex fidelis,
   Quam dat pacis aemulis
   Pacem dans de caelis.
- Dereliquit patriam
   Anglicani gregis,
   Pauper intrat Sueciam
   Praeco summi regis.
- 4. Clara dies oritur
  Noxque cedit ei,
  Verus Deus colitur
  Lucem dans diei.
- 5. Te patrem eximium Deprecamur rei,

Preces fer precantium In conspectu Dei.

Ad Benedictus.

A. Audi pater Sueciae
Filios clamantes,
Reprimas in acie
Tuos impugnantes,
In viam iustitiae
Dirigas errantes
Et in regnum gloriae
Ducas exsultantes.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Pastor apostolice
Sigfride Suenorum,
Fidei domestice
Custos, doctor morum,
Nos concives effice
Civium sanctorum.

Brev. Scarense imp. Norimbergae 1493. [Klemming I, 162 ff.]. Außer dem Vorstehenden noch ein Responsorium:

Fortis colit aream
Sterilem zelator,
De spineto vineam
Fecit praedicator,
Gentem domat ferream
Legis aemulator
Divigit ad lucem teneb

Dirigit ad lucem tenebrosos lucis amator.

## 69. De sancto Sigismundo.

## In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Adest dies laetabundus, In quo martyr Sigismundus Ad superna sic ascendit Et aeternum comprehendit Paradisi meritum.

#### Ad Magnificat.

A. Ave, martyr Sigismunde,
Preces iam pro nobis funde
Coram summo principe;
Ave, salus infirmorum,
Medicina peccatorum,
Fletus nostros percipe;
Tu, cum sanctis qui laetaris
Et in Christo coronaris,
Vota nostra suscipe,
Ne labamur cum damnatis,
Sed quod simus cum beatis
Meritis in requie.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Sit laus Deo de profundo, Qui beato Sigismundo Thronum dedit gloriae.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Hic vir beatus,
  Quì in lege
  Domini stabat fixus,
  Deum deprecabatur
  Die ac nocte.
- 2. Servivit in timore Domino
  Et exsultavit in illo
  Apprehendens disciplinam,
  Per quem vitae cepit viam.
- 3. Voce clara sic clamavit
  Et ad caelum festinavit,
  Ad coronam gloriae
  Post transitum victoriae.

Responsoria.

- 1. Beatissimus
  athleta Dei Sigismundus,
  qui progenitus
  a rege Gundebaudo,
  quamvis sacrilega, Christo
  tamen monente puerum
  Sigismundum
  fonte sacro
  baptizari fecit
- V. Fratre sibi iuncto, Gundemari nomine functo.
- 2. Qui puer
  ab aetate puerili
  Deum timens erat gravis,
  [qui licet] non transierit
  puerilia iura,
  tamen divino studio
  eminus se applicuit
  immorari.
- V. Sic bona consuevit et crimina cuncta delevit.
- 3. Hic transcenso curriculo adiunctus fuit Dei filio alta caeli desiderans, non terrenum regnum quaerens, sed ad caelestía mente erat cupiens;
- V. Quem Deus illuxit et lucis ad aethera duxit.

## In 2. Nocturno.

- 1. Mirificavit Dominus
  Sanctum suum Sigismundum
  Et ipsum exaudivit
  De ergastulo fontis aquarum.
- 2. Aure percepit verba Domini, Dum in tribulatione stetit, Ipsum in tenebris liberavit Et super caelos collocavit.
- 3. Admirabile est nomen tuum, Domine,

Qui coronasti hodie Sigismundum regem Post exitum victoriae.

#### Responsoria.

- 1. Sigismundus ad aetatem
  virilem provectus
  Ieiuniis et orationibus
  Deo studuit immolari,
  Idolorum templi vana
  Spernens cum doctrina sana
  Meruit coronari;
- V. Quem sic allexit, Deus hunc ad aethera vexit.
- 2. Iam defuncto genitore
  Licet a gente incredula
  Sigismundus cum decore
  Ad regni tunc atria
  Est susceptus et adeptus
  In caelorum patria.
- V. Mente quidem sana sic respuit idola vana.
- 3. Tandem regno sic suscepto
  Gubernavit omnia,
  Respuendo simulacra
  Quaeque tersit culmina
  Ampliando divina vota
  Summa cum fiducia,
- V. Martyr hic athleta sic venit ad aethera laeta.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- Confisus in Domino martyr Sigismundus Elegit sibi solium ibi laetabundus, Sed nec intrat ostium ibi fallax mundus.
- 2. Intrat tabernacula,
  rex vitae, confidens
  Martyr, vana saecula
  propter te relinquens,
  Fac, ut tecum gaudeat,
  consolator ingens.

3. Coronasti hodie
regem Sigismundum,
Qui nunc per martyrium
vere vicit mundum,
Et cum sanctis omnibus
hunc facis iucundum.

- 1. Sensit verba rex malorum,
  ut eum occiderent,
  Regnum eius invaserunt,
  ut protinus hunc quaererent,
  Hic decenter martyr Christi
  una cum coniuge
  Adiunctis binis natis,
  nitentes simul perdere,
- V. Ad tribunal festinantes dictarunt sententiam, Ducunt regem atque natos ad suam praesentiam.
- 2. Tandem manus noxias
  In sanctos iniecerunt,
  Christo commendant animas,
  Hos tunc sustulerunt,
  In cisternam veterem
  Ipsos proiecerunt,
  Sic cum sanctis alíis
  Coronam sumpserunt.
- V. Ubi tam miracula
  Plurima sunt facta.
  Et ab ipsis idola
  Longe sunt coacta.
- 3. O athleta, martyr Dei,
  Vera virtus nostrae spei,
  Ne nos livor proromphaei
  Voret ad interitum,
  Tu solamen orphanorum,
  Medicamen infirmorum
  Fer his refrigerium,
  Qui te laudant atque colunt,
  Tua festa quoque norunt
  Post carnis exitium,
- V. Qui iam regnas cum patrono, Sociaris caeli throno In caelesti solio.

# In Laudibus.

## Antiphonae.

- 1. Indutus est a Domino Stola Sigismundus regni, Post huius mundi exitum Caeli suscepit meritum.
- 2. Deo caeli iubilate,
  Precibus nunc exorate,
  Qui beatum Sigismundum
  Sibi fecit caelibundum.
- 3. Ad te, Deus, vigilavit.
  Nomen tuum exaltavit,
  Inter muudi ludibria
  Vitae dans salubria.
- Benedictus sis in throno
   Deus unigenite,
   Qui beatum Sigismundum
   adiuvisti valide,
   Ut tecum regnet sine fine
   sede perennis gloriae.
- 5. Omnis lingua Deum laudet in suis martyribus,

Qui beatum Sigismundum suscepit de terrestribus Et cum sanctis collocavit in polorum sedibus.

#### Ad Benedictus,

A. Benedictus es, Domine,
In tua magnitudine,
Qui beatum Sigismundum
Tormenta fecisti vincere,
Ut congaudens esset tecum
In aeterna requie.

# In 2. Vesperis.

## Ad Magnificat.

A. O rex gloriose
et martyr, Sigismunde,
Nostras preces supplices
coram Deo funde,
Ut nostra regat tempora
iam in mortis hora,
Et tecum simus caelibes
cum sanctis sine mora.

Brev. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Capit. Cracovien. 20. A. — Brev. ms. Frisingense saec. 15. Clm. Monacen. 19283. B. — Brev. Frisingense imp. Augustae 1491. C. — In 1. Vesp. Super Ps. A, 3 Ad superna conscendit C. — In 1. Noct. R 3, 1 transsesso A. — In 2. Noct. A 1, 2 suum fehlt C. — A 2, 4 exaltavit C; der Vers fehlt A. — A 3, 3 decorasti A. — A 3, 5 exercitum A. — R 2, 4 tunc atria fehlt A. — R 2, 5 Est sepultus et A. — R 3, 4 Quem detersit culmina A. — R 3, 5 dominica vota A. — A 3, 6 summa fehlt A. — In 3. Noct. A 1, 5 Sed non intrat B. — A 1, 6 fallax undus A. — R 1, 8 mtantes simul A. — R 1, 10 dictaverunt B. — R 2, 9 Ubi nunc miracula A. — R 2, 10 sunt fehlt A. — In Laud. A 1, 1 est fehlt A; a Deo ABC. — A 4, 5 tecum regnans A. — A 4, 6 In perennis gloriae A. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 5 regat tempora fehlt A. — Ibid. 7 caelibas A. — Hiezu de Hymnen: Laeto corde recolamus (Anal. IV, 234) und: Beata uobis gaudia (Anal. IV, 235).

#### 70. De sancto Sixto.

# In 1. Vesperis.

- In sanctis mirabilem, Pueri, laudate
   Deum, ut det stabilem Vitam, postulate.
- 2. Martyrum victoriam

  Laudent omnes gentes,

- Ad illorum gloriam, Christe, duc canentes.
- 3. Voce, voto sanctum Sixtum
  Cum suis sodalibus,
  Corde toto lauda Christum,
  Ut iungaris talibus.
- 4. Lauda Deum, qui sanavit Ex corde contritos,

- Dum hos sanctos liberavit Carne praepeditos.
- Eia, lauda et exsulta,
   O aula caelestis,
   En, sanctorum merces multa,
   Rex tuus est testis.

#### Ad Magnificat.

A. Vox matris ecclesiae
Solito sit suavior,
Dies plena gratiae
Adest luce clarior,
In qua praesul inclitus
Et Martyr insignis
Coronatur caelitus,
Iunctus Deo dignis,
Ergo, o beate beatorum,
Esto memor memorum tuorum.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Vitem veram, vitam meram Dantem suis testibus, Adoremus et laudemus Conformes caelestibus.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- Rosa de spinis nascitur, Dum Sixtus ex gentilibus Christicola efficitur, Miris fragrans virtutibus.
- 2. Urbis Romae papa factus
  Ut sidus resplenduit,
  In adversis nunquam fractus
  Vir totus apparuit.
- Rosa rubens rubricatur
   Roseo cruore,
   Dum vir sanctus decollatur
   Pro Christi amore.

## Responsoria.

 Sanctus iste, pie Christe, Fide fortis, nihil mortis Horruit supplicium,

- Stat pro lege et pro grege Tamquam murus, sic securus Per te vincens omnia,
- V. Exsultat de suppliciis Sicut de deliciis.
- 2. Ignis urens, Caesar furens
  Virum iustum spe robustum
  Potenter aggreditur,
  Modo ridet, modo stridet,
  Spondet opes et honores,
  Sed nequaquam flectitur,
- V. Torret per innumera Tormentorum genera.
- 3. Dulce granum moritur
  Per manus carnificum,
  Sed statim renascitur
  Ingens et magnificum,
  Dat odorem et saporem
  In terris mirificum,
- V. Scandit Sixtus impermixtus Ad regnum deificum.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Cum binis diaconibus
  Sixtus iugulatur,
  Post quos martyr eximius
  Laurentius assatur.
- Rubicundí qui sunt isti
   Et unde venerunt?
   Hi sunt, qui pro lege Christi
   Sanguinem fuderunt.
- 3. Vere, Christe, sanguis iste
  Tuorum fidelium
  Digne dignis fulget signis
  In coetu fidelium.

## Responsoria.

Planxit grex ecclesiae
 Pastorem lupis datum,
 Sed ovans laudat hodie
 In caelis sublimatum,
 Per Christum coronatum.

- V. O vere ter sanctum Quaterque beatum.
- 2. Datur porcis margarita,
  Cum morte multatur ita
  Paganorum manibus,
  Vir beatus, Deo gratus,
  Laniatur, trucidatur
  Impuris a canibus.
- V. Heu, caput orbis inclitum Efficitur spectaculum.
- 3. Sancte Sixte, martyr Christi,
  Vas virtutum tu fuisti,
  Vas lucis et gratiae,
  Vas, quod Deus fabricavit
  Et in caelis collocavit,
  Vas immensae gloriae;
- V. Tu per vitae poculum Debriasti saeculum, O decus ecclesiae.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- O quam mira, quam praeclara Sancti Sixti praemia, Sic sunt dira et amara Decii supplicia.
- 2. Pausat miles strenuus In regno sempiterno, Stridet Caesar impius Ardens in inferno.
- Iusta indignatio,
   Quod tortor cruciatur,
   Sic felix mutatio,
   Quod tortus consolatur.

## Responsoria.

- Martis aedem, immo sedem Satanae destruxit,
   In quo vide, quod in fide Velut sidus luxit,
- V. Virtutum flores et colores De fonte vitae suxit.

- 2. Ante Dei filium
  Florebit sicut lilium
  Iustitiae amator,
  Dans suae familiae
  Mensuram in tempore
  Ut prudens dispensator.
- V. Vere, Sixte, tu es iste, Qui cuncta tribuisti Pro amore Christi.
  - 3. Grandi privilegio
    Sixtus decoratur,
    De quo caeli regio
    Vernans illustratur,
    Per te, Sixte, Laurentius,
    Martyr praeclarissimus,
    Christo destinatur;
- V. O patrone Sixte bone, Funde preces pro devoto Tibi nunc collegio.

#### In Laudibus.

- 1. Vir beatus rursum natus
  Gaudet in domo Dei,
  Cernens, totum quod dat motum
  Universae rei.
- 2. Introivit hodie
  Papa Romanorum
  Et pugil ecclesiae
  In sancta sanctorum.
- Quod sitivit hic in via
   Athleta mirabilis,
   Quaerit manu morte pia,
   Est ergo laudabilis.
- 4. O amator hominum, Sixte, Dei care, Prece placa Dominum, Bene nosti quare.
- Laudate regem gloriae,
   Qui aufert auro scoriam,
   Cum per palmam victoriae
   Sixto confert gloriam.

#### Ad Benedictus.

A. Benedictus rex coelorum, Te commendat vox sanctorum Iubilando dulciter. Tibi omnis creatura Servit servans sua iura, Homo solus aliter: Non sic currit chorus iste, Sed te duce, sancte Sixte, Christum quaerat iugiter,

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat. A. Miles fortis saevae mortis Poenam spernens, vitam cernens In superna patria, Scandit mundus, rubicundus Pugil iste taus, Christe, Ad sanctorum atria: O patrone Sixte bone, Fac nos ire et venire Ad aeterna gaudia.

Brev. ms. Secoviense saec. 15. Cod. Graecen. 1548 A. - Brev. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Brixinen. s. n. B. — Brev. Kimense imp. Venetiis 1516. C. — In 1. Vesp. A 3, 1 Xystum A. — In 2. Noct. A 3, 4 coetu debilium A. — R 1, 1 rex ecclesiae A. — R 2, 7 caput urbis B. — Hiezu die beiden Hymnen Anal. XI Nr. 499 und 500.

#### 71. De sancto Sozomeno.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

1. Gloriosos laudemus milites, Sozomenum et eius socios, Viros olim in fide divites, Qua vicerunt conflictus varios. Sed nunc caeli transcendunt limites Super thronos locati regios.

- 2. Epiphanius inclitus, Christi cultor praecipuus, Trecenteni exercitus Dux fuit armis strenuus.
- 3. Non mortis formidine Fidem occultabat, Sed secreto flamine Suos informabat.
- 4. Edixit Maximianus Furia commotus, Ut populus Christianus Interiret totus.

- 5. Regis saevum edictum audiens, Suos adit pie praemuniens Et in fide verbi erudiens.
- R. Odio furens crudelis Rex opponit servos Christi Adversariorum telis, Nec laeduntur plaga tristi,
- V. Sed dum vota spondent fidelia, Sternunt pauci quam plura milia

Ad Magnificat.

A. Constantiam fortium militum Decantemus pia laetitia, Qui per fidem regis imperium Contemnentes quam plura milia Facto voto vicerunt hostium,

Sola Christi freta potentia.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Trinum et unum Dominum
Toto laudemus studio,
Quo vim pressit certaminum
Sozomenus in stadio.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Mundum calcans viriliter
  Sozomenus cum sociis
  Adhaerent Christo fortiter
  Sacris intenti studiis.
- Rex aeternae gloriae
   Quos intus allexit,
   Pugnantes in acie
   Ad alta provexit.
- 3. Et hi dum certaminis
  Nocens onus portant,
  Plausu sacri carminis
  Animos confortant.

## Responsoria.

- 1. Gaudiosum
  Christo spectaculum
  Et stupendum
  mundo miraculum
  Praestant sancti,
  dum crucis titulum
  Praeferentes
  calcant periculum;
- V. In cursus stadio
  devincunt saeculum
  Ac pio studio
  convertunt populum.
- 2. Nova bella
  elegit Dominus
  Hostem, mundum,
  carnem subicere,
  Horum labem
  fugavit eminus
  Sozomenus
  divino munere;
  Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

- V. Artam vitam
  dum studet agere,
  Dona caeli
  meretur capere.
- 3. Martyrium
  dum Epiphanius
  Subit, brevi
  pugnavit proelio,
  Sozomenus
  vivens diutius
  Graviori
  certavit taedio;
- V. In deserto
  fame ac frigore
  Aestus isti
  prolixo tempore.

## In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Egit vitam monasticam
  Sozomenus cum sociis
  Puritatemque caelicam
  Acquirens exercitus.
- 2. Rore caeli
  caro contabuit,
  Arto cibo
  corpus refriguit,
  Sic cupido
  prorsus exaruit.
- 3. Orat Christum frequentius

  Non tentus stratis requie,

  Meditatur devotius

  Carne defecta macie.

- 1. Solitudo
  deserti squalida
  Dat pabula
  monachis arida,
  Sed spiritus
  est esca sapida
  Luxque menti
  infusa splendida.
- V. O deserti regio florida

- Et caelesti gratia rorida!
- 2. Laetus in solitudine Sozomenus certamina Vicit mansuetudine Devota canens carmina,
- V. Iesu Christi suffultus gratia Superavit diversa proelia.
- 3. Mira refulsit gratia Sozomenus, quem colimus Cum contione socia, Quos nec locus asperrimus Terruit nec inedia, Vicit nec labor plurimus;
- V. Et baec vera est innocentia, Quam non urit concupiscentia.

## In 3, Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Aestuavit nimis Cum vehementia Suspirans in imis Ad caeli gaudia.
- 2. Transeuntes fugiens Mundi vanitates, Floruit subiciens Carnis volup'ates.
- 3. Caeli vitam peragit Sanctis se conformans, Ad maiora satagit Socios informans.

## Responsoria.

1. Iusti clare tunc fama resonat Sozomeni, dum calcat saeculum, Nunc de caelo clarius intonat Miris signis consolans populum; V. Praefulsit velut speculum Dissolvens mundi vinculum.

- 2. Rectae vitae doctorem praeferunt Sozomenum Vason, Agapius, Galasion, Aristus, referunt Ex hoc fructum salutis plenius,
- V. Intendentes huic magisterio Profecerunt virtutis studio.
- 3. Dux Sozomenus paucorum Factus dum auxit merita, Effulsit lux plurimorum In veritatis semita; Iam nunc in regno caelorum Praemia sumit debita.
- V. Vir insignis vim laborum Virtute vicit inclita, Nunc concivis angelorum Fulget corona reddita.

## In Laudibus.

- 1. Constanter agens militum Christi fidelis contio, Labore quaerens meritum Iam fulget fruens praemio.
- 2. Artam viam tenuit, Quae ducit ad caelum, Vir sanctus vero timuit Inimici telum.
- 3. Doctrinam catholicam Docens praedicando Demonstravit caelicam Viam operando.
- 4. Gloriam Sozomenus Obtinet in caelis, Meritis nullatenus Cesset laus fidelis.
- 5. Laudes cantet devotius Coetus clericorum. Ut prosequatur promptius Turba ceterorum.

#### Ad Benedictus.

A. O vir sanctus
celsique meriti,
Sozomene
cum tuis sociis
Suffragii
fer opem soliti,
Ut aeternis
fruamur praemiis.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Christe elementissime,
Precibus sanctorum,
Quos laudamus, reprime
Bella vitiorum,
Ut fulgentes animae

Ut fulgentes animae
Claritate morum,
Sint consortes intime
Lucis beatorum.

Brev. ms. S. Sepulcri saec. <sup>14</sup>/<sub>15</sub>. Cod. Parmen. Palat. 186. — In 1. Vesp. R, 4 tristi plaga. — In 1. Noct. A, 3, 2 Nucens. — R 1, 4 mundum. — In 2. Noct. A 2, 5 cupito. — R 1, 2 scalido. — In 3. Noct. R 3, 3 lux plurium. — In Laud. A 1, 2 felix concio. — Ad Bened. 2 celique meriti. — Ibid. 7 Ut fehlt. — Hiezu die Hymnen Anal. XXII, Nr. 435—437.

## 72. De sancto Stephano.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Confessor Christi Stephane,
Gentis tuae preces suscipe,
Ut per te inveniat
gratiam Christi
Cui contulisti
lumen fidei

## Ad Magnificat.

A. Ave beate rex Stephane,
Inclita spes gentis tuae,
Ave, doctor et apostole,
Credulitatis nostrae,
Ave, speculum sanctitatis
et iustitiae,
Per te Christo credidimus,
Per te in Christo salvemur,
Ora pro populo,
Interveni pro clero,
Ut nullus de tuis
Praeda fiat hostis.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem regum venerantes Adoremus Dominum, Qui in caelis coronavit Sanctum regem Stephanum.

# In 1. Nocturno.

- Adest festum venerandum Sancti regis Stephani, Multa laude celebrandum Omni die saeculi, Gaudeant, qui sunt heredes Per hunc facti Domini Et sanctorum coheredes Meruerunt fieri.
- Iste sanctus praedicator
   Hungarorum primitus
   Christianae legislator
   Factus est divinitus,
   Pro binis tradens bis bina
   Duplicato pretio
   Vel pro quinque dans bis quina
   Reportando Domino.
- 3. Mundi reges moriendo
  Regno finem faciunt,
  Qui, ut sibi celsitudo
  Regni, regno pereunt,
  Sed hic sanctus terminando
  Terrenam potentiam,

Sumpsit regnum inchoando Sempiternam gloriam.

#### Responsoria.

- Iam cum caelos ascendisset
   Nostra salus Dominus
   Atque suis transmisisset
   Dona sancti spiritus,
   Repleverunt partes mundi
   Duodeni proceres
   Seminantes verbum Dei
- Ad salvandos homines;
  V. In omnem apostolorum
  Terram sonus exiit,
  Et in fines orbis terrae
  Verbum horum prodiit.
- 2. Gaudebat ergo praecone
  Suo quaeque regio,
  Et grates pro tanto dono
  Referebat Domino;

Restabat Panoniorum Plebs sine consilio, Clausa tenebris errorum

In mundi naufragio,

V. Et dum cresceret in orbe

Fidei religio,

Et credentes puro corde Nascerentur denuo.

3. Genti autem devianti
Per mortis illecebras
Et procaciter amanti
Caecitatis tenebras
Ideo differebatur
Salutis praeconium,
Ut post moras assequatur
Maius beneficium;

V. Ore namque doctor quanto
Datur illi serior,
Dono Dei missus tanto
Venit excellentior.

## In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

1. Valde felix es dicenda A cunctis, Pannonia, Erumpe nunc laetabunda In Dei praeconia. Qui tibi non praeceptorem De plebe discipulum. Sed regem praedicatorem Misit et apostolum.

- 2. Nam ut Attila sub rege
  Ungarorum populus
  Tyrannidis lata lege
  Saeviit incredulus,
  Sic sub Stephano regnante
  Vertitur crudelitas,
  Quo figura transmutante
  Formatur credulitas.
- 3. Dudum namque desolatam
  Dominus Hungariam
  Penitusque nullo datam
  Praedicatum perviam
  Per hunc sanctum evocavit
  Ad baptismi gratiam
  Et cum suis heredavit
  Dans caelorum patriam.

## Responsoria.

- Geysae namque, duci sancto, Sanctus puer nascitur, Qui divina matris ventre Gratia perfunditur Et Stephano praemonstrante, Qui post Christum passus est, Sat quam nasceretur ante Stephanus vocatus est.
- V. Iste Deo se devovit
   Ab adulescentia
   Nilque lubricum cognovit
   Ipsius infantia.
- 2. Sed cum iuventutis metas
  Sanctus primum posuit,
  Atque iam virilis aetas
  In eo invaluit,
  Ex tunc factus est famosus
  Eximiis laudibus.
  In bellis victoriosus,
  Prudens et fortissimus;

V. Sub mundanîs armis Dei Mîles erat strenuus,

- Nam in bonis erat ei Affectus praecipuus.
- 3. Corde Deo credens erat,
  Quod monstrabat opere,
  Omnibus sufficiebat
  Ipse solus munere,
  Rex erat et praedicator,
  Dupla dans stipendia,
  Unde corpore praeceptor
  Gauderet et anima;
- V. In divinis studiosus
  Vir fuit operibus,
  Forma quidem speciosus,
  Magis tamen moribus.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Vir beatus pardum nempe
  Fert ad caulas ovium
  Et leonem ad praesaepe
  Bovis ferocissimum,
  Nam minis, precibus, donis
  Terret, mulcet, incitat
  Pravos, mites, vanos, bonis
  Christi quos deificat.
- 2. Si plebs ista suscepisset
  Alium discipulum,
  Forsitan ei misisset
  Deus quendam alium,
  Sed rebellis gens et fortis,
  Gens grandis audaciae,
  Per eiusdem virum sortis
  Fuit danda gratiae.
- 3. Magnus Samson ad domandum
  Leonem immittitur,
  Hungaris ad praedicandum
  Rex fortis eligitur,
  Ex leonis fauce mellis
  Favus gratus nascitur,
  Ex Hungari ore dulcis

# Deo laus exprimitur. Responsoria.

1. Inter cetera laudanda Virtutis insignia

- Patientiae miranda
  Fuit illi gratia,
  Emonstrat quod depilata
  Pauperum protervia
  Eius barba, dum collata
  Sunt his beneficia;
- V. Et ille tunc fuit laetus
  Dare Deo gratias,
  Pro quo dignus est inventus
  Pati contumelias.
- 2. Nobilis stirpe rex sanctus,
  Sed fide nobilior,
  Caritate roboratus
  Et spei non immemor,
  Postquam cursum consummavit
  Praesens spernens saeculum,
  Iesu Christo commendavit
  Gloriosum spiritum,
  Offerunt quem ad superna
  Angelorum agmina,
  Regnaturum in aeterna
  Beatorum patria;
- V. Rege sibi pro sublato
  Pii maerent Hungari,
  Sed collega pro collato
  Cives gaudent caelici.

# In Laudibus.

- Scandit sanctus alta caeli Stephanus palatia,
   E parentis sorte primi Sublatus occidua.
- 2. Hinc exsultat in excelso
  Caelestis militia
  Et collega pro suscepto
  Deo reddit cantica.
- 3. O condicio miranda
  et felix per omnia,
  Cum a regno fit ad regna
  transitus caelestia,
  Cum bonis continuantur
  terrenis caelestia.
- 4. Pauperes dono iuvabat Nunc pecuniario,

Nunc hos evangelizabat Salutis adloquio.

5. Sapienter dispensare
Norat donum Domini
Et mensuram erogare
Pro tempore tritici.

Ad Benedictus.

 A. O miranda potentia Salvatoris, In meritis beati Stephani, Regis et confessoris, Qui apud Deum et homines Dignus memoria, Cum sanctis tripudiat In gloria.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Sanctissimus rex Stephanus,
Hungarorum apostolus,
Signis et virtutibus
Cotidie
Declaratur caelitus,
Ut nos muniat
A malis omnibus.

Brev, ms. Waradinense anni 1460. Cod. Vatican. 8247. A. — Brev. ms. Strigoniense saec. 15. Cod. Parisin. 8879. B. — Brev. ms. Albense anni 1489. Cod. Mus. Hungarici s. n. C. — Brev. ms. Albense saec. 15. Cod. Lambacen. LXXXIX. D. — Brev. ms. Albense saec. 15. Cod. Liechtenstein I 4. 12. E. — Brev. ms. Strigoniense saec. 15. Cod. Palat. Vindobonen. 1829. F. — Brev. Zagrabiense imp. Venetiis 1505. G. — Brev. Paulinorum imp. Venetiis 1540. H. — Brev. Martinsbergense imp. Venetiis 1519. I.

Auch in Antiph. ms. Cepusiense saec. 15. Cod. Capit. Cepusien. s. n — Antiph. Posoniense anni 1488. Cod. Capit. Posonien. 3. — Brev. ms. Hungaricum saec. 15. Cod. Comitis Battyany in Gyula-Fehervary Ms. IV, 5.

In 1. Vesp. Super Ps. A, 5 Cui promisisti A. — DG haben 5 AA super Ps: 1. Adest festum venerandum etc. die sechs ersten Verse; 2. Iste sanctus praedicator etc.; 3. Confessor Christi Stephane etc.; 4. Sancte rex Stephane confessor etc.; 5. Sapienter dispensare etc. — A hat in der 1. Vesp. folgendes Resp.:

R. Exora, dilecte Dei Stephane,
Pro nobis miseris,
Ut qui sumus pro culpis
Dandi supplicio,
Per te iungi mereamur
Iustorum consortio;

V. Dissimiles tibi moribus Laudamus te vocibus, Adiuva nos tuis precibus,

An gleicher Stelle bietet D: Corde Deo credens erat, wobei es noch die Doxologie anfügt:

Ipsi doxa patri Deo, eius quoque filio Pariterque coaeterno flamini paraclito.

Ad Matut. Das Invitatorium ist gleichfalls ein anderes in D:

Convenientes in unum iubilemus Domino, In quo regnat coronatus gemma regum, Stephanus.

Ein drittes Invitatorium bietet C:

Regem regum venerantes sollemni tripudio Veste amicti gaudentes iubilemus Domino, Qui hodie sublimavit sanctum suum Stephanum Et in caelo coronato dans caeleste pracmium.

In den Noct. sind AA und RR prosaisch DG. — In 1. Noct. A 2, 2 Hungarorum fuit primus A. — R 1, 10 exivit F. — R 2, 12 Nasceretur F. — R 3, 10 Dator B. — In 2. Noct. A 1, 1 est F. — A 2, 6 credulitas F. —

R 3, 7 hereditavit F. — R 1, 6 Qui propter F. — B 1, 7 Sacer quam nasceretur F; Sed antequam nasceretur A. — In 3. Noct. A 1, 5 Nam nimis B; 5 et donis F. — A 1, 7 mites fehlt F; zusammenzuordnen sind: minis terret pravos, precibus mulcet mites, donis incitat vanos. — A 2, 7 Per eiusdem fehlt F. — R 1, 9 Et ille non fuit lentus C, — R 2, 7 Christo fehlt F; commendantum F. — R 2, 16 gaudent angeliei F; dies Responsorium zeigt schon durch seine größere Ausdehnung, daß es das Schluß-Responsorium ist; CI haben als 9. R:

R. Regia urbs Alba, gaude,
Tanto digna principe,
Decorata quidem laude
Re simul et nomine,
Eo quod tam pretiosi
Corporis egregium
Possidere meruisti
Felix facta pretium.
V. Gloriosa dicta sunt de te,
civitas Domini.

In Laud. Ad Bened. A Sanctissimus rex Stephanus etc. A. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 1 Gloriosus rex F. — Statt dieser A setzen DG:

Prece pia, decus Hungariae, Thronum nobis placa clementiae, Ut possimus purgata carie Cives esse caelestis patriae.

A hat an gleicher Stelle eine Antiphon in Reimprosa:

Gloriosus
Cultor Dei, rex Stephanus,
Hungarorum doctor egregius,
Ferocitatem gentium
Perdomuit, mores crudelium
Superavit,
Victor in Christo populum
Acceptabilem Domino
Praeparavit.

Es braucht wohl nicht bemerkt zu werden, dass Antiphonen und Responsorien der Nokturnen aus einer Feder stammen, die anderen Teile älteren Officien entnommen scheinen. — Hymnen: Gaude mater Hungaria ADF (Anal. IV, 238); Gaudent caeli nova luce BF (Anal. IV, 239).

#### 73. De sancta Thecla.

# In 1. Vesperis.

- Tecum, Thecla, splendor manet
   Et virginitatis lilium,
   Quod sponsum serves
   Aeterni patris filium.
- 2. Summam Christi praeelectam
  Turrim fortitudinis,
  Vocem Pauli in reflexam
  Mirae beatitudinis
  Audet sequi virgo, viri
  Facta velut comparis.
- 3. Res miranda, fit repente
  Fragile corpusculum
  Excellenti tam virtute,
  Ut ferre possit vasculum
  Crucis Christi, quod a morte
  Hoc redemit saeculum.
- Fit virens virga vigens virgo, Irriga ex praeconio Summi Christi Pauli missi Docentis in Iconio.
- Non terretur sed iam terit
   Minas haec proconsulis,
   Non exaudit, sed obaudit
   Mortalis preces culminis,

In hoc tendit, quod ostendit, Doctor veri numinis.

#### Ad Magnificat.

A. Angelorum ordines sancti
Virginumque chori
Omnisque caeli
Turba fidelis
Summis exsultet gaudiis,
Quod hodie
Virgo haec summi regis
Thalami secreta
Meruit constans
Scandere Thecla.

#### Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Qui coronat in aeternum Theclam, regem virginum Adoremus, collaudemus, Iam venite, exsultemus.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- O quam admirabile
   Manet in memoria.
   Nomen tuum, Domine,
   Huius in victoria
   Sanctae Theclae, quam hac die
   Coronasti gloria.
- 2. Tu egressus summo caelo
  Mentem eius subintrasti,
  Tamquam sponsus vero zelo
  Tu cor eius confirmasti,
  Ut nec minis nec a telo
  Moveatur hominum.
- 3. Mundo corde, mente lura,
  Innocens haec manibus
  Sine sorde mundi dura
  Sanctis calcans pedibus,
  Montem [Dei] Thecla scandit,
  Verum ubi Deum cernit
  Angelorum sedibus.

- 1. Intrat secreta
  Repente virginis
  Spiritu sancto
  Cooperante
  Pauli doctrina sancta,
  Qua summi numinis
  Virginum docet
  Corpora laudi,
- V. In sancti ergo
  Ardorem flaminis
  Incipiunt
  Viscera claudi
  Theclae hac domo
  Capta divi hominis
  Doctrina sancta.
- 2. Mens virginea,
  Fide purpurea
  Rapitur, ecce,
  In aethera sursum,
  Deserit devia,
  Ut tollat praemia
  Laudis aeternae
  Post vitae cursum.
- V. Mater irata Increpat acta Acriter item, Sed virgo rursum.
- 3. Mira constantia
  Pectoris alti,
  Mira potentia
  Flaminis almi,
  Quod nequit homo,
  Nec minae valent
  Virginis ratum
  Pervertere sensum.
- V. Non dira vincula,
  Non carceris horror
  Hanc suo coepto
  Solvere valent,
  Sed tanta succrescit
  Caritas ingens
  Tantaque fide
  Viscera calent.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Diffusa est in labiis
  Huius almae virginis
  Spiritus sancti gratia,
  Quam a domibus eburneis
  Praeclarum nomen martyris
  Evexit in caelestia.
- Adiuvit Theclam Dominus Mane diluculo, Quam triumphantem fortius Transmisit ex hoc saeculo.
- 3. Sprevit minas et dolores
  Virgo Thecla iudicum,
  Quod videntes admirati,
  Conturbati et commoti
  Sunt in spiritu cordium.

## Responsoria.

- 1. Inter flammas iudicata
  Collaudabat Dominum
  Sancta virgo immutata
  Aeternum spectans praemium,
- V. Ibat virgo laeta fronte
   Mortis in exsilium,
   Non expavens, sed contemnens
   Iudicis supplicium.
- 2. Orante Paulo inter flammas
  Fit illaesa Domino
  Laudes agens et exsultans
  Dulci canens cantico,
- V. Ignis cedit, turba fugit, Virgo manet et profudit Pre ces coram Domino.
- 3. Circu mtonsa caput optimum Sequitur ministra Paulum Non pavefacta virgo Virilem sumere togam,
- V. Certanti se contra manus Iniecit triumphata viro, Virgineum custodire pectus, Obiecit ausa sese pudica tyranno.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Adoremus Dominum
  In sancto eius atrio,
  In honore et gloria
  Qui tropaea virginum
  Exsultans in martyrio
  Iudicat in saecula,
- 2. Deus noster qui conservat
  Sanctum corpus humile,
  In hostes Theclae qui decertat
  Ad triumphum nobile
  Exsultet terra, canat, plaudat,
  Et laetentur insulae.
- 3. Almam Theclam dextra Dei Et sanctum eius brachium Salvam fecit, qui dedit ei Suorum palmam hostium.

- 1. O admirabilis potentia
  Summi regis gloriae,
  Qui in sexus impotentia
  Triumphum dat victoriae,
  Fides lucis Theclae dulcis
  Vincit saevam rabiem
  Leaenae trucis, signum crucis
  Donat ei requiem,
- V. Fit immota virgo tota,
  A tauris haec immanibus
  Non offensa, sed defensa
  Fuit a faucibus.
- 2. Consummatur res miranda
  Sexu in hoc fragili,
  Dei virtus, quod horrenda
  Monstra sprevit saeculi,
  Qui decepit matrem primam,
  Anguis victus virgine
  Languet intus, petens imam
  Sedem in voragine.
- V. Doloratur et tremescit Victus hostis hominum, Lamentatur, ingemiscit His triumphis virginum.

## In Laudibus.

Antiphonae.

- Decorem indutus Dominus
   Accinctus est potentia,
   Dextris patris caelitus
   Sedens in caelestia
   Theclae caput exaltavit
   Inter sancta gaudia.
- 2. Collocavit Dominus
  Theclam in principibus
  Eius sancti gaudii,
  Laetis ergo mentibus
  Canamus eius populus
  Laudes Dei filii.
- 3. Pax est facta in virtute
  Huius almae virginis,
  Quae aeternae suae vitae
  Sitivit Deum luminis.
- Deo nostro omnes sancti Benedicant spiritus, Qui urbem ab hostibus Theclae decertantibus Custodivit Dominus.

5. In te nobis benedicat
Tuis Deus filiis,
Virgo sancta, quae exsultas
Coram ipso gaudiis,
Quo oramus nos perducas
In caelorum gloriis.

#### Ad Benedictus.

A. Ave, virgo, flos decoris,
Martyr Dei, Thecla, choris
Copulata spirituum
Beatorum, tuae laudi
Qui instamus, nos exaudi,
Ducas nos ad Dominum.

## Ad Magnificat.

A. Angelorum in excelsis
Ac sanctorum militum
Chori gaudent, nos in terris
Sanctum epithalamium
Adplaudamus Theclae thoris
Sanctarum sponso virginum.

Cod. Oenipontan. 783 anni 1480. — In 1. Vesp. A 2, 3 inflexam. — A 3, 5 a morte tristi. — Ad Matut: Das Invitatorium ist verändert in:

Qui coronat in aeternum Theelam protomartyrem, Virginum regem adoremus, venite exsultemus.

In 1. Noct. A 2, 5 nec a minis. — A 3, 5 scandit Theela. — In 2. Noct. A 2, 1 Adiuvavit. — In 3. Noct. A 1, 2 atrio eius. — In Laud. A 5, 5 Quo et gramus. — Ad Bened. A, 5 nos fehlt. — Die Hymnen siehe Anal. IV, Nr. 456-458.

#### 74. De sancto Theobaldo.

# In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Mente pura, corde mundo Resonemus et iucundo In hoc festo, quo beatus Est Theobaldus coronatus.
- R. Gloriose Theobalde,
  Gemma confessorum,
  Te devote petit valde
  Vox peregrinorum,

Sua vota praesentari Te donante et notari In aula caelorum,

V. Ubi digne sublimatus Noster manes advocatus.

## Ad Magnificat.

A. O praeclare confessorum
Gemma, Theobalde,
Fac amare viam morum,
Te precamur valde.

#### In Laudibus.

Ad Benedictus.

A. Pretiosum tunc erexit
Christus cornu, dum prospexit
Ad Pineti moenia
Tanta per exenia,
Theobaldi varias
Ibi dans reliquias.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Dulcis, mitis et benigne,
Serve bone, Deo digne,
Theobalde, nunc memento,
Quo labore, quo tormento
Regnum Christi meruisti;
Tua prece nos dignare
Iesu Christo commendare.

Brev. Basileense imp. s. l. 1478. — Das übrige Officium de communi. Es scheinen aber diese in dem Basler Brevier erhaltenen Teile die Trümmer eines vollständigen Officiums zu sein. Wahrscheinlich entstammt demselben auch die A und das Invit., welches Cod. Colonien. 28. saec. 15 bietet:

A. Optime decertans pro Christo principe miles
Theobaldus superum promeruit bravium.
Hicque triumphato feliciter hoste maligno
Gaudet collegio digniter angelico.
Propterea cuncti modulantes vocibus odas
Dicamus cuncti: Gloria, Christe, tibi.

Invit. Adoretur flos Mariae,
Rex caelestis curiae,
Qui militem suum Theobaldum
Ab armis sublevavit ad caelum.

Dieselbe Quelle hat uns auch eine Strophe aus einem Hymnus auf den Heiligen erhalten: Item versus hymni:

> Plus currit in certamine Confessor iste sustinens, Quam martyr ictus sufferens, Mucrone fundens sanguinem.

#### 75. De sancto Theodolo.

In 1. Vesperis.

- 1. Illustris civitas
  Subiacet Alpibus,
  Cuius amoenitas
  Accolis omnibus
  Grata videtur.
- 2. Hanc Sedunum ore pari Iudicavit appellari Patrum definitio.
- 3. Postquam occubuit
  Praesul, quem habuit,
  Dono caelestis gratiae
  Sedunensis ecclesiae
  Curam sumpsit Theodolus.

- 4. Iure Christi
   praefertur ovibus
  Gubernator,
   qui dum virtutibus
  Coruscat et miraculis,
  Suis vilescit oculis.
- 5. Curam gerens ovium
  Lumen subtus modium,
  Quod flagrabat in pectore,
  Non occultas, Theodole.
- R. Qui tibi, Theodole,
  celebri famulantur honore,
  Qui tibi multimodas
  impendunt carminis odas,
  Secretum cordis
  mundes a pulvere sordis,

V. Ut eorum tibi gratus Habeatur famulatus, Congeriem immanium Procul repellas sordium.

#### Ad Magnificat.

A. Magnificum antistitem,
Cui gladium ancipitem
Propter incursus hostium
Commisit rector omnium,
Magnificemus.

#### Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Adoremus Christum regem, Quo donante suum gregem Sanctus rexit Theodolus.

#### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Fructuosae arbori
   Felicis Theodoli
   Sermo vivus et utilis
   Fertur esse consimilis.
- Huius mundi blandimenta Per ipsius documenta Tamquam veneni poculum Liquet sprevisse saeculum.
- 3. Pastor non mercenarius Irrigabat propensius Sermonum eloquio Corda pio studio.

## Responsoria.

1. Universae
fines Burgundiae,
Deo laudes
solvatis hodie,
Per quem regnat
in caeli solio
Praesul noster,
felix Burgundio,
Theodolus.

- V. Plantatus est
  in domo Domini,
  Sociatus
  sanctorum agmini,
  Patri, nato
  sanctoque flamini
  Semper praesens.
- 2. Fama velox
  ocius alite,
  Cursum agens
  directo tramite,
  Seriatam
  vitam Theodoli
  In conspectu
  denudat Karoli,
- V. Ut honoris ad apicem Suum Deus pontificem Promoyeret per indicem Effectum.
- 3. Imperator
  illustris Karolus,
  Quem rex orci
  nequam et subdolus
  Turpi vinctum
  tenebat crimine,
  Liberatur
  sancti iuvamine
  Theodoli,
- V. Dum in quodam concilio Dolore tactus nimio Precum sibi suffragio Subveniri postulat.

# In 2. Nocturno.

- 1. Pro quantitate criminis, Quod erat expers nominis, Visum aeterni luminis Amiserat.
- Pudebat eum promere, Quo laesus esset vulnere, Nulli volens detegere Culpam.

3. Authenticis praesulibus Profitetur gemitibus, Suspiriis et fletibus Sui dolorem animi.

Responsoria.

- 1. Sancti patres
   affectu patrio
  Adhibentes
   medelam saucio
  Blande fovent
   piis sermonibus
  Pro commissis
   tristem excessibus;
- V. Demum quidam antistites
  Ad loquendum praecipites
  Videri volunt divites
  Consolando.
- 2. Decem missas
  quidam aut amplius,
  Vel viginti
  loquentes ditius,
  Seu triginta
  promittunt propere
  Pro sanando
  letali vulnere;
- V. Praesul noster inclitus, Humilis et tacitus,
   Nihil est pollicitus
   Sed alii.
- 3. Non latebit civitas
  Supra montem posita
  Neque iusti sanctitas
  Hactenus abscondita;
  Rex inquirit Karolus,
  Quot missas Theodolus
  Celebrare debeat.
- V. Crimen inanis gloriae
   Devitans et iactantiae
   Nutu caelestis gratiae:
   Solam, inquit, cantabo.

## In 3. Nocturno.

Antiphonae.

1. Hoc audito circumstantes, De se magna suspicantes,

- Habent quasi despectui Doni virum exigui.
- 2. Arrogantes et elati Coram rege congregati Propter munus exiguum Parvipendunt innocuum.
- Reputatur idiota, Cuius Deo mens devota, Quod obtinere nititur, Indelate consequitur,

- 1. Prosperante
  Dei clementia
  Sunt reversi
  patres ad propria
  Missarumque
  constricti debito
  Iubent solvi,
  quod debent, subdito,
- V. Si quis forte sacerdotum, Quod non erat cuiquam notum, Regem ferret ad devotum Revelante Domino.
- 2. Unus Deus
  et simplex unitas,
  Quod per partes
  nequit pluralitas
  Obtinere,
  de lapsu Karoli
  Manifestat
  voto Theodoli;
- V. Fusa prece pro peccato Praeter usum perpetrato Regi valde conturbato Condonatur.
- 3. Per virtutem
  superni numinis
  Modum plene
  cognoscens criminis
  Regi refert
  ipsius ordinem,
  Seriatim
  narrans originem;

V. Inde quaedam exenia, Consulatum, regalia, Praefecturam et alia Suscepit.

In Laudibus.

Antiphonae.

- Thebaeorum legio
   Detruncata gladio
   Cum Christo regnat in caelis.
- Ossa cuius Deo grata Iacuerunt inhumata Diu nudo sub aere.
- 3. Hinc in caelesti curia Fit grandis querimonia Sub altare Dei.
- 4. Propter causam huius rei Revelatur servo Dei Caeleste consilium.
- 5. Felix praesul divinitus Evidenter admonitus Tobiam imitatur.

Ad Benedictus.

A. Die praesul hodierna
Nexu liber saeculi,
Arce sedens in superna,
Dele culpam populi,
Ut nos solvat a peccatis
Fracta mole criminum,
More tuae pietatis
Deprecare Dominum.

Ad Magnificat.

A. Ossa legens beatorum Legionis Thebaeorum Agauno clauso rupibus Sacris locasti manibus, Summe praesul Theodole.

Alia Antiphona.

A. O gloriose pontifex,
 Tuis devotus opifex,
 Conserva nos a grandine,
 A gelu et a fulgure,
 Ut ubertate fructuum
 Lauderis in perpetuum.

Brev. ms. Agaunense saec. 13. Cod. Londinen. Add. 1543. A. — Antiph. ms. Sedunense anni 1317. Cod. Valerian. s. n. B. — Antiph. ms. Sedunense anni 1319. Cod. Valerian. s. n. C. — Brev. ms. saec. 14. Cod. Palat. Vindobonen. 13 420. D. — Antiph. ms. S. Vincentii Bernen. saec. 15. Cod. Staviacen. s. n. E. — Brev. Sedunense imp. Basileae 1497. F. — Brev. Gebennense imp. Gebennae 1479. G. — Brev. Lausanense imp. Gebennae 1509. H. — Brev. S. Petri Gebennen. imp. Gebennae 1556. I. — In 1. Ves p. Beginnen mit der A ad Magn. FG, mit dem Invit. I; die AA stehen in der 2. Vesp. F, das R ebenda FG. — A 2, 2 Iudicatur D. — A 3, 2 Praesul fehlt D. — A 4, 2 praefertur omnibus D. — B, 6 mundet D. — Ibid. 10 repellit D. — In 1. Noct. A 3, 1 Pastor nos H. — R 1, 10 est fehlt H. — R 1, 12 Sauciatus H. — R 2, 10 Deus suum H. — In 2. Noct. A 1, 1 qualitate H. — A 2, 1 eum proxime D. — R 1, 2 effectu proprio G. — R 1, 8 tristis D. — R 2, 11 Nil H. — In 3. Noct. A 1, 3 Hunc quasi D. — A 2, 4 innoxium D. — A 3, 1 Reputatus D. — R 1, 1 Properate H. — R 2, 10 fehlt H. — R 2, 11 perturbato H. — Ad Bened. A, 5 sqq. fehlen D. — In 2. Vesp. Super Ps. A Curam gerens ovium etc. H. — Zu der A O gloriose pontifex hat F die Rubrik: Dictur bis. — Hymnen: ad Vesp. et Noct.: Chorus caelestis curiae (Mone III, 516); ad Laudes: Celsitudo sublimium (Mone l. c.).

#### 76. De sancto Theodorico.

#### In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- 1. Theos unum sic et trinum,
  Deum verum condivinum
  Hunc laudate per omnia.
- 2. Oramus cum sacerdote Theodorico devote Passo in Antiochia.
- 3. Deus, ipsum qui respexit, In patronum hunc transvexit Ad chorum in Usecia.
- 4. Ritus Dei nominatus Sanctus iste comprobatus In passionis gloria.
- Custoditor Dei dictus,
   Deum sciens est condictus
   Hic sanctus Theodoricus.
- R. Triumphantem hierarchiam
  Hic praesentat per sophiam
  In hunc fusam per Messiam,
  Dum mens eius per Eliam
  Est ad caeli harmoniam;
  Regnum mundi abdicavit,
  Hymnum Deo decantavit,
  Clare dum sic enarravit:
  Volo pati, tunc se stravit
  Sanctam propter symphoniam;

V. Albus corde candidatus,
Laetabundus, Deo gratus,
Bonitatis fonte natus
In sanctorum coetum datus.

## Ad Magnificat.

A. Magnificat te Dominum
Cor, vox et sensus hominum
In hoc sacrosancto die,
De quo iubilemus pie,
Exsultemus, festum demus
Et in caelum resonemus,
Deo laudem decantemus,
Ut patris huius patria

Det caeli nobis atria, Unum trinum adoremus.

#### Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Templum hoc ingredientes Deum et recognoscentes In caelo vitam sentiant.

#### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Beatus vir, qui non abiit In concilio impiorum, Hic seminare exiit Fidem Christi filiorum.
- 2. Quare fremuerunt gentes, Quae hunc sanctum accusarunt? Reges terrae nam praesentes Propter fidem condemnarunt.
- 3. Domine, quid multiplicant
  Huic sancto insurgentes,
  Turbati remultiplicant
  Sic in ipsum saevientes.

- Virtutibus nobilior, Nobili virtuosior, Coruscans est et clarior In prodigiis et signis,
- V. Nobilior, virtute prior sanctus Theodoricus,
- 2. Christi fidem praedicavit, Christi nomen dilatavit, Cur hunc tortor carceravit In latebris pessimis;
- V. Laus pia verba Dei sunt haec sancti Theodorici.
- 3. Post hoc ipsum fustigarunt,
  Caesum virgis reportarunt
  Tamquam pravo reclamarunt
  Morituro in torculo;
- V. Gloria donatur sancto caeli Theodorico.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Cum invocarem super me Vultus Dei verum lumen, Transcendit verum tunc in me Spiritus Domini numen.
- Verba mea tunc percipit
   Deus in excelso caelo,
   Dum caro mortem suscipit,
   Mors afflicta ensis telo.
- 3. Domine, Dominus noster,
  Christianum praebe scutum,
  Qui es conservator noster,
  Dona regnum caeli tutum.

#### Responsoria.

- Protomartyr Iuliani, Abdicati Christiani, Docet fidem Tiposani, Qui pendet in eculeo.
- V. Vincimus iniquum sic sanctum per Theodoricum.
- Octo pedum ultra vires
   Membrorum traxerunt vires,
   Nec in hoc amittit vires,
   Nam Christus reformat vires;
- V. Exora sancte pro viribus o Theodorice.
- 3. Poenas hinc reiteravit,
  Ferro carnem laceravit,
  Ardens lampas tormentavit,
  Nam se signat signo crucis;
- V. De poenis sancto salvemur cum Theodorico.

# In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

1. In Domino confisus sum

Ex toto Christi fidelis,

Quando poenis affixus sum

Reponendo spem in caelis.

- 2. Domine, quis habitabit

  Tuis in tabernaculis?

  Is, qui terris resonabit

  Coruscando miraculis.
- Domine, in virtutibus
   Divinis triumphaveram,
   Propriis quando nutibus
   Tormentis me submiseram.

#### Responsoria.

- 1. Tortores, qui in tormentis
  Hunc viderunt sanctae mentis,
  In sorte conversae gentis
  Praedecedunt in gurgite,
- V. Christo conversi sic mersi sub fide Christi.
- Praedicabat imprecando, Immo verum prophetando Malum finem vitae fando Binis istis apostatis;
- V. Imprecor hunc finem, sanctus ait Theodoricus.
- 3. Se conspiciens devictum
  Occidit per ensis ictum
  Sanctum corpus praeconstrictum

Iulianus ad ultimum;

V. Est martyr victor, male victus erat ibi tortor.

## In Laudibus.

- Laudes demus Iesu Christo, Nam caelum pro sancto isto Paravit Antiochia.
- Iubilum dat omnis orbis, Nam bis mundavit a morbis Quam plures in Usecia.
- Deus in isto laudatur
   Et laus eius adprobatur
   Per fideles in Graecia.

- 4. Benedicta decantatur
  Huius laus et hymnizatur
  Devotis in Francia.
- Laudate Deum caelorum
   Et intrate laudis chorum
   Vos de lingua Occitana.

Ad Benedictus.

A. Benedictus est Israel
In hoc summo Beseleel,
Qui praepes est ut Azael
Ad caelestem Ierusalem.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magnificemus hodie,
Collaudemus cotidie
Unum trinum, summum bonum,
Sancti Theodorici donum,
Per quod sanctus est formatus,
In caelo canonizatus;
Uni trino supplicamus,
Ut cum hoc sancto vivamus,
In huius doni gaudio
Cum sanctorum tripudio;
Laus uni trino Domino.

Brev. Misnense imp. s. l. 1483. A. — Viatic. Misnensis imp. Lipsiae 1502. B. — Diurn. Misnense imp. Lipsiae 1511. C. — In I. Vesp. A 4, 1 Situ Dei A, Ritu Dei B; der Name des Heiligen ist in den Meißner Brevieren stets Theodoricus geschrieben. Derselbe ist indes nach Ausweis des Versmaßes (cfr. alle VV. der 1. und 2. Noct.) oft, meist sogar, viersilbig zu nehmen; in dieser Hinsicht ist beachtenswert, daß A einmal (R 2, 6) Thiderice (Dietrich) schreibt. — R, 9 dum se B. — In 1. Noct. A 2, 3 accusaverunt AB. — A 2, 6 condemnaverunt AB. — A 3, 1 multiplicati A. — In 2. Noct. A 2, 1 concipit B. — R 2, 6 o Thiderice A. — Das Officium stammt offenbar aus Uzès (vgl. in 1. Vesp. A 3, 3; in Laud. A 2, 3 und A 4, 3, sowie A 5, 3 (langue d'oc); ein Brevier von Uzès ist nicht mehr bekannt. Zum Officium gehört der Hymnus Beatus auctor saeculi (Anal. XII, 236).

#### 77. De sancto Theodoro.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

- A. Laudate, o pueri,

  Deum resonando,

  Colentes Theodori

  Festa iubilando.
- R. O Theodore, insignis
  Martyr, nobis pro indignis
  Interpella regum regem,
  Nos fovendo tuum gregem,
- V. Poscens cuncta bona, bone, Stes pro nobis, o patrone.

# Ad Magnificat.

A. Magnificat hic Dominum
Sanctus, cordibus hominum
Dei magnificentiam
Inculcans et potentiam.
Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Cum Theodoro, venite, Iubilemus Deo rite.

In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Beatus vir hic Domini Legem scrutabatur, Manu Deo non homini Placere conabatur.
- 2. Quare nefandissimae Gentes fremuerunt, Dum hunc iniquissime Sanctum perimerunt?
- 3. Domine, tu gloria, Tu susceptor fortis

14

## Huic es et victoria Per agonem mortis.

#### Responsoria.

- 1. Sicut dumi frondescentes
  Rosam gignunt, sic parentes
  Clari clarum genuere
  Theodorum, illustrem vere;
- V. Infans gratia praeventus
   Plus quam clarus est inventus.
- 2. Iste puer adulescens
  Morum venustate crescens
  Augebatur incrementis
  Sanctis singulis momentis,
- V. Iuvenilem nam aetatem Vertit in maturitatem.
- 3. Hinc virtute roboratus
  Recto gressu recti status
  Tiro fortis placens Deo
  Ambulavit coram eo;
- V. Sic perfectus sic perfecta Operatur atque recta.

# In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- Cum invocaret, visere
   Deus hunc dignatur,
   Angustiatum misere
   Cor erigebatur.
- 2. Verba huius, Domine,
  Mane audiebas,
  Quem in tuo nomine
  Orare sciebas?
- 3. Domine, magnifice
  Laudem perfecisti,
  Istum tam mirifice
  Dum coronavisti.

## Responsoria.

- 1. Demum Deo permittente
  Paganismo saeviente
  Brinca vinculavit istum
  Sanctum confitentem Christum,
- V. Ut sic aurum probaretur Et in ignem mitteretur.

- 2. Fervens animositate
  Nacta opportunitate
  Paganorum deam vanam
  Cremat ignibus Dianam,
- V. Et dum cremaretur dea, Templum uritur cum ea.
- 3. Ipsum hine incarceratum, Longa fama maceratum Per se Christus visitavit Atque pane caeli pavit,
- V. In absconso fulget lumen Sui visus in acumen.

## In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- In Domino confidere
   Miles hic solebat,
   Per quem et collidere
   Hostes praevalebat.
- Domine, hic voluit
   Tecum habitare,
   Nam cor suum maluit
   A dolo servare.
- 3. Domine, laetabitur

  Hic in virtute tua,

  Dum a te praemiabitur

  Iuxta vota sua.

- 1. Post a vinclis liberatur Et a Publio temptatur Verbis blandis atque duris, Nihil tamen profuturis,
- V. Amor namque aeternorum Sitim tollit terrenorum.
- 2. Videns iudex quod se sprevit Miles Dei, sic desaevit, Legem mortis ut in eum Ferret tamquam mortis reum;
- V. Ipsum ergo concremavit Lictor, iudex ut dictavit.
- Sanctus iste concrematus
   Igne mansit illibatus,
   Immo vitam propter bonam
   Trinam meruit coronam;

V. Erat enim virgo purus, Doctor fidus, martyr durus.

## In Laudibus.

Antiphonae.

- Theodorus induitur
   Virtutibus divinis,
   Unde non obruitur
   Tyrannorum minis.
- Deo cum laetitia
   Cordis iubilavit,
   Cuius abs maestitia
   Portas nunc intravit.
- 3. Plus quam multipliciter
  Ad Deum sitivit,
  Reficitur feliciter
  Iam, ut concupivit.
- 4. Deo benedicere
  Dulce iudicabat,

Nunc datur prospicere Clare, quem amabat.

Cordis in psalterio
 Domino psallebat,
 Hinc pro desiderio
 Mercedem carpebat.

Ad Benedictus.

A. Benedictus, Domine,
Qui felici omine
Theodoro caeli gloriam
Das post mundi victoriam.

## In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Theodorus, qui amputavit
Hostis caput instar David
Multam faciens virtutem,
Nobis impetret salutem.

Brev. Constantiense imp. s. l. et a. (Handschriftlicher Eintrag im Exemplar des Stiftes Mehrerau, welches aus der Bibliothek von Churwald stammt) A. — Propr. ms. Uttenpurense saec. 16. (Handschriftl. Nachtrag im Brev. Casinense, Venetiis 1568, Exemplar zu St. Stephan in Augsburg.) B. — B hat monastische Form, die aber dem Officium nicht ursprünglich sein kann, da die nötigen Erweiterungen prosaisch oder entlehnt sind. Nur eine poetische A hat B mehr (die 4te der 2. Noct.):

Benedicam Dominum Deum resonando Colendo Theodori festa iubilando.

Es genügt daher, die Lesarten zu verzeichnen: In 1. Ves p. R, 6 Sis pronobis B. — Ad Magn. A, 1 sq. hie sanctus Dominum corde hominum B. — In 2. Noct. A 1, 3 misere fehlt A. — R 2, 1 Firmus animositate B. — R 3, 3 visitabat A. — In 3. Noct. A 3, 3 Hie virtute A. — R 1, 1 vinculis AB. — R 1, 5 namque fehlt AB. — Der Name ist mit Ausnahme von R in 1. Vesp. und dem Invit. dreisilbig zu lesen Théodorus (Theudorus). — Hymnus: Martyr egregie Deo dilecte (de Communi) B.

#### 78. De sancto Timotheo.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

Omne genus harmoniae
 Laudet Deum in hac die
 Timothei apostoli,
 Quem excelsi caeli aede
 Sublimavit clara sede
 Cum principibus populi.

- 2. Timotheum laudant gentes,
  Quarum convertebat mentes
  Ad Deum verbis condignis,
  Fidem Christi praedicando,
  Veritatem confirmando
  Virtutibus ac signis.
- 3. Hoc nomen a praesagio
  Sancto Timotheo datur,
  Beneficus suffragio
  Qui multis auxiliatur,

In mortis naufragio Errantibus suffragatur.

4. Iste Pauli discipulus,
Post praedicator sedulus
Fidem Christi [praedicavit],
Qui ad aedificationes
Hierusalem dispersiones
Israel sic congregavit.

5. Meritorum copia
Cluens caelorum gloria
Lucis a Christo sistitur
Et benedictus filiis
Veniarum auxiliis
Portis Sion inseritur.

R. O Timotheum radiis
Solis veri illustratum
Ac dono multifario
Sancti spiritus dotatum,
Linguarum verbo vario
Cunctarum locupletatum,
Gentilium nefario
Rituique destinatum,
Ut fidei sacrario
Populum emendatum
Caeli locet diario
Per summae vitae statum;
V. Timothee, te sedulum

# Ad Magnificat.

Sentiamus precatorem

Te elegit in pastorem.

Apud Christum, qui famulum

A. Exsultet nunc ecclesia
Mater meritis ornata,
Gaudeat tota Graecia
Virtutibus illustrata,
Lystris in Lycaonia,
Plaude [prole] de te nata,
Sed concine praeconia,
Ephesus, pie solata,
Timothei patrocinia
Sentiens multiplicata,
Bordeolem in Gallia,
Urbs fide renovata,
Laetare, Britannia,
Per apostolum renata,

Eius colat sollemnia Plebs fide innovata.

## Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Exsultet plebs, laudetur Deus, Plaudat coetus angelorum, Quod coniunctus Timotheus Throno est apostolorum.

## In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

 Alludit nato Graecia, Lystris in Lycaonia Ortus dedit initia, Traxit per praeconia Orbem quasi parentia Ad Dei testimonia.

2. Prophetiae poculis
Inhians tantum oculis
Terrena consideravit,
Fide post illuminatus
Suavitatem vir beatus
Dei vidit et gustavit.

3. Omnis beati gloria
In crucis memoria
Exstiterat frequenter,
Qui meritis similibus
Cum populi principibus
Constitutus est gaudenter.

## Responsoria.

1. Sollemnis doctor gentium
Sanctum fide roboravit,
Quem cum turbis credentium
Sancto spiritu dotavit,
Quem post linguis loquentium
Dominus magnificavit;

V. Talibus igitur signis

 In se Christo perpetratis

 Adhaerebat vir insignis,

 Post doctrinis Pauli gratis.

- 2. O imitator sedule,
  Comes Pauli discipule,
  Qui respuisti terrena,
  Et propter Dei filium
  Elegisti exsilium
  Linquens patriae amoena,
- V. Linquere fac nos vitia Et post mortis exitia Da caeli loca serena.
- 3. Expositum periculis
  Sequitur et miraculis
  Paulum ad urbem Romanam
  Timotheus, vir beatus,
  Lorica fidei armatus,
  Non timens gentem profanam,
- V. Debita beneficia
   Impendens et solatia
   Paulus ob doctrinam sanam.

## In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Egressus rex et dominus
  Per Timotheum subiecit
  Gentes, quem sibi comminus
  Coheredem fecit
  Regni et nihilominus
  Principibus adiecit.
- 2. In petra nunc exaltasti
  Caelestis celsitudinis
  Timotheum et fundasti
  Ut turrim fortitudinis,
  Deus, per quem effugasti
  Hostesque sanctitudinis.
- 3. Opus Dei nuntiat
  Intelligens eius facta,
  Suasit, ut plebs excutiat
  Idola mutefacta
  Baptismumque suscipiat
  Criminis delentem acta.

# Responsoria.

1. Romae doctor gentium Biennio disputavit

- Et obsidem credentium
  Ad Gallias destinavit
  Sanctum, qui cor conantium
  Verbo Dei irrigavit
  Ac statum sic viventium
  In melius mutavit;
- V. Arguendo increpavit

  Ex more docti mystici,

  Verbum vitae seminavit

  Iuxta praeceptum magistri.
- 2. Properavit apostolus
  Ad Burduelem famosam,
  Ubi fovebat populus
  Sectam superstitiosam,
  Hunc admonuit sedulus
  Fidem Christi gloriosam,
  Ut sumeret incredulus
  Virtutibus copiosam;
- V. Resistentes primo flexit Beatus signis caelitus Gallos, quos ad Deum vexit Cum verbis evangelicis.
- 3. Orthodoxam dilatavit
  Fidem verbis, baptizavit
  Populos cum prioribus,
  Ecclesias instauravit,
  Presbyteros ordinavit
  Ex clero meliori,
  Timotheusque sanavit
  Caecos, claudos et donavit
  Remedia languoribus.
- V. Hinc est, quod non immerito
  Timotheus comparatur
  Apostolis et debito
  Cum honore veneratur.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

Ecce, columna polita
 Dei aedificiorum,
 Quam faex non exinanita
 Nunquam sordet peccatorum,
 Altat cornua [ignita]
 Ad sedes regni polorum.

- 2. Iustis nova lux oritur,
  Rectis corde lactitia,
  Per Timotheum moritur
  Sculptilium stultitia,
  Gloria Dei colitur,
  Exosa fit malitia.
- 3. Nimis hic testimonia

  Cum praeceptis custodivit

  Et omni sanctimonia

  Beatus Deo servivit,

  Eiciens daemonia

  Iugum Domini subivit.

## Responsoria.

- Regnum intravit Britonum
   Timotheus et Dominum
   Iesum Christum praedicavit,
   Plures deos annullando,
   Sacro fonte baptizando
   Pebem Deo dedicavit,
- V. Instans sacris argumentis
  Idola conversae gentis
  Penitus exstirpavit.
- Celeriter opinio
   Beatique religio
   Timothei intimatur
   Lucio tunc, egregio
   Viro, qui more regio
   Britannis dominabatur,
- V. Omnipotentis famulum, Ut suae legis modulum Narraret, rex deprecatur.
- 3. Nutu divino veritas
  Fidei tunc dilatatur,
  Caelestis cum claritas
  Lucio manifestatur,
  Angelica quem puritas
  In somniis hinc hortatur,
  Ut oboediens caritas
  Timotheo tribuatur;
- V. Evigilans absque schisma
  Rex credulus esse coepit,
  Sacrum fidei baptisma
  Mox a sanctoque suscepit.

## In Laudibus.

## Antiphonae.

- 1. Parata est Timotheo
  Sedes cum magno decore
  In caelis, propinqua Deo
  Domino, qui cum amore
  Regem [Lucium] cum eo
  Suo convertit ab errore.
- 2. Factus hic Ephesiorum
  Praesul per Paulum doctorem
  Iussit oves pascuorum
  Adorare creatorem
  Et in laudibus hymnorum
  Confiteri redemptorem.
- 3. Timothei anima
  Vigilans ad te de luce,
  Deus, sitivit intima
  Tecum commori in cruce,
  Quam ob rem sumit maxima
  Gaudia [cum] Christo duce.
- 4. Omnes animae iustorum
  Semper benedicant Deum,
  Qui ad gaudia polorum
  Transtulerat Timotheum.
- 5. Laudet Dominum de caelis
  Omnis spiritus iustorum,
  Quod vir prudens et fidelis
  Cum crementis talentorum
  Hostium ereptus telis
  Intrat gaudium caelorum.

#### Ad Benedictus.

A. Cum in Pathmos insulam
Iohannes relegatur,
Ephesiorum infula
Timotheus sublimatur,
Suae plebis pericula
Timescens exsecrabatur
Deos spernendo idola,
A malignis post necatur
Et, ut Christo per saecula
Conregnet, victor levatur.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Iam in salutari Dei Exsultat spiritus Timothei Cum Deo gaudens caelitus, Cuius decorem faciem
Iam contemplatur divinitus,
Ipse nobis sacrae spei
Pacem concedat penitus,
Cuius festo requiei
Honor praebetur debitus.

Brev. ms. Curiense (?) saec. 15. Cod. Archiv. Sangallen. Fabarien. IX. — In 1. Vesp. Sancto Timotheo datur. — R, 11 docet — Ad Magn. A, 5 Hystris. — Ibid. 11 lies Bordeolum? — In 1. Noct. A 3, 2 In feblt. — R 1, 3 turbis gentium. — In 2. Noct. A 1, 5 Regni et caeli. — R 1, 1 Bonus doctor. — R 2, 1 Apparuit apostolus. — In 3. Noct. A 1, 4 sordes. — A 3, 3 omnia. — R 3, 4 Lupo manifestatur. — In Laud. Ad Bened. A, 7 Deo. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 9 Honore.

#### 79. De sancto Thoma.

## In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Dies adest veneranda, In qua caeli non mutanda Scandebat Thomas ardua.
- 2. In caelesti nempe luce
  Est receptus Christo duce
  Palea carnis mortua.
- Iustos Deus sic dilexit,
   Quod ad astra hos devexit,
   Ubi pax et gratia.
- 4. Exaltat Deus mansuetum Et superbo confert letum In nefanda patria.
- Iustus iure perseverat,
   Nam qui erit, est et erat,
   Huic regni dat atria.

# Ad Magnificat.

A. Novum sidus caeli micat,
Cum se Thomas Christo dicat
Dono sancti spiritus,
O iudex futuri mundi,
Iuva, Stygis ne profundi
Nos demergat aditus.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regem regum Adoremus Dominum, Qui sibi apostolum Elegit Thomam Didimum.

## In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Ceu scribunt metrici, vult triplex India dici.
- Prima mare linit, minus altera, tertia finit.
- 3. Rex Maurorum concipit mittere legatum, Mittit, proficiscitur, fit cordis optatum.

# Responsoria.

- 1. Venit Hierusalem
  artis pro structore,
  Huic narrat Dominus
  Thomam pro maiore.
  - resplendent polorum, Cum Deo regnant agmina
- qua apostolorum;V. Qui eras, es, eris vere,Confer illic nos gaudere.

O quanta luce limina

- 2. Inter quos laudabilis Thomas et amabilis Laetatur crebro gaudio Coniunctus Dei filio;
- V. Iure illum veneratur, Cuius lauro decoratur.

- 3. Propter iussum Domini
  Pincerna servum ferit,
  Qui in ripa rivuli
  A fera raptus perit,
- V. Cuius dextram canis prendit Ac convivis hoc ostendit.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- Ab Hebraea sonitus magnus promovetur, Dum videt, apostoli quod verbum completur.
- 2. Rex, convivae pariter nimis expavescunt, Illic dum miracula talia patescunt.
- 3. Rex perorat, copula quod sua sanxetur, Quibus favet, regium votum hinc completur.

## Responsoria.

- Mira fides in Hebraea
   Debet fari, cum sit rea
   Et in reis suggestio,
   Gesta credit non a dea
   Vel a diis nec pharisaea,
   Haec solvitur dum quaestio;
- V. Iustus Deus est cuncta Vindicans quoque delicta.
- 2. Christi virtus comprobatur,
  Ab errore quod fugatur
  Puer, regis filius,
  Infra saepta consolatur,
  Ubi more figuratur
  Thomas summi nuntius;
- V. Spiritus, ubi vult, spirat, Hic deductos ad se gyrat.
  - 3. Investigat rex structorem,
    Quem optaret meliorem
    Misso late nuntio,
    Thomas adest, destinatur
    Ad structuram, Indis datur
    Salus regi nescio;

V. Hic egenis donat victum, Peste gravi levat ictum.

## In 3. Nocturno.

## Antiphonae.

- Dilectus hic Domino
   In messe laborat,
   Ubi saeva rabies,
   Illic mite rorat.
- Dum sic longa tempora Pro Christo certavit, Cursum huius saeculi Deo consummavit.
- 3. Caelum clara lampade undique lustratur, Qui in fine vicerit, illic consolatur.

#### Responsoria.

- Post decursum in condenso Nesciens beato prenso Tradit hunc tortoribus Quatuor, hic similis Caesus plagis a binis vagis Finitur militibus;
- V. Ovis saevis lupis datur, Ubi sanctus cruciatur.
- 2. Postquam horum ense cadit,
  Ad caeleste regnum vadit,
  Ubi vera gaudia,
  Locatur luce piorum
  Iudexque datur reorum,
  Iudicet ut omnia;
- V. Ecce, verus Israelita Ubi dolus non est.
- 3. O in quantis fulget ille,
  Cuius manu rigant stillae
  Sacrosancti lateris,
  Quo palpato primum credit
  Et ad mortem huic obedit
  Viam docens aetheris,
- V. Dominus, quod marte regnat, Dum affirmant, iste negat.

# In Laudibus.

Antiphonae.

- Praecinctus est Dominus
   Virtute pietatis,
   Dum locatur Didimus
   In luce claritatis.
- In conspectu ipsius
   Est dignus introire,
   Non veretur gravia
   Pro Christo qui subire.
- Congregando triticum
   Ad te, Deus, sitivit,
   Adeptus est merito
   Donum, quod cupivit.
- 4. Pater atque filius
  Sint semper benedicti,
  Qui cum sancto spiritu
  Sunt unum et invicti,
- 5. Pia sonat contio voce non obscura,

Ac creatorem omnium collaudat creatura.

Ad Benedictus.

A. Solis cursu consummato
Corporeque iam allato
A turba fidelium
Terrae ac humo mandato,
Manus, pater, te beato,
Tangens latus regium.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Omnis luctus expietur,
In apostoli laetetur
Quivis festo, qui fovetur
In caeli deliciis;
O beate, pie Thoma,
Verum Dei iam aroma,
Tu draconem saevum doma,
Ne subdat nos vitiis.

Brev. ms. Hermanni Morungen saec. 15. Cod. Cassellan. Ms. Theol. Fol. 145. — In 1. Vesp. A 2, 3 carnis mutua. — Ad Magn. A, 5 eva stygis ne. — In 1. Noct. A 1, 1 Seu. — A 3, 3 Mittitur. — R 3, 5 dexteram. — R 3, 6 Hac. — In 2. Noct. A 3, 2 lies sanetur? — R 1, 2 sari, fit. — R 2, 3 Puri regis. — R 2, 8 quaeque. — R 3, 4 domator; fehlt eine Silbe und der Reim. — R 3, 5 undis datur. — In 3. Noct. A 2, 3 Cursum lux saeculi. — A 3, 1 claro. — R 3, 2 sacri sancti. — R 3, 8 affirmant apostoli iste. — In Laud. Ad Bened. A, 2 que fehlt. — Ibid. 4 sqq. Terrae mandato hac humando manus pater de beato tangens latus regum.

#### 80. De sancto Thoma.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Assunt sollemnia
   Thomae apostoli,
   Deo praeconia
   Solvant fideles populi.
- 2. Athletam Christi
  fortem mirificavit,
  Thomam apostolis
  consortem Deus aggregavit.
- 3. Regis Christo militare
  Sanctus Thomas studuit,
  Signis miris coruscare
  Divinitus meruit.

- 4. Nomen Christi gloriosum
  Cunctos laudare monuit,
  Omnem actum scelerosum
  Plebem vitare docuit.
- 5. Iesus, salvator omnium,
  Elegit Thomam apostolum,
  Per cuius praeconium
  Suum salvat populum.

Ad Magnificat.

A. O sancte Thoma, Iesu dilecte, O caelestis aulae architecte, Verae viti Christo inhaesisti, Cuius palmes sacra exstitisti, Tu clarus doctrina et miraculis, Nos iuva suffragiis sedulis.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Christum regem corde et ore psallentes collaudemus, Cum apostolo Thoma confitentes adoremus.

## In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Thomas errantem Indiam
   Christi fidem instruxit,
   Donans baptismi gratiam
   Ad Deum multos perduxit.
- Passionis dominicae
   Bibit Thomas calicem,
   Civis aulae angelicae
   Apprehendit apicem.
- 3. Ad Indos ire renitentem
  Dominus misitad salvandum,
  Ibi populum credentem
  Et in caelis collocandum.

## Responsoria.

- Sancti Thomae apostoli Veneranda sollemnia Fideles celebrent populi Cum devota laetitia;
- V. In hac die decantemus, Laudes Christo iubilemus.
- 2. Thomas a Christo dilectus
  In Indiam est directus,
  Ut errantes convertat gentes,
  Fidem rectam suscipientes,
- V. Quas de hostis fauce eruit Et baptismi fonte abluit.
- 3. Praedicante
  Christum apostolo
  Rex accedit
  cum omni populo,
  Se iugo Christi subdidit,

V. Confractis profanis idolis Et visis tot miraculis.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- Sancti Thomae pretiosa
   Mors est coram Domino,
   Cuius facie dulcorosa
   Fruitur sine termino.
- Miles Christi et amicus
   Est gratus Deo apostolus,
   Pius, mitis et pudicus,
   Quo culpae non fuit dolus.
- 3. Vincula solvit vinctorum
  Et caecos illuminat,
  Morbos curat infirmorum,
  Daemones exterminat.

## Responsoria.

- Hic apostolus insignis Saeculum illuminavit Doctrinis sanctis et signis Et defunctos suscitavit,
- V. Caecis visum restauravit, Aegros varios sanavit.
- Dominum resurrexisse Thomas credere noluit, Donec ipsius tangere Loca clavorum meruit,
- V. Quem videndo adoravit, Deus meus, exclamavit.
- 3. O mira Dei clementia, Qui discipulum non reprobavit, Sed benigna paenitentia Ad fidem revocavit
- V. Et beatos non videntes Esse dixit sed credentes.

# In 3. Nocturno.

# Antiphonae.

Hostiam laudabilem
 Sanctus Deo offerebat,
 Per quam Christus placabilem
 Se plebi exhibebat.

- Captivorum liberator, Sancte Thoma, exstitisti, Perditorum reformator, Prudens pastor gregis Christi.
- 3. Semen vitae seminasti,
  Praedicator egregie,
  Fructum multum reportasti
  In regnum regis gloriae.

## Responsoria.

- Apostolus ab infidelibus Carceris vinculis constringitur Atque super laminas pedibus Nudis ardentes stare cogitur,
- V. In fornacem flammeam mittitur, Sed per Christum illaesus egreditur.
- 2. Postquam clementia divina,
  Per apostolum
  multa signa fecit
  Civitas Indiae Calamina
  In ipsum truces
  manus iniecit
  Et diris lanceis interfecit.
- V. Propter Christum,
  quem praedicavit,
  Et miraculis
  quia coruscavit.
- 3. O felix Thoma apostole,
  Lumen mundi
  et iudex saeculi,
  A delictorum absolve mole
  Animas te
  laudantis populi.
- V. O pastor gregis
  Christi indite,
  Duc nos ad aeternae
  gaudia vitae.

#### In Laudibus.

## Antiphonae.

- In throno duodecimo
   Assessor superni iudicis
   Honore fulgens maximo,
   Audi preces gregis supplicis.
- Opifex mirabilis
   Dispergendo multiplicat,
   Fit caelis aula nobilis,
   Quam in terris fabricat.
- Dei comitante gratia
   Ad Indos progreditur,
   Triumphans redit cum gloria,
   In caelis gaudens excipitur.
- Carnis pellit illecebras, Informat continentiam, Errorum fugat tenebras Ad caeli ducit patriam.
- O quanta honorum gloria
   Te Deus exaltavit,
   Thoma, dum virtutum copia
   Cunctarum te cumulavit.

## Ad Benedictus.

A. O Christi amice eximie,
Tu terrena cuncta respuisti,
Ideo Dei dulci facie
In caelis frueris, ut sitisti,
Cuius summa gaudia hodie
Cum Christo regnaturus introisti.

# Ad Magnificat.

- A. O apostole beatissime, Tu factus fidelis dupliciter,
  - O Thoma, singularis Didyme, Videns et tangens Christum feliciter,
  - O doctor, apostolorum optime, Ora pro nobis Christum iugiter.

Brev ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Capit. Cracovien. 20. — In 1. Vesp. Ad Magn., 6 Nos in vita suffragiis. — In 1. Noct. R 3, 4 universo populo. — In 2. Noct. A 3, 2 Et fehlt. — R 1, 6 variosque. — R 2, 1 sq. Thomas resurrexisse. — R 3, 3 poenitentia benigna. — In 3. Noct. R 2, 4 India. — R 2, 5 ipsum crucis. — In Laud. A 2, 3 Sic coelis aula. — Ein anderes

Officium auf den Heiligen, in welchem einzelne Reimanklänge unterlaufen, findet sich in Antiphon, ms. Raigradense  $\frac{F}{K}$  Ia I anni 1525. Die A ad Magnif. in I. Vesp. lautet:

O vitis vitae bone palmes, Thoma beate, Gestans maturos effuso sanguine botros, Iesu, victor mortis, ſac, ut plantemur in hortis Ierusalem vivae, qua flores tu sine fine.

#### 81. De sancto Thoma.

# In 1. Vesperis.

## Antiphonae.

- O Thoma, dux errantium, Virtus infirmantium, O fides dubitantium, Ad caeli duc solatium.
- Gratia regalis
   lateris profluxit ab alis,
   Dum palpans dixit:
   meus es Deus; unde revixit.
- 3. O felix Thoma,
  qui dulce virtutis aroma
  Tactu sensisti
  contrectans vulnera Christi,
  Mollifica mentes
  duras et labe carentes,
  Ad caeli caulas
  nos tecum transfer ad aulas.
- 4. O Thoma, fidelium
  Consolator fidelis,
  Te pie colentium
  Esto memor in caelis,
  Fer nobis suffragium,
  Ut aeternum gaudium
  Sit nobis in praemium.

# Ad Magnificat.

A. O Thoma Didyme, Christum
Qui meruisti tangere,
Te precibus
Rogamus altisonis,
Succurre nobis miseris
Ne damnemur cum implis
In adventu iudicis.

# Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Thomas, quem tangit, Ut Deum pangit, Illum laudemus, Huic iubilemus.

## In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Inclita devotis
  colimus sollemnia votis,
  Didymi discipuli
  caelestis regis amici.
- Gloria, vera salus susceptor tu, Deus, eius, Ipsum magnificando, iustificando, vocando.
- 3. Corde, manu mundus
  Deum quaerit sitibundus,
  Cuius amor satiat,
  nec fastidit satiatus.

# Responsoria.

- Indorum magnus
   pater hac est culmen adeptus,
   Ut regat et pascat
   ipsos sua per documenta,
- V. Caelitus eligitur

  Thomas et iustificatur.

# In 2. Nocturno.

# Responsoría.

1. O tactor Christi vulnerum, Sanato vulnus scelerum, Ut quibus mens est credula, His actio sit sedula;

- V. In famulatu Christi,
  Quem, Thoma, tetigisti,
  Obtine, ne cor tepescat,
  Sed semper amplius exardescat.
- 2. Quod Thomas, dilectus
  Christi discipulus, dubitavit,
  Hoc idcirco Christus
  Provide dispensavit,
  Ut haec dubietas
  Fieret nostrae
  fidei soliditas.
- V. Carum suum
  sic permisit errare,
  Nos extraneos a fide
  sic confirmare.

## In 3. Nocturno.

## Responsoria.

- 1. Benedic, Domine,
  Tua dulcedine
  Te benedicentes
  Atque recolentes
  Thomae praeconia,
  Cuius victoria,
  Fidei firmitas,
  Spei sublimitas,
  Ardor caritatis,
  Dogma veritatis
  Mundo dant vitae fercula
  Per infinita saecula.
- V. Consigna, fili Dei, Nos famulantes ei, Luce tuae faciei.
- 2. Thomae, cari tui, haesitatione,

Iesu Christe, rex bone, Nos a cordium fluctuatione, Tu digneris absolvere Omni tempore,

V. Ut qui te non videntes
Tibi credimus, te sequentes.
Tunc omnes beatificemur,
Quando in fine
huius mundi sistemur
Coram iudice,
Peccatorum vindice.

## In Laudibus.

Antiphonae.

- Orbem firmavit
   fidei sedemque paravit,
   Postquam palpavit
   Thomas, de quo dubitavit.
- Morte Iesu factus incredulus ante protervit, Sed tactu tactus in laetitia sibi servit.
- 3. Christi virtutem
  videt hic recipitque salutem,
  Et Dominum iurat,
  et vulnus vulnere curat.
- 4. Tiro dies octo
  dubitans post hoc duce docto
  Doctus, qui vicit
  mortem, Dominum benedicit.
- 5. Laudat de caelis

  Dominum iam mente fidelis

  Caeli denique ius

  capit in virtutibus eius.

Brev. ms. Garstense anni 1415. Cod. Lincen. F. p. 12. A. — Brev. ms. S. Crucis 320. saec. 15. B. — In 1. Vesp. Eine 5. prosaische A in A. — Ad Matut. Invit. 4 Et iubilemus B. — In 1. Noct. R 1, 2 hoc est B. — R 2, 1 Quod fehlt A. — In 3. Noct. R 2, 7 similitas A. — R 2, 10 omnes fehlt A. — R 2, 11 Quando fehlt B. — In Laud. A 1, 2 paravit fehlt A. — Alle im Vorstehenden fehlenden Teile sind prosaisch; insonderheit in 1. Noct. AA 4—6, RR 1, 3 und 4; in 2. Noct. AA 1—6, RR 3 und 4; in 3. Noct. ad Cant. A, RR 1 und 4.

## 82. De sancto Trudberto.

## In 1. Vesperis.

## Ad Magnificat.

O flos caelestis,
o Christi splendide testis,
Qui vernas roseo
per sidera celsa tropaeo,
Annue servorum
precibus, Trudberte, tuorum,
Ut nos, qui totis
colimus tua gaudia votis,
Ores in saeculum
gaudere per aethera tecum.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Laudibus insomnes vigilemus alacriter omnes, Dulci dulcisono modulantes ore Trudberto.

## In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

- Ut fructum daret (in) tempore, Vir alto natus genere Patrem liquit cum patria, Caeli requirens atria.
- 2. Non meditans inania Trudbertus ex Hibernia Cum fratre Romam exsulat Et dona Dei postulat.
- Cum clamavit (hie) ad Dominum, (Ex) audivit factor hominum Et pios fratres edocet, Ubi se quisque collocet.
- 4. Non quaerit hic mendacium, Sed iuxta Rheni fluvium Desertum vallis eligit, Otpertus ipsum colligit.
- Hic mane miles astitit Deo, sed hostis obstitit, Per sanctitatis aemulos Movendo zeli stimulos.

- 6. Securi caesus gloria Coronatur, victoria Per homicidas claruit, Quorum pes fuga caruit.
- Qui rectum sagittaverant Obscureque peremerant, In hos sagittae redeunt, Dum Iudae more pereunt.

## Responsoria.

- 1. Sanctus iste tuo, Christe,
  Firmatus iuvamine,
  Domum fines et affines
  Contempsit mentis culmine,
- V. Ut Abraham egressus est, Quo monstrasti, ingressus est.
- Apostolorum limina
   In Roma, mundi domina,
   Visitavit humiliter
   Plorans et orans largiter;
- V. Quod dictavit devotio, Impetravit oratio.
- 3. Trudbertus Roma veniens Et Otpertum inveniens Secus Numagum fluvium Primum locat hospitium,
- V. Haec requies, quam elegit,
   Vitae cursum hic peregit.
- 4. Quanta fulget
  Trudbertus gloria
  Hoc in mundo
  caelique curia,
  Sanitatum
  probat frequentia:
- V. Lepram mundat, fugat daemonia, Aegris eius subvenit gratia.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

1. In Dei tabernacula Hic scandit sine macula,

- De valle montem Domini, Quam suo sacrat nomini.
- Praeventus in dulcedine
   Non laesus est putredine,
   Et dum iam plures habuit
   Mortis dies, non tabuit.
- 3. Deum in omni tempore
  Benedicens a funere
  Tot annis tabo vacuit
  Et integer apparuit.
- A timore inimici
   Factus martyr est ereptus,
   Dum in exitu felici
   Regnum caeli est adeptus.
- Multiplicans genimina
   Virtutum caeli limina
   Petivit laete germinans
   Et victor pugnam terminans.
- 6. Palma florere clarius
  Trudbertum caelo verius
  Ordo virtutum praedicat,
  Tot languidis dum medicat.

# Responsoria.

- Otpertus Dei famulum Videns in Deo sedulum, Sex viros eius proprio Mancipavit obsequio;
- V. Dat et vallem continuo Possidendam perpetuo.
- 2. Protrahebat continua In vesperum ieiunia, Aqua, pane post vesperum Corpus alebat tenerum;
- V. Beati qui esuriunt Iustitiam et sitiunt.
- 3. Pietatis sectatores
  Plures habent derisores,
  Dei cultor hoc Trudbertus
  In famulis est expertus;
- V. Dormientem occiderant Et martyrem effecerant.
- 4. Vir plenus fortitudine Agni lavit in sanguine

Stolam beatitatis Martyribus cum beatis;

V. Beati eius oculi,
 Qui vident regem saeculi.

## In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Martyr Trudberte, Christi miseratio per te Nos a peccatis solvat iungatque beatis.

#### Responsoria.

- Agricola vitis, pater,
   Palmitis est vitis mater;
   Vera vitis Iesus Christus,
   Palmes eius est Trudbertus;
- V. Hic est, qui fert fructum multum, Preces eius valent multum.
- Vitis vitae sacer Christus, Palmes eius est Trudbertus, Per hunc in te maneamus, Cuius festa celebramus;
- V. Ipse martyr et confessor Sit pro nobis intercessor.
- 3. Ut plus ferat
  fructum Christicola,
  Purgat eum
  pater agricola;
  Sic Trudbertus,
  confessor antea,
  Fructum tulit
  martyris postea;
- V. Confessio
  ferens martyrium
  Duplicavit
  talentum creditum.
- Verae vitis palmes mitis,
   O Trudberte martyr, per te Palmes virens sit et florens, Sit beatum fructum ferens,
- V. Sit in vite vera manens, Summae vitae cantum canens.

#### In Laudibus.

## Antiphonae.

- Unanimes totis
   celebrantes gaudia votis
   Festa patris tanti
   studio veneremur ovanti.
- Qui post emeritae certamina fortia vitae Martyrii palmam victor tulit inclitus almam.
- Quem mox pompa meli victricis in ardua caeli A rege Christo praelata die vehit isto.
- Nunc inter superos gaudet fortissimus heros, Nobile purpurei gestans insigne tropaei.
- Martyr Trudberte, Christi miseratio per te Nos a peccatis solvat iungatque beatis.

#### Ad Benedictus.

A. Vitis, Christe, verax,
vitae plantatio ferax,
In qua Trudbertus
quasi palmes abundat refertus,

Protulit electum
rutilante sanguine fructum,
Nobis propitius
concede precatibus eius,
Ne vacui fructu
damnemur perpete luctu.

# In 2. Vesperis.

# Ad Magnificat.

- A. O margaritam
  pretiosa morte politam,
  Suave rubens gemma,
  flos dulcis, amabile stemma,
  O sacer, o care
  Christo Trudberte, precare
  Nobis divinae
  pietatis opem sine fine.
- Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 52. saec. 15. In 1. Vesp. Super ps. et ad Magn. Ant. prosaisch; die obige als R bezeichnet; wahrscheinlich ursprünglich A ad Magn., weil der A ad Ben. entsprechend. In 1. Noct. hat die Handschrift 7 Antiphonen mit Angabe von 7 Psalmen, d. h. eine Antiphon und einen Psalm zu viel; da es sich aber nicht mit genügender Sicherheit ermitteln läßt, welche Antiphon zu tilgen, belasse ich die unrichtige Folge der Quelle. R 3, 3 Nirmaga fluvium. In Laud. Nach den obigen AA folgen noch fünf weitere:
  - Trudhertus algoribus Confectus et laboribus Etsi marcebat corpore, Mentis vigebat robore.
  - Psallens hic in laetitia Cordis Deo maestitia Fugata, pro quo est patria Spreta, eius intrat atria.
- 3. Caelesti pollens munere Vir sanctus terrae onere Desertae Domino sitivit, Qui ipsum ex nomine scivit.
- 4. Laudetur hic a pueris
  Trudbertus, quo letiferis
  Carnis motibus non vincitur
  Neque ipsis subicitur.
- Exsultabat in gloria
  Pius triumphatoria
  Propitius cantantibus
  In cymbalis sonantibus.

Zu diesem Officium die Hymnen: In 1. Vesp. et Laud.: Gaudio plenis animis (Anal. IV, p. 246); ferner die Hymnen Anal. IV, Nr. 462 ff.

## 83. De sancto Udalrico.

# In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magnificemus Dominum Angelorum et hominum, Venerantes redivivum Sancti patris et votivum Udalrici transitum. Per quem divina gratia Suscitavit magnalia, Quibus orbis illustratur, Et beati compensatur Confessoris meritum, Terra, gens et patria, Cuncta sint felicia; Felix pater, nos exaudi Congaudentes tuae laudi Et perenni gloriae, Per te sola solidetur Et divisa reparetur Unitas ecclesiae.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Praesul Udalricus, animo cum carne pudicus, Regna subit vitae, Christo iubilate, venite.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Nobilis prosapiae
   Puer Udalricus
   Fructum tulit gratiae
   Augustanae Rhaetiae,
   Qua decurrit Lychus.
- 2. Dilingarum moenia

  Hunc misere florem,
  Cuius a fraglantia
  Germinis Germania
  Sacrum hausit rorem.
- 3. Matris in visceribus

  Nondum seminatus,

  Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

Signis evidentibus In salutem gentibus Est praedestinatus.

- 4. Tum paternae gloriae
  Fama resplendebat,
  Cultui iustitiae
  Copia militiae
  Votis respondebat.
- 5. Hinc Romana limina
  Pater visitavit
  Et sanctorum numina
  Fletu miscens lumina
  Supplex exoravit.
- 6. Iam praeventa spiritu
  Vidua devota,
  Subolis intuitu
  Caelitus commota,
  Domus in introitu
  Pandit iusta vota.

## Responsoria.

- 1. Flos regalis sanguinis
  Stemmate processit,
  Quem praecelsi seminis
  Alter Abram gessit,
  Fide prolis incremento
  Et iugali sacramento,
- V. Nam in Sara fertili
  Theoberga risit
  Et in Anna sterili
  Samuelem misit.
- Infans in cunabulo
   Cives inquietat
   Et naturae speculo
   Vagiens prophetat,
   Quod in mundo fluctuante Sit cum Moyse plorante;
- V. Inter fletus aspidis Ludit ad foramen Robur augens validis, Languidis levamen.
- 3. Lactis ab edulio
  Puer est suspensus,

15

- Quem divina sanctio Movit ad ascensus, Rationis primitivos Ut sic sacros potet rivos;
- V. Novus heres veteri Isaac succedit,
   Fortis quaerens fieri,
   Fortes cibos edit.
- 4. Sacra post crepundia
  Puer Deo gratus
  Floruit facundia
  Literis aptatus,
  Sed detraxit theoriae
  Dura lippitudo Liae;
- V. Brevi noctis spatio
  Caelitus docetur,
  Quod docentis studio
  Tardius habetur.

# In 2. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Renuit conubia
  Stabilis athleta,
  Sancta vera nuntia
  Detegit secreta
  Et futura praescia
  Veri fit propheta.
- 2. Heros dives merito
  Vitans voluptatem,
  Stupefactus subito
  Didicit ex abdito
  Causae pietatem.
- 3. Huius innocentia
  Ioseph adaequatur,
  Qui relinquens pallia
  Fugit ab Aegyptia,
  Mente ne labatur.
- 4. Prolis desiderio
  Captus vehementer,
  Damni sine vitio
  Rato matrimonio
  Gignit excellenter.
- 5. Indolis eximiae Fert Hugbaldus natum,

- Qui caelestis patriae Ac futurae gloriae Cepit principatum.
- 6. Patriarchis igitur
  Primis comparatur,
  Quibus sero nascitur
  Foetus, qui diligitur,
  Tener ablactatur.

## Responsoria.

- 1. Vox caelestis gratiae
  Puer[um] praesagit,
  Dragmate scientiae
  Quod nil foris agit,
  Artis viget magistralis
  Ubi vis et spiritalis;
- V. Paulus sic caelestia
  Percipit divina,
  David ad regalia
  Fungitur doctrina.
- 2. Theoberga nobilis
  Sponso viduata,
  Bersabeae similis
  Sedet desolata,
  Cuius ad solacia
  Natus adolevit,
  Quem superna gratia
  Spiritu replevit;
- V. Trucidato vitio

  Haeret paradiso,

  Dans lamenta socio

  Corde indiviso.
- 3. Caelitus ut Aaron
  Praesul est electus,
  Ut propugnet, in Sion
  Plebis dux effectus,
  Similis leoni Iudae,
  Pelli Gedeonis udae;
- V. Duros verbis arguit
  Novus Heremias,
  Muros urbis exstruit
  Alter Nehemias.
- 4. O sanctorum consulem
  Vita Seraphi[num],
  Udalricum praesulem,
  Qui dum ad divinum

Ministraret sacramentum, Vidit gloriae conventum;

V. Super virum dexterae

Dextera descendit

Et sacrantis libere

Meritum ostendit.

## In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Ave, pontifex benigne,
Ut te tui laudent digne,
Fac, ut semper exaltentur
Teque dulce glorientur.

## Responsoria.

- 1. Superum frequentia
  Sanctus hic stipatus
  Fruitur scientia
  Sempiterni status,
  Conspicit magnalia
  Divae maiestatis
  Et futura proelia
  Christianitatis:
- V. Sic Iohannis oculo

  Caelica perpendit,

  Isaiae titulo

  Dominum intendit.
- 2. Ardens intus caritate
  [Praesul] venerabilis
  Foris lucet pietate,
  Signis admirabilis
  Morbis omnibus medetur
  Et oppressis miseretur;

V. Manibus angelicis
Flumina transivit,
Hostiis pacificis
Portum inquisivit.

3. Gigas iste nobilis,
Gigas vere fortis,
Curreus via pugilis
Virginalis sortis,
Insignitus est tropaeo
Totus ambulans cum Deo;

V. Plus cucurrit in agone
Motus carnis conterens,

Quam athleta spe coronae Necis ictum sufferens.

4. Vere felicem praesulem,
Vere fidei doctorem,
Quo parante Christo sacra
Dextra cum ipso superna
Ad firmanda plebis corda
Sacra consignavit sancta;

V. A Domino factum est istud et est mirabile in oculis

nostris.

# In Laudibus.

## Antiphonae.

- Salve, flos angelice, Christus quem plantavit, Vir, in quo magnifice Dominus regnavit.
- Dum sudares in lectica, Prudens apis ut formica, Sacri olei virtute Vires tibi sunt statutae.
- 3. Helisaeus et Helias Spiritales tibi vias Praepararunt in fluentis Mitigatis elementis.
- Actu, moribus et vita, Comis Christi parasita, Fac nos semper benedici Versus dolos inimici.
- 5. Omne spiramentum laudet Regem caeli, per quem gaudet Liber spiritus in caelis Christi famuli fidelis.

#### Ad Benedictus.

A. Clarus mixtarum
caligine vir tenebrarum
Dum micat astrorum
non impar lumine morum,
Pascitur aurorae
stillantis gaudia rore,
Donec in extremo
satietur sole supremo.

# In 2. Vesperis.

## Antiphonae.

- Gratulare, Suevia,
   Nobilis patroni

   Suscitans praeconia
   Nova laude throni.
- 2. Ubi ludunt phialis
  Summae hierarchiae,
  Coram agno cymbalis
  Resonantes pie.
- Plaude, mater, filio Plausu laetabunda, Cuius patrocinio Laudis es fecunda.
- 4. Ecce, vesper orbitis Gyrat occidentem,

Dum vir tantis meritis Solis implet gentem.

#### Ad Magnificat.

A. Eia, praesul alme Dei, Sacerdotum gloria, Qui charactere fidei Morbos et daemonia, Mortem pellis ut dici Langueat malitia; Gaude, cuius est iucundum Nominis praeconium, Chorum cerne laetabundum Laudis ad obsequium, Tabescentem fove mundum Vitae dans subsidium, Nos indignos speciali Iam exemptos saeculo Vel iustorum generali Fac ascribi titulo.

Brev. ms. Monasticum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 51. — In 1. Noct. A 6, 3 Sobilis. — R 2, 1 cunabulis. — In 2. Noct. A 1, 6 sit propheta. — A 3, 1 innocentiam. — A 3, 4 ad Aegyptia. — A 4, 4 Ratro. — A 5, 4 Hec futurae. — R 1, 1 Hos caelestis. — R 1, 5 Artis niger. — R 4, 3 consulem. — In 3. Noct. Ad Cant. A, 4 lies duce?

#### 84. De sancta Ursula.

# In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- O Christi pietas,
   Quae virgines sacras
   Armat, pro te pati
   possint ut milites armati.
- O Christi sapientia, In sanctis patientia Mira, virgines carae sequuntur te caritate.
- 3. O Christi bonitas, Tuorum mira suavitas, Virgines inermes duras patiuntur sagittas.
- 4. O Christi amor, virgines
  Claritate amabiles,
  Pro te patiuntur
  persecutorum ense plectuntur.

- 5. O Christi merces
  Virginumque tuarum spes,
  Corona paratur,
  dum omnes martyrizantur.
- R. O Christi miranda Mira miracula, Divae virgines iunguntur, Pro te, Christe, patiuntur, Fide sociatae, Coloniae martyrizatae,
- V. Ab huius possessa daemonum cultura perpessa.

# Ad Magnificat.

A. O quam gloriosa est, Domine, societas in regno caelorum, dum epulantes gaudent convivue sine [fine] in mensa tua super frumento, vino et oleo nec ultra esurient.

## Ad Matutinum.

Invitatorium.

Virginum sacrarum Adoremus Christum Regem regum.

## In 1. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Viam iustorum
  Dominus plantavit suorum,
  Dum iuxta aquarum
  vincit Ursula frenum poenarum.
- 2. Praeceptum Domini
  praedicantes ac mandatum,
  Romam venientes
  papam visitarunt.
- Dominus has virgines mire ditavit,
   Ad stadium caelorum lenissime has yocavit,

## Responsoria.

- Ursula praeclara
   tu nasceris ex alta Sara,
   Unda sacra[ta]
   cum esses purificata,
   Idolis spretis
   laetaris iam cum beatis,
- V. Dei tu cella mellis, vinea, rubea stella.
- 2. Ursula speciosa, tu sponso vernula rosa, Sequeris [Christum] miserum spernens mundum istum
- V. Oleo retento, apud sponsum nostri memento.
- 3. Ursula benigna,
  virginum flos, suscipe, digna,
  Preces tuorum,
  iunge sociis supernorum,
  Cum quibus laetaris
  semper et in aevo bearis;

# V. Ad limina sanctorum ducunt agmina virginum chorum.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Voluntate bona
  protectae luminis scuto
  Iuste coronantur
  positae nunc in loco tuto.
- In universa terra merita sanctorum pretiosa, In Rheno trucidatae gaudent nunc laureatae.
- 3. De habitaculis iustorum hae sanctae virgines laetantur, Sanguine Coloniae

fuso interficientur.

## Responsoria.

- 1. Ursula devota,
  sequuntur te agmina tota
  Ad papam Urbanum,
  regem spernentes profanum,
  Christo ut iungantur,
  apostolos visitare conantur,
- V. Quia sic altissimo
  [Domino] placuit Deo nostro.
- 2. Ursula, tu mitis
  dulcis et es Sunamitis,
  In cella Christi
  sedem tuam posuisti,
  Illuc duc servientes
  tibi mundoque gementes,
- V. Ut tecum Colonia quiescamus patria sancta.
- 3. Ursula regina, te laudant agmina trina Martyrum, confessorum ac virgioum sacra[ta]rum,
- V. Caelo quos iungis, ubi cantant carmina laudis.

## In 3. Nocturno.

Antiphonae.

- Ursula columba, cum angelis tunc laetaris, Meritis gloriosa caelo coronaris.
- 2. Regis gloriae
  portas tu introisti,
  Hostem et mundum
  cum carne vicisti.
- 3. Omnes in Domino
  laetamini recti corde,
  Quorum peccata
  deleta sunt cum sorde.

## Responsoria.

- Ursula mansueta
   ducitur ad victimam laeta,
   Ut nec praeceptis
   regis alliciatur ac minis,
   Morte dira [bona]
   Christi consequitur dona;
- V. Et victima Christi mundum hunc supera[vi]sti.
- 2. Ursula beata
  duc nos [quoque] ad dona
  grata,

Quo sponso tuta inniteris ut columba Corpore vulnerato martyrio consummato,

- V. Sis nobis, sponsa, pia ad sponsum advocata.
- 3. Ursula laetabunda,
  nostra tu gemebunda
  Tolle et absterge
  ac vincula nostra dele,
  Ut liberi a peccatis
  regno sociemur claritatis,
- V. Ubi [nunc] gaudes, cum sponso organis plaudes.

# In Laudibus.

Antiphonae.

1. Ursulam decore induit Dominus et honore,

- Sponsam dum pavit fide cinctam et ornavit.
- In laetitia Domino omnes fideles servite, Cuius conspectu dicunt omnes: iubilate.
- Ad Dominum vigiles
   cuncti convertite mentes,
   Ursulam vigilem
   voce cordis implorantes.
- Omnia opera
   Domino tunc benedixerunt,
   Virginum spiritus
   caeli dum susceperunt.
- Deum in caelis
   laudet mens fidelis,
   Christus quia Ursulam
   suam coronavit sponsam.

#### Ad Benedictus.

A. Ursula, lucens salus,
miserorum a turbine mundi
Libera servos
tuorum, oleo effuso
Sequeris digne
sponsum virginibus cum
sacris,
Contemnens mundum istum,
Nobis miserrimis
in valle lacrimarum
Fove precibus

# In 2. Vesperis.

numeroque ancillarum.

# Antiphonae.

- Ursula in sanctorum locata splendore iustorum Cum suis plaudet, angelorum choro gaudet.
- Generatio rectorum benedicetur, Christe, tuorum, Ursulam recto corde reperis quoniam sine sorde.

- 3. Cum exsultatione
  venient iubilando
  Hae sacrae virgines
  pro bonis supplicando.
- 4. Iustae tuo nomini,
  Domine, confitebuntur,
  Cum tuo vultu
  gaudent et laetabuntur.
- 5. Filiae Sion
  hodie Dominum laudabant,
  Canticum novum
  sonoris hymnis cantabant.

Ad Magnificat.

A. Ursula summi regis
filia decora,
Suavis et mitis,
praeclara et honesta,
Peccatis foedati
te supplices exoramus,
Mundo quoque pigri
laudes tibi canamus,
Christo ut iungas,
in mari (mundi) periclitatos
Ad tuas excubias
ducas cum beatis.

Brev. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 415. — In 1. Vesp. A 4, 4 ense patiuntur. — R, 3 Dira. — In 1. Noct. R 2, 4 misericis spernens. — R 3, 8 ducuntur agmina virginum tuorum; lies: ducunt agmina, virgo, tuorum? — In 2. Noct. A 1, 1 Voluntati boni. — A 1, 2 protecti. — A 1, 4 positi. — A 2, 3 trucidati. — A 2, 4 laureati. — A 3, 3 sq. fuso Coloniae. — R 1, 6 Lies Romam visitare oder Sanctos visitare? — R 2, 2 et sona mitis. — In 3. Noct. R 1, 7 Lies Ut victima? — R 3, 5 sq. Lies Ut liber peccatis regno socier? — In Laud. A 1, 3 pascit. — A 4, 1 Iusti. — Ad Bened. A ist durch und durch verdorben. — In 2. Vesp. A 1, 4 plaudet. — A 2, 4 lies reperis quia sine? — A 5, 4 sonoribus.

#### 85. De saneta Ursula.

# In 1. Vesperis.

- R. O praeclarae margaritae,
  In supremo poli sitae,
  Regi vitae iam unitae,
  Nobis piae subvenite
  Virgines,
- V. O domnae gratae, sponsae Domino sociatae, Luce coronatae, caelesti sede locatae.

# Ad Magnificat.

A. Sponsus pulcher prae omnibus,
Rex et sponsus virginum,
Candidatis virginibus,
Purpureis per gladium,
Suum iunxit conubium,
Caeli iungendo civibus
Per passionis bravium
Super astris invexit.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Exsultent omnes hodie
Collaudando Dominum,
Qui summae stola gloriae
Coetum sacratum virginum
Decoravit eximie.

# In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- Diversis mundi partibus
   Virgines quaeruntur,
   Virginis aspectibus
   Ursulae traduntur
   Imbuendae.
- 2. Undenis milibus
  Coetus consecratur,
  In Dei legibus
  Semper meditatur.

- 3. Spectaculum pulcherrimum
  Turbae speculantur,
  Coetum quod sanctissimum
  Valde venerantur.
- Ursula, virgo regia, Moribus ornata, Vera docta scientia Verbi sparsit sata.
- Mens earum dedita Laudibus divinis, Legi Dei subdita Non terrentur minis.

## Responsoria.

- 1. Virgo sancta pollicetur
  Assentire nec veretur
  Regi se copulari,
  Si virginum coetus detur,
  In quo crimen non habetur
  Nec potest notari,
  In consensu pari;
- V. Virgineus coetus adducitur undique laetus.
- 2. Munditia castitatis
  Glutinoque caritatis
  Conglutinantur virgines
  Verae luci claritatis
- V. Formaque sanctarum monstrat bona virtus earum.
- 3. Elegit Deus nova bella,
  Contra mundi principem
  Pugnavit aetas tenella,
  Vitam ducens caelibem
  Cum puellis et puella
  In hunc mundi tramitem.
- V. Mundum spreverunt
  et gaudia caelica quaerunt,
  Sexum vicerunt
  quia fortes mente fuerunt.
- 4. Inter sanctas speciosa
  Fuit nomine Pinnosa,
  Virgo flagrans velut rosa
  Et inter mundi spinosa
  Odorem fudit fragrantem,
- V. Instruit haec mentes sociarum recta sequentes.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Exercitus virginum
  Fortiter pugnantes
  Ducem habent Dominum,
  Ipsum imitantes
  Sursum levant animum
  Sursum contemplantes.
- 2. Amant Christum, mundum istum
  Prorsus spernant, quia cernunt
  Penitus
  Esse vanum et profanum,
  Caelum quaerunt, mente gerunt
  Dona sancti spiritus.
- 3. Mira Dei potentia, Quae per mundi debilia Mundi vicit fortia.
- 4. Naves scandunt, ore pandunt
  Laudem creatori,
  Inter undas maris mundas
  Preces dicunt, benedicunt
  Omnium rectori.
- Gaude, mater ecclesia,
   Oportet te gaudere,
   Ad caelorum gaudia
   Virgines pervenere.
- 6. Gaudent in caelis virgines
  Sociatae,
  Quae Christi vestigia
  Imitatae
  Ardenter pro eius amore
  Sanguinem suum fuderunt
  Ideo cum Christo regnare
  Meruerunt.

# Responsoria.

- Rex Hunnorum impius Virgines trucidavit, Quas virginis filius In caelo coronavit,
- V. Christus dilectas, virtutum culmine tectas.

- 2. Gaudet chorus caelestium
  Consortio sanctarum,
  In capite gestantium
  Diadema praeclarum,
  Quibus non deest lilium
  Nec purpura rosarum,
- V. Angelico more fulgent ingenti decore.
- 3. Erubescite barbati,
  Vitiorum ense strati,
  Nam virginum candidati
  Exercitus pugnaverunt
  Et palmam promeruerunt;
- V. Pectore sub fragili certarunt corde virili.
- 4. Fulget dies laetitiae,
  Virginum chorus hodie
  De mundo triumphavit,
  Quem super thronum gloriae
  Totius rex iustitiae
  Christus exaltavit,
- Virgineus coetus, divino robore fretus,
   Coetibus angelicis propriis sociatus amicis.

# In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Descendit sponsus in hortum Virginalium cohortum, Aromata messuit Ipsaque reposuit
In horreo caelesti.

# Responsoria.

- 1. Per sexum femineum
  Pectus frangens ferreum
  Daemon viro dominatur,
  Item per virgineum
  Exercitum niveum
  Iam omnino conculcatur.
- V. Constanter, Christe,
  moriens exercitus iste
  Pro te certavit
  nec te moriendo negavit.

- Te, Christe, laudent omnia,
   Qui solus mirabilia
   Non cessas operari,
   Tu membra virginalia,
   Non ense, sed constantia
   Docuisti bellari,
   Has facis morte praevia
   Ad caelorum palatia
   Tecum sublimari;
- V. Te dilexerunt,
  te semper concupierunt,
  Hasque tibi soli
  iungis in arce poli.
- 3. O praeclarum cor sanctarum
  Dignumque laudari,
  Beatarum coetus harum
  Indoctus bellari
  Hostis trucis signo crucis
  Caput amputavit,
  Quas honore et decore
  Christus coronavit;
- V. Magnum tormentum
  patiuntur more bidentum,
  Murmure nec resonat
  gladioque corpora donat.
- 4. Virginali sanguine
  Tellus irrigatur,
  Animarum lumine
  Polus illustratur;
  O praeclarae domina e,
  Vos mundus precatur,
  Ut vestro munimine
  Christus amplectatur,
  Sancto quarum agmine
  Colonia laetatur.
- V. Vestris magnificis meritis, petimus, relevari, Coetibus angelicis meruistis quae sociari.

# In Laudibus.

# Super Psalmos.

A. O certamen, o luctamen
Beatarum feminarum,
Mundum vincunt, quialinquunt

Vivunt vita concupita In aeternum.

Ad Benedictus.

A. Hodierna laetitia

Mundus illustratur,
Qua caelestis curia

Valde iucundatur,
Virginitatis lilia

Sponsus amplexatur,
Nuptiarum convivia
Celebrat nunc ecclesia,
Thalamus locatur,
Sponsus decorus gloria,
Sponsus daturus praemia
Sponsis sociatur.

Per Horas.

Ad Primam.

A. Increpans ventos et mare, Qui gubernat omnia, Non desistit gubernare Sanctas inter maria.

Ad Tertiam.

A. Per passionis gladium Vocat Christus ad bravium Electas bellatrices, Quas suum per auxilium Fecit esse victrices.

Ad Sextam.

A. Pius coetus et quietus
Virginum
Romam tendit, quo rependit
Laudem luci luminum.

Ad Nonam.

A. Per mortem duram
Vitam securam
Possident semper mansuram.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Exsultet virginum chorus,
Assumptus in gloria,
Quibus est vultus decorus,
Luce splendens nimia,
Immaculatusque thorus,
Speciali gratia
Christo iunctus in patria
In aeternum.

Brev. ms. Cistercien. Italic. saec. 15. Cod. Oxonien. Miscell. Liturg. 343. — In 1. Noct. A 2, 3 In fehlt. — In Laud. Ad Bened. A, 7 convivia hlt. — Ibid. 8 celebrat fehlt. — Ad Sextam A 2 virginem.

#### 86. De sancta Ursula.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Iesu, corona virginum,
Qui pascis inter lilia,
Saeptus choreis agminum
Canentium subtilia,
Virgineum tripudium
Nos tua cum familia

Da cernere post terminum Cursus et haec flebilia.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

In rege suae gloriae Sion exsultent filiae, Qui iubilum laetitiae Caelo invexit hodie.

## In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Novum creans super terram
  rex creator omnium
  Statum quendam supernorum
  repraesentat civium.
- Quae nec nubent nec nubentur, angelis sunt similes, Soli Christo, sponso suo, adhaerentes virgines.
- 3. Dum in carne praeter carnem vivunt, carnis vitia Trucidantes immortali vitae dant praeludia.

#### Responsoria.

- Notus Deus in Iudaea
   Terrarum per ambitum,
   Nomen eius est ab ea
   Diffusum magnificum,
   Stirpe ductum quod a rea
   Reis est sanificum,
- V. Nomen eius
  effusum oleum,
  Amoris est
  puellis vinculum.
- 2. Unguentorum in odore
  Oleo iucundiore
  Uncti prae consortibus
  Pari virgines fervore
  Aciei currunt more
  Undecim in milibus;
- V. Huius unctione tractae nec marinos vertices Obstupescunt, quos abhorrent docti quique remiges.
- 3. Decem prudentes virgines,
  Fide, forma formosae,
  Ortu, virtute nobiles,
  Amore viscerosae,
  Sub Ursula sunt pariles
  Electae quasi rosae;
- V. Adiunctis plene singulis
  Mille virginibus
  Fit acies terribilis
  Pudoris hostibus.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Hoc in sexu fragili
  Et per infirma mundi
  Dominus in facili
  Vult fortia confundi.
- Patet hoc in Ursula eius ac sodalibus, Procul a Britannia bellum adornantibus.
- 3. Nova bella Dominus
  Disponens in puellis,
  Ad conflictum eminus
  Direxit in procellis.

#### Responsoria.

- Quasi rosae transplantatae Super rivos fluminis Sponsae pausant delicatae In amoeno litoris, Mari, ventis agitatae Locum ad certaminis;
- Ventum suis de thesauris mox producens Dominus,
   Per marinos fluctus Rheni invehit gurgitibus.
- 2. Isto mundo derelicto
  Carnis rident iacula,
  Nescientes in delicto
  Thorum, absque macula
  Totae pulchrae, sponso Christo
  Fide nubent patula;
- V. Vitiorum

  calcato fomite

  Angusti callis

  currunt in tramite.
- 3. Mirabilis militia
  Exercitus virginei,
  Armata pudicitia
  Carnis et cordis nivei,
  Laetatur in saevitia
  Percutientis mallei;
- V. Turbam in virgineam rabies Hunnorum Saevit in ovilia lupi ut agnorum.

## In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Signorum hoc initium
   Ostensum est virginibus,
   Quod per diei spatium
   Et noctis Rheni fluctibus
   Invehuntur dulcibus.
- Metropolim Germaniae, Coloniam egregiam, Futurae cives advenae Cernentes figunt ancoram.
- 3. In portu quasi lilia,
  Quae sunt in aquae transitu,
  Undena salva milia
  Quiescunt absque strepitu.

#### Responsoria.

- 1. Caede peracta virginum
  Lictorum exterminium
  Mox virtus ultrix scelerum
  Persequitur divina,
  Nam trucidatis similes
  Se persequentes acies
  In armis albis agiles
  Gens cernit belluina;
- V. Nutu Dei fugatis hostibus Pax redditur concussis civibus.
- 2. Felix tellus,
  felici sanguine
  Quae roseo
  madens ut flumine
  Virgineo
  dotatur agmine;
- V. Extunc humus ossium
   Custos beatorum,
   Non admisit reliquum
   Corpus defunctorum.
- 3. Haec est dies,
  quam fecit Dominus,
  Dies festus
  caelorum civibus,
  In qua nova
  lux orta tristibus,

Pax terrenis, laus sit caelestibus.

V. Puellari de triumpho laudem canunt angeli, Civitati pace data gaudent cives singuli.

## In Laudibus.

## Antiphonae.

- Regnans regnat Dominus, Mundo factus comminus Carnis per materiam Quam traxit de virgine, Virginum in agmine Ludens multifariam.
- Omnis terra iubilet, Jubilando celebret Festum virginale, In quo canit curia Virginum de gloria Melos triumphale.
- 3. Ante lucem Dominum
  Lucis coetus virginum
  Exspectans cum lumine,
  Ad agni convivium,
  Dum est patens ostium,
  Intrat laeto carmine.
- 4. Benedicant omnia
  Sua Deum opera,
  Bonus quia Dominus,
  Angelorum ordines
  Caelum, tellus, homines
  Et quod his inferius.
- 5. Bonum canamus canticum,
  Laudantes caeli dominum,
  Qui facit mirabilia,
  Iuvencularum virginum
  In tympano canentium
  Laus eius in ecclesia.

#### Ad Benedictus.

A. Assint caeli philomenae, Ut concordis cantilenae Resonemus vocibus Laudis turmae tam serenae, Sion arce quam amoenae Collocavit Dominus. In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O victrices, amatrices
Serenorum cordium.

Quarum cinis sic affinis
Terrae sacrat gremium,
Quod exosi venenosi
Non paret vestigium,
Nos ad polum vitae solum
Transferte per meritum.

Brev. Grassense imp. s. l. et a. (1528). A. — Antiph. ms. Dominican. saec. 14/15. Cod. Mus. Bononien. 4. B. — In B ist das Officium stark mit Teilen aus dem vorhergehenden Officium alteriert. — In 1. Vesp. hat B folgende A super Ps.:

Lauda Deum tuum, devota Colonia, Qui te laude fecit dignam per undena milia Virginalis coetus tibi missi de Britannia.

In 1. Noct. AA aus dem vorhergehenden Officium B; ebenso R 1 und 2.—
In 2. Noct. AA die der ersten Nocturn B. — R 1 Istae mundo etc. —
R 2 entlehnt. — In 3. Noct. A 1 Metropolim Germaniae B. — A 2 In
portu quasi lilia B. — A 3 entlehnt B. — R 1, 5 trucidans A. — R 1, 12
conciusis A. — R 1, Felix tellus B. — R 2 entlehnt B. — R 2, 5 Virginum
A. — R 3, 6 orta est A. — In Laud. AA fehlen B bis auf einen Teil der
letzten. — Ad Bened. A entlehnt B. — In 2. Vesp. Ad Magn. A 1 o matrices. A. — Ibid. 3 civis sic affinit A. — Ibid. 5 Quos A. — Ibid. 6 parit.
Hymnus: Chorus novae Ierusalem A (Anal. XII, 253).

#### 87. De sancta Ursula.

# In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Laudate, puellae, Dominum,
Collaudate, omnes populi,
Anima, compone iubilum
Psalmi boni, laetum cantici,
Lauda Ierusalem optimum,
Assunt magni festa gaudii.

# Ad Magnificat.

A. Cum sancta matre virgine
Sacra plaude, Ursula,
Et tecum tuae sociae,
Spiritu et anima
Magnificate sapide
Dominum per saecula.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Agnum, sponsum virginum, Adoremus Dominum, Iesum Christum floridum.

# In 1. Nocturno.

# Antiphouae.

- 1. Ex ore sacro virginum

  Iesu nomen praedicatur,

  Et exemplo demonstratur,

  Quod Dominus est omnium.
- 2. Caelo caeli puriores
  Divinam laudem nuntiant,
  Dum hi per orbem rutilant
  Cum Ursula splendores.

3. Hacc casta generatio
Pie Dominum requirit,
Montem caelicum acquirit
Sed magno cum solacio.

#### Responsoria.

- 1. Ortum ducens regium
  Nata baptizatur,
  Dei per praesagium
  Ursula vocatur,
  Quia magna virium
  Iam praevidebatur;
- V. Eva mater procreatur, Viro suo praesentatur Atque virago vocatur.
- Venustas pulchra Ursulae
   Diffunditur per climata,
   [Filius] Regis Angliae
   Requirit haec coniugia,
   Sed florem pudicitiae
   Servat habens iocalia;
- V. Pulchra nimis adamatur,
   Sera cum peregrinatur,
   Viri domum transportatur.
- 3. Maestum patrem consolatur
  Virgo prudens Ursula,
  Regis voto annuatur,
  Simulat sponsalia,
  Non terrena [haec] causatur,
  [Sed] diva per saecula;

V. Rebecca tradit poculum
Viro et iumentis
Paratque hospitium
Et lenit blandimentis.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- Dextram tenuit regina
   Spreta vanitate,
   Ardens [flamma] Cherubina
   Plena varietate.
- Impetus per fluminum Ducit turmam virginum, Trahit ad spectaculum Laetum coetum omnium.

3. Iactavit fundamenta In monte deitatis Sprevitque fomenta Babylonis civitatis.

#### Responsoria.

- 1. Aetherea aethereum
  Iubet baptizari
  Et turbam multam virginum
  Poscit sibi dari,
  At ille subdit animum,
  Ut possit copulari;
- V. Rachel meruit amari
   Et a viro praedotari,
   Decet illum subiugari.
- 2. Agmen ducit virginum
  Caelica regina,
  Fingit fugam navium
  Bellaque marina,
  Est et hoc praeconium
  Gloria divina;
- V. Maria pulsat tympanum Mari transvadato, Laudisque sonat canticum Hoste iam prostrato.
- 3. Sub vexillo angelorum

  Cum catena puritatis

  Ductrix sancta proeliorum

  Hostem sternit sanctitatis,

  Haec est palma superorum

  Et ruina pravitatis;
- V. Bella gentis Iudaeorum Gerit Debora ducissa, Stravit agmen iniquorum Et est facta prophetissa.

# In 3. Nocturno. Antiphonae.

- 1. Hostias puras tollite,
  Virgines, Iesum vocate,
  Christo vos sacrificate
  Et donum eius colite.
- O vos terrestres angeli, Iesum Christum adorate, En, ad haec estis vocatae
   Pro festo Sion gaudii.

3. Immensa mirabilia

Fecit Deus noster magnus,

Trahens sibi nuptas agnus

Florum undecim milia.

## Responsoria.

- 1. Cum sua turba pariter
  Ad caput orbis graditur,
  Salutis causa capit iter
  [Virgo] sicque concluditur,
  Pater favet celeriter
  Et constans ipsam sequitur;
- V. Hesther regni ad solium Vadit, ut salvet populum, Quod pandit per eloquium.
- 2. Creta turba magnis viris
  Ad triumphum pergit sponte,
  Ferit hostis modis diris
  Statque Ursula in fronte,
  Coronatur palmis miris
  Cum suis in sancto monte;
- V. Holofernem ludith fortis Stravit nece durae mortis Et laetatur gratae sortis.
- 3. Gaudeamus exsultantes
   Assunt agni nuptiae,
  [Sunt] hae sponsae rutilantes
   Nunc in regno gloriae,
  Iubilemus conclamantes
   Canticum laetitiae;
- V. Iudas magnus Maccabaeus Ducit sponsam vir Iudaeus, Laete qua laudetur Deus.

In Laudibus.

Antiphonae.

Qualis est dilectus tuus,
 O pulchra mulierum,

Qualis est dilectus Deus? Et quaeremus tecum verum.

- Gaudens in Domino,
   Ornata monilibus,
   Iubilabo animo
   Cum sanctis virginibus.
- 3. Sunt enim virgines,
  Agnum quae sequuntur,
  Et Deo virgines
  Sibi assistuntur.
- 4. Angeli dominici,
  Deo benedicite,
  Terrestres nunc, caelici,
  Hymnum Iesu dicite.
- 5. Iuvenes et virgines,
  Dominum laudate,
  Iuniores et senes,
  Canticum dictate.

Ad Benedictus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Esurientes, Iesu, donis,
Beatam Ursulam [cum]
ceteris

Replens nunc in caelis bonis Rex virginum, cum angelis, Participes quarum coronis Earum simus meritis.

Brev. ms. Praedicat. Cremonen. anni 1467. Cod. Casanaten. B. VI 5 (1182). — In 1. Noct. A 3, 3 caelicum et eaquirit. — R 2, 8 Seratum peregrinatur. — In 2. Noct. A 2, 1 flumina. — In 3. Noct. A 2, 4 Proferto Sion. — R 1, 3 eine Silbe zu viel; R 1, 4 fehlen zwei Silben. — R 1, 5 Lies: Papa favet. — In Laud. Vor der ersten A liest man: Sapientia misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem et ad moenia civitatis (Prov. 9, 3). — A 3, 3 sq. verdorben. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 2 erhält durch cum eine Silbe zuviel; dasselbe wird aber vom Sinn gefordert.

#### 88. De sancta Ursula.

# In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- 1. Flores nitent
  candore niveo,
  Emicantes
  ut grata lilia,
  Et coruscant
  robore roseo,
  Pulchre iuncta
  gratiae gratia,
  Dum ornatae
  rore sanguineo
  Virginali
  vernant munditia.
- Rex Notus Britanniae Natam generavit, Quae se regi gloriae Voto dedicavit.
- 3. Agnum sine macula
  Virgines laetantes
  Sequuntur cum Ursula
  Carmen modulantes.
- Totus delectabilis
   Christus et suavis
   Amor, quo fit facilis
   Labor cursus gravis.
- 5. Regis amor
  decorem virginum
  Mundum servat
  a labe criminum
  Et laborem
  mulcet certaminum,
- R. In caelesti iam gloria
  Sanctissimarum virginum
  Fulgent undecim milia,
  Quae sertum gerunt germinum,
- V. Incorruptae
  carnis obsequium
  Obtulerunt
  atque martyrium.

# Ad Magnificat.

A. Fructus novus
intacti uteri
Virginalem
sacravit gratiam,
Ut ablato
vitio veteri
Grato flore
ornet ecclesiam,
Haec Ursulam
angelis inseri
Digne fecit
et turbam sociam.

#### Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Regem laudemus Dominum Pro iucunda victoria, Qui coetum ornat virginum Binae coronae gloria.

## In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

- 1. Hortus virens et floridus Omni redundans gratia, Coetus virginum candidus Sequens agni vestigia.
- Sancta virgo Ursula Saeculum abegit,
   Agnum sine macula Sponsum praeelegit.
- 3. Tenens scutum fidei

  Cor suum firmavit,
  Se regis siderei

  Cultui dicavit.

# Responsoria.

1. Ad caelestis
sponsi contuitum
Totum levans
Ursula spiritum

Caelibatus firmat propositum Omnem mundi abdicans ambitum,

V. Gaudium saeculi reputat gemitum Et laudem populi ventorum sonitum.

2. Nobilitas
et decor virginis
Sensus mentis
et morum gratia
Diffuderunt
gloriam nominis
Et puellae
grata praeconia.

V. Velox sonat
haec laus in Anglia,
Rex pro nato
petit conubia.

3. Spe concepta
de Dei munere
Audet virgo
patri consulere,
Ut se sponso
spondeat tradere
Pollicenti
se Christum colere;

V. Spondet gratis
mox arto foedere
Regis natus
fidem recipere.

# In 2. Nocturno.

Antiphonae.

 Accessit haec condicio, Ut puellarum contio Numeri millenarii Detur sub spe coniugii.

2. Cuncta libens
iuvenis adnuit,
Ac trieres
pater instituit,
Prout virgo
Ursula voluit.
Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

 Regiones dum undique Gyrant, concurrunt agmina Virginum, petunt denique Apostolorum limina.

Responsoria.

1. Inspiratus
papa divinitus
Martyrium
praesciens caelitus,
Factus almi
ductor exercitus,
Praesulatum
reliquit penitus;

V. Sociatur
his coetus praesulum
Passionis
sumpturus titulum.

2. Vadit sic Christo praevio Totus coetus Coloniam, Ubi constanti proelio Coronae cepit gloriam;

V. Iugum sprevit sponsa coniugii, Caelum scandens cursu martyrii.

3. Rex caelestis admonuit
Regis Anglorum filium,
Sponsae, quam prius voluit,
Ne requirat coniugium,
Ut post hanc pergat, docuit,
Perfecturus martyrium;

V. Gratus pergit
et voluntarius
Sponsus Christo
parere promptius.

# In 3. Nocturno.

Antiphonae.

Iuvenis beatus,
 Qui nuptiis spretis
 A Christo vocatus
 Iunctus est athletis.

2. Novo bello Ursula Superavit mundum,

16

- Blandi calcans vincula Spernens furibundum.
- 3. Iugum cum incredulo
  Respuit subire
  Meruitque iaculo
  Felix interire.

Responsoria.

- 1. Bonum egit
  certamen Ursula,
  Quae contempsit
  mundi fastigium,
  Nulla prorsus
  sensit piacula,
  Pro virtute
  sumpsit martyrium,
- V. Vocans ad caeli praemium Copiosum consortium.
- 2. Sanctus vita,
  fama clarissimus,
  Cyriacus,
  pastor ecclesiae,
  Nutu Dei
  gregem, quem colimus,
  Dux ad urbem
  duxit Coloniae;
- V. Sacer quoque
  cuneus praesulum
  Est adiunctus
  ad laudis cumulum.
- 3. In supernis fulget choris
  Sacrarum coetus virginum,
  Deo psallens cunctis horis,
  Quarum dulcedo carminum
  Sanctis competit decoris,
  Ignaris labis criminum;
- V. Tota gaudet haec contio

  In almae matris laudibus,
  Cuius est nupta filio
  Et decorata dotibus.

# In Laudibus.

Antiphonae.

1. Haec est laeta festivitas, Qua decorem ecclesiae

- Auget virginum claritas, Splendens fulgore gloriae.
- Ornatus egregius,
   Candor virginalis,
   Quem decorat gratius
   Cruor triumphalis.
- 3. Nova haec militia,
  Qua infirmus sexus
  Forti patientia
  Vicit mundi nexus.
- 4. Oleum virginibus Sacris abundavit, Nuptiis regalibus Ipsas sociavit.
- Regnant beata agmina
   Virginum in caelis,
   Quae vicerunt certamina
   Saeculi crudelis.

Ad Benedictus.

A. Sacris totus
orbis virginibus
Laetus psallat
undecim milibus,
Quas Ursula
miris virtutibus
Christo fecit
subditas laudibus.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Ad honorem virginum
Cantet plebs fidelis,
Instans apud Dominum,
Ut horum tutelis
A cunctis nos criminum
Mundet corruptelis
Et post vitae terminum
Coronet in caelis.

Brev. ms. S. Sepulcri saec. 14/15. Cod. Parmen. Palat. 186. A. — Brev. ms. Lemovicense saec. 15. Cod. Mazarin. 354 (787). B. — In 1. Vesp. AA super Ps. stehen in 2. Vesp. B. — A 1, 7 Pulchra B, vita A. — A 1, 8 gratia gratiae A. — A 1, 11 sq. Virginalis munditia vernat B. — A 2, 1 Nochus A (sonst Deonotus genannt). — A 4, 4 pugnae gravis B. — R fehlt B. — Ad Magn. A, 5—8 in B:

Martyrem mundans a labe uteri (lies veteri) Et decorans ut aulam regiam.

Ibid 10 angelicis B. — Ibid. 11 et trabeam sociam. B. — Ad Matut. Invit. 1 collaudemus B. — Ibid. 2 Provocantem ad proelia B. — Ibid. 3 ornat fehlt B. — In 1. Noct. A 1, 2 Mira redundans B. — R 1, 8 abdicens B. — R 2, 3 Et sensus B. — R 2, 9 sonent A. — R 3, 8 credere B. — R 3, 9 sqq. in B:

V. Sic vocatus virginis opere Natus regis spondet se credere.

In 2. Noct. A 2, 3 Aceries pater B. — A 3, 1 dum fehlt B. — A 3, 2 concurrent undique agmina B. — R 1, 4 praenoscens B. — R 1, 5 Sanctus almi B. — R 1, 10 et his B. — R 2, 2 Coloniam fehlt B. — R 2, 5 Iustum sprevit B. — R 3, 4 Ne quaerat B. — R 3, 7 pergit ad martyrium B. — R 3, 10 promptius fehlt B. — In 3. Noct. A 3, 1 cum fehlt B. — R 1, 6 sentit B. — R 2, 1 Sanctus fama B. — R 2, 2 vita clarissimus B. — R 2, 11 Est fehlt B. — R 2, 12 ad laudis titulum B. — R 3, 10 doctibus A; das ganze R lautet in B:

R. In supernis fulget choris
Chorus sacrarum virginum,
Psallens laudibus [sonoris]
Laets(n)tur ante Dominum,
Nullis prorsus cessat horis
Grata dulcedo carminum;
V. Tota cedit laus honoris
In almae matris gloriam,
Cuius natus dat decoris
Sacris puellis gratiam.

In Laud. A 1, 2 Quae AB. — A 2, 3 Quae decorant A. — A 3, 4 Vincit B. — A 4, 4 Ipsis B. — A 5, 3 Qui vinxerunt A. — Ad Bened. A, 1 totus fehlt A. — Ibid. 3 Laetus fehlt A. — In 2. Vesp. Ad Magn. A, 2 sqq. fehlen A.

#### 89. De sancta Ursula.

# In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Agmina caelica dant
iubilamina cunctipotenti,
Virginibus sacris
qui praestat gaudia caeli.

R. Ursula perpendens
pro Christo dilaniari
Omnes concives
dat grates omnipotenti,

V. Sanguine sacrato stagnabant undique campi.

Ad Magnificat.

A. O quam felices, proprio qui sanguine tincti Virginibus sacris meruerunt adnumerari.

# Ad Matutinum.

Invitatorium.

Iubilemus salvatori Deo, In quo vivunt beatae Virgines et martyres.

16\*

## In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Purpureos flores caelesti rore madentes Decreto Domini famosa Britannia misit.
- In cunis positae
   baptismi fonte renatae
   Et fidei verae
   sunt legibus initiatae.
- 3. Has deitatis amor sibi foederat ordine miro, Dum retrahit mundo festinat reddere caelo.
- Tandem decursis
   pariter puerilibus annis,
   Ut Christo placeant,
   tota virtute laborant.
- Illam militiam tunc Ursula sancta regebat, Milibus undenis constantem sorte beata.
- 6. Filia regis erat,
  Britonum qui sceptra tenebat,
  Dives opum, felix
  qui tali prole vivebat.

# Responsoria.

- 1. Milibus undenis

  pro Christi nomine passis

  Virginibus sacris

  solvamus munia laudis,
- V. Occurit sponsus reddens sponsalia laetus.
- Virginibus sacris
   fit vox praenuntia mortis,
   Signatur tellus,
   gladius tortorque cruentus,
- V. Pectora virginea non frangunt talia dicta.
- 3. Clara Deo suboles,
  communi laude ferenda,
  In teneris membris
  Domino servire studebat,

- V. Haec generatio, florida natio recta requirens.
- 4. Ecce, Britannia, mittit ad aethera

xenia clara,
Florida germina, labe carentia
sorte beata,

V. Civibus angelicis sollemniter associata.

## In 2. Nocturno.

## Antiphonae.

- 1. Againa virginea,
  sacro spiramine plena,
  Terrea despiciunt
  pro Christo cuncta relinquent.
- Accensis animis
   pugnant cum principe mundi,
   Quo iam devicto
   currunt ad praemia regni.
- 3. Christi sponsae simul iunctae
  Romam statim expetunt,
  Hinc regressae Christo duce
  Coloniam repetunt.
- 4. Ipsam urbem dux Hunnorum obsidebat graviter Ferro, flamma, fame cuncta populans hostiliter.
- 5. Sicut oves lupi graves
  non parcentes strangulant,
  Sic, sic Hunni sponsas Christi
  occidentes iugulant.
- 6. Agrippinenses
  simul omnes exsilientes
  Corpora sacra legunt
  et terrae concito condunt.

# Responsoria.

- Clara Colonia dulcia pignora laeta meretur,
   Sanguine sanctarum roseo super astra locatur,
- V. Illas qui sequitur, qui corde pio deprecatur.

- Virgineos flores,
   varios quae fertis honores,
   Vincere quae nostis,
   sed vinci non valuistis,
   Reddite placatum
   nobis, quem semper amastis,
- V. Iam vox nostra sonat nova cantica laude sonora.
- 3. Ducitur ante ducem
  flos Ursula virgiritatis,
  Eius coniagium
  dux expetit, respuit illum;

V. Regna, potestates, claros spondebat honores.

 A virgine se contemni dux infrendens barbarus,
 Dat decretum, quo regina plectatur celerius,

V. Et sagitta mox percussa caelum subit Ursula.

## In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. Hortus sponsarum
divinum spirat odorem
Et cor virgineum
caelestem semper amorem.

# Responsoria.

- 1. Virginitatis honor,
  decus ecclesiae patriaeque
  Libertas capitur,
  truncatur, dilaniatur
- V. Hunnorum gladiis grex floridus atque fidelis.
- 2. Virginei coetus,
  centeno fenore fructum
  Dum referunt, fuso
  sanguine celsa petunt,

V. Ecce, puellarum sacra corpora dum laceran-

- 3. Inter naves sacra virgo
  Cordula delituit,
  Sed in luce subsequente
  morte vitam repperit,
- V. Sanguine mox proprio pro Christi nomine fuso.
- Virgineas mentes
   praevenit spiritus almus,
   Has sibi mundavit,
   mundando sanctificavit;
- V. Victrices mundi felici dote laetantur.

## In Laudibus.

Ad Benedictus.

A. Sacra dies nobis
illuxit virtute celebris,
Qua sponsae Christi
devicto principe mundi
Sanguine perfusae
paradisum promerueruut.

#### Ad Sextam.

A. Virgineae mentes
perflarunt indole multas,
Iungantur superis
voto vitaque beatae.

#### Ad Nonam.

A. Ferro caesae caenum ponunt, Recto gradu caelos petunt Christum Deum iam visurae Et cum ipso permansurae.

# In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Virginibus caesis
et passim dilaniatis
Gens fugit infida
superum pugnante caterva.

Brev. ms. Compendiense saec. 14. Cod. Parisin. 17994. A. — Brev. ms. Farense saec. 14. Cod. Mazarin. 349 (761). B. — Brev. ms. Choquense saec. 14. Cod. Bollandian. s. n. C. — Brev. ms. Cameracense saec. 15. Cod. Laudunen. 256. D. — Brev. ms. S. Mariae Trimmen. saec. 15. Cod. Coll.

ss. Trinitatis Dublinen. B 3. 12. E. — Brev. ms. Nemacense saec. 15. Cod. Roman. 1188 (Sessor 137. F.). — Brev. ms. Victorinum saec. 16. Cod. Parisin.

14814. G. — Brev. Gebennense imp. Gebennae 1556. H.

In 1. Vesp. Super Ps. 5 AA: 1. Christi sponsae simul iunctae ctc. EG; 2. Ipsam urbem dux Hunnorum etc. E; Sicut ovem lupi graves etc. G; 3. Sicut ovem lupi graves etc. E; Ferro caesae caenum ponunt etc. G; 4. Ferro caesae caenum ponunt E; Virginibus caesis et passim dilaniatis G; 5 Virginibus caesis etc. E; Ipsam urbem dux Hunnorum. G. — Ad Mag. A prosaisch EG:

O clemens deitas, tibi psallentium Voces ne aspernaris, quaesumus, Cum laudes sanctarum Annuas recolimus virginum, Quae tuo munere triumphantes saeculum Cum palma martyrii hodie Meruerunt ingredi thalamum, Ubi magnificant nomen tuum In aeternum.

Ad Matut. Invit. Agnum sponsum etc. EG. Regem virginum etc. F. -In 1. Noct. Ordnung der nichtmonastischen Breviere: AA I Purpureos flores; 2 In cuius positae; 3 Has deitatis amor. RR 1 Ecce Britannia; 2 Virginibus sacris; Millibus undenis. F dagegen: 1 Ursula perpendens; 2 Ducitur ante ducem; 3 Ecce Britannia. - A 1, 3 De croco Domini G. - A 2, 4 legibus nuntiatae F. — A 3, 1 Hanc deitatis. — A 5, 2 Ursula sorte regebat A. — A 5, 4 constante A, constanter G. — R 2, 6 talia detam G. — R 3, 1 subolis G. — R 4, 2 Exennia clara E, Sidera clara G. — In 2. Noct. Ordnung der nichtmonastischen Breviere: AA 1 Tandem decursis; 2 Illam militiam; 3 Filia regis erat. RR 1 Clara Dei suboles; 2 Virginitatis honor; 3 Virgineos flores. F dagegen: 1 Milibus undenis; 2 Virginibus sacris; 3 Virgineas mentes. — A 1, 4 cuncta fehlt G. — A 2, 3 Enim iam devicto G. - In 3. Noct. Ordnung der nichtmonastischen Breviere: AA 1 Agmina virginea; 2 Accensis animis; 3 Agmina caelica dant. F dagegen: 1 Christi sponsae simul iunctae; 2. Ipsam urbem dux Hunnorum; 3 Sicut oves lupi graves. — RR 1 Virginei coetus; 2 Clara Colonia; 3 Virgineas mentes. F dagegen: 1 Virgineos flores; 2 und 3 unleserlich. - R 2, 2 decus gloriae patriaeque G; ecclesiae pariterque A. - R 2, 3 Dum fehlt G. - R 3, 1 Inter natos A. - In Laud. AA prosaisch; ebenso die sonst fehlenden Teile. Die ursprüngliche (nicht monastische) Form des Officiums scheint nur die hexametrischen Teile zu begreifen. - Hiezu die Hymnen Anal. XII, Nr. 462, 463, 465.

#### 90. De sancta Ursula.

# In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- Nova bella virginum
   Dominus elegit,
   Ab extremis hominum
   Quas sibi collegit,
- Pugnant sexu fragiles
   Caelitus imbutae,
   Sed insuperabiles
   Fidei virtute.
- 3. Beata militia, Quae pro rege gloriae

De mundi malitia Triumphavit hodie.

- 4. Non armis sed animis
  Istas bellatrices
  Effecit unanimis
  Gratia victrices.
- Fortiores hostibus
   Feminae fuerunt,
   Quae contemptis omnibus
   Omnia vicerunt.
- R. O beata virginum Turma, quam divina Illustravit gratia,

- O olivae semper vivae,
  Profluentes clementia,
  Facite nos vere et sincere
  Laudes vestras prosequi,
  Ut post mortem sanctam sortem
  Mereamur assequi.
- V. Agite, o benignae, Quod precamur, Ut gaudere mereamur In aeterna laetitia.

## Ad Magnificat.

A. O flos campi
Et lilium convallium,
Iesu Christe, qui es sponsus
Et amator virginum,
Quam iucundum interesse
Semper tui conspectui,
Quem laudantes prosequuntur
Virginales cunei,
Ubi dulcis resonat melodia,
Virgo Ursula
simul cum Tamaria
Fequenter ingeminant:
Tibi, Christe, sit laus et gloria.

# Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Ecce, nocte media
Factus est clamor:
Venit sponsi gratia,
Virginum amor,
Invitans filias
Secum ad nuptias,
Exite obviam
Ei ad gloriam.

# In 1. Nocturno.

# Antiphonae.

- Tuo, Deus, nomine, Quod est admirabile, Sacrae promunt virgines Melos ineffabile.
- 2. Harum voces audiuntur, Quando Dei gloriam

- Admirantur et loquuntur Post belli victoriam.
- 3. Haec est generatio,
  Quam virtutum Dominus
  In caeli palatio
  Summis iunxit civibus.

## Responsoria.

- 1. Deonoto fuit nata
  Placens cunctis, Deo grata
  Ursula regalis,
  Cuius mirae speciei
  Plus mirandae fidei
  Non erat aequalis;
- V. Regi magno pulchra nimis Desponsatur, dum instatur Precibus et minis.
- 2. Virgo desiderium
  Habens castitatis
  Meditatur et miratur
  Rem quasi mysterium
  Suae voluntatis,
- V. Deo secum disponente, Quod tractabat firma mente.
- 3. Gloriosa trinitas,
  Virginalis dignitas
  In tua fulget gloria
  Singulari gratia,
  Tibi laus per saecula;
- V. Sanctis nos socia, factor, fautrice Maria.

# In 2. Nocturno.

# Antiphonae.

- Hominum prae filiis
   Forma speciosum,
   Circumsaeptum liliis
   Regem generosum,
   Regum laudant filiae.
- 2. Iuste Dei civitas
  Est laetificata,
  Cum tot sacra milia
  Scandunt laureata
  Thronum regis gloriae.

In aeternum has fundavit
 Magnus et laudabilis,
 Hora brevi quas prostravit
 Tortor exsecrabilis.

## Responsoria.

- 1. Vidit in somnis Dei virgo Ursula
  Virum angelicae claritatis
  Dicentem sibi: Romam omnes,
  Ut vovistis, pervenietis,
  Peractis votis huc iterum
  Integro numero redietis,
  Hic vero in Deo pausabitis.
- V. Cervices vestras
  Persecutori dabitis
  Et per martyrii gloriam
  Coronam iustitiae suscipietis.
- 2. Visionis Ursulae
  Caelitus ostensae
  Sacramento credulae
  Simul inoffensae
  Agone percurso confidunt
  participes fieri coronae.
- V. Caritate vulneratae,Mori Christo sunt paratae.
- 3. In vasis suis oleum
  Servant, in mentibus,
  Dum surgunt nocte media
  Electa sponso milia,
  Praeelecto ex milibus
  Occurrunt cum lampadibus.
- V. Duc prece sanctarum nos ad te, Christe, tuarum.

# In 3. Nocturno. Antiphonae.

- Terram tuam, Domine, Semper benedicis, Quae laetatur hodie Victis inimicis.
- Fundamenta virginum Montibus in sanctis Collocata gladium Non timent minantis.
- 3. Rectis corde gloria, Iustis lux est orta,

# Quarum in victoria Mors perit absorpta

## Responsoria.

- 1. Verus pudicitiae auctor et custos virginitatis, Qui ex virgine natus multos excitasti Ad sanctum amorem castitatis animos, Qui es perpes corona virginum, Per merita earum nos adiuva.
- V. Fons vitae et origo Totius bonitatis, Duc nos ad portum salutis.
- 2. Istae sunt terribiles
  Ut castrorum acies
  Omnes ordinatae,
  Quae tonsarum similes
  Ascenderunt sanguinis
  Unda dealbatae,
- V. Ut columbae lacte lotae, Sic revera pulchrae totae.
- 3. Iam triumpho potitae
  virgines sanctae
  Iam angelorum
  choris admixtae,
  Quaesumus, ut vestra
  intercessione
  Locus nobis
- v. Quoniam abundat iniquitas,
  Iamque refrigescit caritas
  Multorum.

# In Laudibus.

# Antiphonae.

Dominus tribuit
 his regnum salutis
 Et eas induit
 Decore virtutis,
 Nam est laudabilis
 Et sponsus nobilis.

- 2. Iubilate Deo,
  Virgines sacratae,
  Et nobis ab eo
  Pacem postulate
  Et suis ovibus
  Pascuam omnibus.
- 3. Deus, vigilantes
  Et in matutinis
  Laudes tibi dantes
  Sine fine finis
  Rege fidelibus
  Virginum precibus.
- Benedicite Deum, Viri laudabiles, Et amate eum, Feminae humiles, Et in castitate Vos semper servate.
- 5. Laudate Dominum,
  Caelestes ordines
  Et turbae virginum
  Et omnes homines,
  Ut salvet populum
  Per omne saeculum.

Ad Benedictus.

A. Benedictus es, rex gloriae,
Qui palmam victoriae
Dedisti fragilibus
Et sexum sine viribus
Vincere fecisti
Daemonis virtutem;
Quarum precibus
Pie nobis supplicantibus
Tribuas salutem.

In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. O felix Germania,
Tam decoro germine
Virginum ornata,
Beata Colonia,
Pretioso sanguine
Martyrum dicata,
Vere iuste tu laetaris,
Quae thesauro super auro
Nobili ditaris.

Brev. Frisingense imp. Augustae 1491. — In 1. Vesp. R, 4 sqq. lies: O oliva semper viva, Profluens clementia, Fac nos vere et sincere Laudes tuas etc.? — In 2. Noct. A 1, 1 Dominum prae. — A 2, 1 Iustis. — R 1, 6 redietis schützt der Reim. — Das Officium enthält mancherlei Entlehnungen; zu diesen gehören auch die hier fortgelassenen AA zu den kleinen Horen und in 2. Vesp. super Ps. Hymnen: in 1. Vesp.: Hierusalem et Sion filiae (Anal. IV, 250); ad Complet: Festum nunc celebre (Mone III, 531); in 2. Vesp.: Gaude coelestis curia (Mone III, 545).

#### 91. De sancta Ursula.

In 1. Vesperis.

Antiphonae.

- 1. Festum beatae Ursulae
  De stirpe natae regia
  Ecclesiae venerantur,
  Per quam multae iuvenculae
  Ex nobili prosapia
  Ad Christum adunantur.
- 2. Regni terreni penitus

  Contemptis pompis omnibus

  Haec Christo dedicatur,

Sed doni missi caelitus Crebris perfusa imbribus Alteri desponsatur.

- Britonum regis filia
   Anglorum regis filio
   Insigni est promissa,
   Sed virginum collegia
   Huiusmodi conubio
   A Deo sunt provisa.
- 4. Sicque undena milia
  Undenis sumptis classibus
  Intrant mare propere,

- Sed multa post praeludia Relictis suis navibus Romam pergunt prospere.
- 5. Hos et papa Britannicus
  Divina fretus formula
  Suscepit reverenter,
  Quos totus ut Seraphicus
  Spreta papali infula
  Secutus est gaudenter.

#### Ad Magnificat.

A. O increata bonitas,
O virginalis puritas,
Fac nos digne venerari
Te agnum sine macula,
Quem sancta sequens Ursula
Tecum habet quietari,
Una cum eius agmine
Magnificans te Domine.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Regi summo numinum Latria tribuatur, In quo solo virginum Haec turba gloriatur.

### In 1. Nocturno.

### Antiphonae.

- Hi sunt flores purpurei
   Ubique redolentes,
   In summi ripa alvei
   Hunc aestum non timentes.
- 2. Excelsi regis filio
  Proceres ordinantur,
  Qui virginum collegio
  Purius adunantur.
- Non timent sancti milia Populi saevientis, Cum sit in eis gratia Domini protegentis.

### Responsoria.

 Immenso regi Ursula Haec sponsa dedicatur,

- Ut fundens lumen facula
  Tota sic inflammatur,
  Puritatisque normula
  In ipsa declaratur,
- V. Pulchra, prudens infantula, Christi formata regula, Ubique divulgatur.
- 2. Diffusa fama gratiae
  Puellae venustatis,
  Ad regem venit Angliae
  Hic rumor probitatis,
  Ut fiant, petit, nuptiae
  Filio dignitatis;
- V. Mittit regi Britanniae,
   Patri tam gratae filiae,
   Rex mirae feritatis.
- 3. Docta divo miraculo
  Regis spopondit baiulo,
  Quod petit, se facturam,
  Dum se perfundat rivulo
  Undae baptismi, annulo
  Se dicit consensuram;
- V. Undeno petit cumulo Se virginumque naulo Milleno vallaturam.

### In 2, Nocturno.

### Antiphonae.

- Hi caeli tabernacula Intrant per iustitiam, Qui cordis sine macula Continent munditiam.
- Mira dictavit Dominus
   In sanctis suis terrae,
   Conservans eos protinus
   A malis saevae guerrae.
- 3. Haec undenorum milium
  Casta generatio
  Est Dominum quaerentium,
  Cui benedictio.

### Responsoria.

1. Relatu facto virginis Rex tota cum familia

- Iugo se subdit numinis Fidei cum laetitia, Vocatio fit agminis, Parantur et navigia;
- V. Dum latio fit faminis,
   Principes alti nominis
   Haec adeunt collegia.
- 2. Pontifices quam plurimi
  Iunguntur his virginibus,
  Multique magnanimi
  Relictis suis domibus
  Naves intrant castissimi
  Beatis cum agminibus,
- V. Undequaque clarissimi Concurrunt et doctissimi Altis spretis nominibus.
- 3. Acto bello pacifico
  Hi monitu angelico
  Simul convenerunt,
  Cursu relicto classico
  Pedestri qui viatico
  Romam perrexerunt
- V. Et spiritu vivifico
  A papaque Cyriaco
  Excepti exstiterunt.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- 1. Exsultantes in Domino

  Hos iustos veneremus,

  Ut sic, quod decet omnino,

  Rectos corde laudemus.
- 2. Super iustos respiciunt
  Oculi deitatis
  Et a feris custodiunt
  Haec ossa puritatis.
- 3. Sanctis caesis virginibus

  Mox Huri conturbantur

  Et a caeli concivibus

  Dei voce fugantur.

### Responsoria.

1. Summo linquente praesule Infulam papalem

- Omnes ipso consule
  Palmam ad realem
  Pro fide tendunt sedule
  Summe virtualem;
- V. Sic obtinent iuvenculae Una cum sponso Ursulae Coronam laurealem.
- 2. Huri pravi, infideles
  Audientes versipelles
  Hunc coetum remeare,
  In hos ruunt ut rebelles,
  Qui festinant ut crudeles
  Insontes sagittare;

V. Sic pro Christo hi fideles
Non reclamant, sed imbelles
Se optant illis dare.

### In Laudibus.

Antiphonae.

- Quam pulchrum est collegium, Quod sequitur vestigium, Quo Dominus regnavit, Hoc Ursulae praeconium Testatur et martyrium, Cum suis quod probavit.
- Sequentur inter lilia Undecim haec milia Pascentes se in illis, Devincunt trina proelia Et respuent haec vilia, Psallunt Deo iubilis.
- Dum sitiunt ad gloriam, Inveniunt Coloniam, Ab Huris quae vallatur, Fundentibus saevitiam In Christi mox familiam Haec tota sagittatur.
- 4. Tres sunt status hic probati,
  Igne tamen non cremati
  Manentes in camino,
  Hic virgines et praelati
  Ac proceres copulati
  Exsultantes Domino.
- Undenis his in milibus In modulis concentibus Omnes Deum laudate,

Hoc convenit fidelibus, Sic in beatis omnibus Ideo laudem date.

#### Ad Benedictus.

A. O virgo prudens Ursula,
Luce perfundens saecula
Supernae claritatis,
Tui odoris normula
Post te traxisti vascula
Internae puritatis,
Ab ima duc nos, Ursula,
Ad summa tabernacula
Aeternae deitatis.

### In 2. Vesperis.

### Ad Magnificat.

A. Miris dies haec ornatur,
Nam flos albus purpuratur
In Christi rosario,
Fragrans odor exsufflatur,
Quo iuventus adunatur
Regi cursu vario,
Sexus duplex consecratur
Atque vere coronatur
Utroque martyrio,
Sic cum suis laureatur
Ac Ursula praemiatur
Immenso denario.

Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Parisin 760. A. — Brev. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Roman. 1476 (Sessor. 69). B. — In I. Vesp. A 1, 1 sacratae Ursulae B. — A 2, 3 Hoc Christo A, Hae Christo B. — A 2, 5 perfuse A, perfusis umbribus B. — A 4, 1 militia B. — A 5, 1 Britamicus B. — A 5, 4 ut fehlt B. — In I. Noct. A 3, 4 proregentis AB. — B 3, 1 divino B. — B 3, 3 factura B. — B 3, 4 perfundant B. — B 3, 8 virginesque B. — In 2. Noct. B 1, 6 ad navigia. — B 1, 9 audeunt B. — B 3, 3 Simul omnes convenerunt AB. — B 3, 7 Ex spiritu vivifico B. — B 3, 8 que fehlt A. — In 3. Noct. honoremus B. — A 3, 3 Et a celi cum civibus A; Et a celis concivibus B. — B 1, 1 liquente A. — B 2, 2 versi belles. — In Laud. A 3, 3 Huriis B.

#### 92. De sancta Ursula.

In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Collaudemus
in sexu fragili
Triumphalis
gratiae meritum,
Veneremur
infirmi vasculi
Tam constantis
virtutis exitum;
Ortum fini
iungunt mirabili,
Dum attingunt
gloriae terminum
Consequentes
sponsum et Dominum.

Ad Magnificat.

A. O admiranda novitas Inauditae constantiae. Mundum vincit fragilitas
Dono firmata gratiae,
Tormenta ridet castitas
Amore pudicitiae,
Sic via, vita, veritas
His stolam confert gloriae.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Agnum, sponsum virginum, Omnes adoremus, Spem, decus humilium Omnes collaudemus.

### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

 Pulchra generatio, Casta, sancta, pura,

- Caritas, devotio Virginalis cura.
- 2. Agni rubent sanguine
  Puellae candidatae,
  Pari certant agmine
  Hosti trucidatae.
- 3. Iesus, doctor, rex et rector Sacri huius agminis, Sit his ductor et protector In campo certaminis.

#### Responsoria.

- 1. Chorus floris et odoris
  Offerat exenia,
  Dum pudoris et amoris
  Accendit conubia,
  Vota cordis, voces oris
  Praebeat ecclesia;
  Praeparetur iubilus,
  Contempletur animus
  Tanti festi gaudia;
- V. Virgines Deo sacratae

  Electae cum milibus,

  Currunt sponso praeparatae

  Accensis luminibus.
- 2. Christus Iesus,
   amor, lex puritatis,
   Dum descendit
   nostris in terminis,
   Unam quaerit,
   et offeruntur satis
   Margaritae
   nostris ex nundinis;
   Eius fulget
   coronae claritas
   Harum saepta
   corona luminis.
- V. Istas ignit stilla roris,
   Et venustat laus candoris
   Dei dante gratia.
- 3. Agno haerent indefesse,
  Gaudent se legem implesse;
  Hae per poenam carnis pressae,
  Cum sic mori sit necesse,
  Habent promissum bravium,
  Dum tenent Dei filium;

V. Vident, stupent, admirantur, Amant, ardent, satiantur Nec carent esurie.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Summe summi
  tu patris unice,
  Collegisti
  sacro cum agmine,
  Quod sacraras
  in matre virgine.
- 2. In amore
  tuae dulcedinis
  De te, stirpe
  mundae propaginis,
  Istis fructum
  divae pinguedinis
  Propinasti.
- 3. Gaude, sancta
  mater ecclesia,
  Generantur
  tibi sollemnia,
  Virginales
  choros ex gratia
  Praeparatos
  cernis in gloria.

### Responsoria.

1. Angelorum
 acies ordinata,
Laetans exi
 obviam puritati,
Tibi praestat
 munera candidata
Vita nostra
 subdita vanitati,
Sacros flores,
 lilia tibi grata,
Quibus sertum
 plecte divinitati.

V. Libens ergo suscipe, Haec aeternae exhibe Dona veritati.

- 2. Dantur in mundi devio
  Grata lux, iubar inclitum,
  Puro gratoque radio
  Caelí decorant ambitum;
  O puellare bravium,
  O singulare praemium,
  Mente, carne purificum,
  Florem servando lubricum
  Spernunt, tenent angelicum;
- V. Quam felix, sancta Ursula, Harum ductrix et primula.
- 3. Mundum replens
  divino semine
  Cultor, sator
  nostri confinii
  Format, firmat
  in puro germine
  Flores, fructus
  immensi gaudii,
  Normam dedit
  sacri consilii
  Nostrae carnis
  tectus sub tegmine,
  Homo Deus,
  natus ex virgine;
- V. Irroravit, fecundavit
  Rore, dulcore gratiae,
  Centenavit, ampliavit
  Sacra fructum in acie.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- Hostis carnis et saeculi
   Dira potestas vincitur,
   In hac pugna mirabili
   Corpus, cor, mens erigitur
   In lucem, ducem, terminum
   Iesum, coronam virginum,
   Dulcem sponsum et Dominum.
- 2. Collaudemus, exaltemus
  Iesum in hac victoria,
  Quí pro terrenis perituris,
  Caducis nilque valituris
  Aeterna dedit praemia.

3. O quam dulcis et utilis

Et grata commutatio,

Dum finitur transitio

Aeterna datur mansio.

#### Responsoria.

- 1. Genetrix Dei, domina,
  Regina caeli curiae,
  Te sequuntur tot milia,
  Dum virtutum et gratiae
  Gratum odorem sentiunt,
  In te latentem sitiunt,
  Volunt, amant et cupiunt
- V. Chorus hic sacer virginum Fructum tuum uberrimum.
- 2. Ad caeleste convivium
  Christus undena milia,
  Purum, sacrum consortium,
  Vocat in nocte media;
  O quam felix conubium
  Et quam felices nuptiae,
  O quam immensum gaudium,
  Quam beatae laetitiae,
  Quae carnis carent carie!
- V. Felix est aetas tenera Et puellaris gratia Donata tanta gloria.
- 3. Grata, felix Ursula, Deo cara, Per maerorum transis in gaudium, Tu de vita poena, luctu amara, Sponsa Christi, scandis ad praemium; Nos exsules in valle tenebrosa, Caecitatis ductos per devium, Suspirantes in voce lacrimosa, Recollige, perduc ad bravium;
- V. Tu virginum

  choreis es praelata,

  Virgo sacra,

  Christoque sociata.

## In Laudibus.

Antiphonae.

- 1. Admiretur omnis aetas,
  Omne gyrum saeculi
  Laudis excedendo metas,
  Nam coronis gaudii
  Christus exhibendo laetas
  Coronat suas athletas
  Se dans finem bravii.
- 2. Rore caeli superfusae
  Copia charismatum
  Excedunt metas naturae,
  Dum praecedunt immaturae
  Ad opus tam arduum.
- 3. Eligendo praeparantur,
  Patiendo conquadrantur
  Petrae sanctuarii,
  Quibus altum et excelsum
  Sursum tendens in immensum
  Surgit aedificium
  Dei sacrificium.
- 4. Benedictus, qui elegit
  In hoc choro et perfecit
  Tantum opus gratiae,
  Dum per viam puritatis
  Simul et asperitatis
  Introduxit cum beatis
  Has in thronum gloriae.
- 5. Quia, virgo Ursula,
  Praemiaris exaltata
  Cum choris virgineis,
  Nobis opta sedula
  Praemia desiderata
  Sedibus aethereis,

Prorsus nostris terminis Umbram pelle criminis.

Ad Benedictus.

A. Radio, quo decorantur
Fidei et gratiae,
Speciali roborantur
Virtute constantiae,
Spretis minis et promissis,
Blandimentis non admissis
Voce, voto,
Corde toto
Haerent regi gloriae,
Sponso pudicitiae.

### In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Istas iungit, unit, vincit in gratiam Dulcor, amor, ardor superni decoris Pulcher, purus zelus interni viroris Has athletas scribit cives in patriam, Istas vocat trahit, vehit ad gloriam Iesus Christus, lux, dux aeterni splendoris, Ubi pressis in ista valle maeroris Obtineant eius misericordiam.

Antiph. ms. Lemovicense saec. 14. Cod. Parisin. 916. A. — Brev. ms. Avenionense saec 15. Cod. Lugdunen. 468. B. — Antiph. ms. S. Desiderii Avenionen. saec. 15. Cod. Avenionen. I. C. — Brev. ms. FF. Minorum de Brageriaco saec. 15. Cod. Burdigalen. 88. D. — Brev. ms. Dertusense saec. 15. Cod. Capit. Dertusen. s. n. E. — Brev. ms. Dertusense saec. 15. Cod. Capit. Dertusen s. n. F. — Brev. Tarraconense imp. Barcinonae 1484. G. — Brev. S. Mariae de Mercede imp. Barcinonae 1560. H.

In 1. Vesp.: A super Ps. fehlt BCEFG.—R 1, 1 Eurus floris A, et odoris fehlt A.—R 1, 3 et amoris fehlt A.—R 1, 3 Refectis lampadibus. EFGH.—R 2, 12 decore luminis BCEF.—R 2, 2 legem se EF.—In 2. Noct.: A 2, 3 te fehlt ABC.—A 3, 3 Geminantur BCEF.—R 1, 2 sq. acies cordinatale causas exi A.—R 1, 3 laetaris exi B; laeta exi E.—R 1, 6 candidata fehlt ABC.—R 1, 14 Haec fehlt A.—In 3. Noct. A 1, 7 Vestrum

sponsum E, Nostrum sponsum F. — R 3, 3 Per mortem A. — R 3, 4 ducta ad gaudium EF. — In Laud. A 3, 1 Rugiendo praeparantur A. — A 4, 7 Has fehlt A. — A 5, 6 In sedibus A. — In 2. Vesp.: ad Magn. A, 1 Ista A. — Ibid. 2 in gratia A. — Ibid. 6 nitoris C. — Hiezu die Hymnen Anal. XII, No. 456, 457, 458.

#### 93. De sancta Ursula.

### In 1. Vesperis.

Super Psalmos.

A. Laetis canamus vocibus
Tot paradisi floribus,
Quas virginitas lilium,
Rosas fecit martyrium,
Quarum prece da, Domine,
Ut flore pudicitiae
Caro nostra refloreat,
Ne in aeternum pereat.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Auctori vitae
psalmis iubilando venite,
Est quia virginei
decus ipse, corona tropaei.

### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Secus decursus fluminum
   Stetit hoc germen virginum,
   Quod nulli cedens turbini
   Mansit in lege Domini.
- Flos fulsit ex Britannia, Ursula stirpe regia, Auctrix fructus virginei, Praedicans praeceptum Dei.
- Signatur super has digne Lux vultus tui, Domine, Quas tyrannus collegerat, Ut per tot unam auferat.

#### Responsoria.

 Virgo regalis Ursula, Vultu et animo pulchra, Tyranno cuidam placuit, Qui late praepotens fuit,

- V. Mittens ergo nuptam Christo Suo petebat filio.
- 2. Tyranni donis ac minis Pater pulsatus virginis Precibus fugit intimis Ad turrim fortitudinis,
- V. Hinc discrimen ecclesiae, Hinc lapsum timens filiae.
- 3. Equitatui auctoris
  In curribus Pharaonis,
  Virginum grex, similaris
  Post transitum alti maris,
- V. Aegyptum spernens cum palmis
   Domino canis in psalmis.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Auribus percepit Deus, Dum clamat grex virgineus, Et tam Ursulam servavit, Quam per hanc illas vocavit.
- 2. Oleum exstat effusum Mirabile nomen tuum, Hinc tot adulescentulae Dilexerunt te, Domine.
- 3. Ad nihilum est deductus
  Harum conspectu malignus,
  Quae se fecerunt columbas
  Caste ad fenestras suas
  In foraminibus petrae,
  In cavernis maceriae.

#### Responsoria.

Solatur patrem Ursula
 Dei narrans oracula,
 Iussa, ne hostem confutet,
 Ut spe coniugii mutet,

- V. Demandans quasi pro dote Hunc ablui baptismate.
- 2. Spondet pater coniugium, Commune fit tripudium, Tyrannus Christo subditur, Ut virgo iussit, agitur,
- V. Missis undenis navibus Cum tot virginum milibus.
- 3. Decurso iam triennio Virgines dignae praemio Natale solum deserunt Seseque mari conferunt,
- V. Hae verae Israelitae Quaerentes patriam vitae.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- 1. Mirificavit Dominus
  Gratiam suam in illis,
  Quia pars hereditatis
  Earum est et calicis,
  Martyrio candidatas
  Caeli regno fecit dignas.
- 2. Quam pulchra generatio
  Caelesti cum claritate
  Vultum sponsi quaerentium,
  Inventium, sequentium
  Paradisi per lilia
  Perpetuo candentia.
- 3. Sperantes in te, Domine,
  Gratia tua protexit,
  Ideoque te caelestem
  Sponsum laudant et sequuntur
  Laetantes et exsultantes
  In paradisi gaudiis.

#### Responsoria.

- 1. Ad portum vehuntur Tilae, Hinc ad arcem Coloniae, Post haec linquentes trieres Romam adeunt pedestres,
- V. Ad sua bella caelibum Implorare auxilium.
- 2. Dum Coloniam obsident,
  Has Hunni redire vident,
  Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

- Irruunt, virgines perimunt, Statim ab urbe fugiunt,
- V. Quos non armati milites Ense terrebant virgines.
- 3. Urbs nova Ierusalem,
  turbam tenet hanc socialem,
  Sanguineque vivae
  sua pallia lavit olivae
  Atque stolas vino,
  sic flore sacro micat bino.
- V. Ad bona summa vacans miserisque Deum prece placans.

### In Laudibus.

#### Antiphonae.

- En, lectulum Salomonis
   Ense munivit sermonis
   Fortissima ex Israel,
   Ursula, pulchra ut Rachel.
- 2. Hic quippe virginum coetus
  Dei est sponsa et lectus,
  In quo recubans quietus
  Nobiles lucratur fetus.
- 3. Veni ergo, turba Dei, Veni de Libano, veni De vertice coronanda Sanir, Hermon et Amana, De cubilibus leonum Et a montibus pardorum.
- 4. Benedictus es, Domine,
  In firmamento caelorum,
  Cuius amoris igne succensa
  Beata martyr Ursula
  Cum sui martyrii
  Beatis consortibus
  Crudeli morte vitam
  Aeternam commutavit.
- Ecce, quam pulcher est dilectus Iste ecclesiae sponsus, Quem totadulescentularum milia, Roseis coronis decorata, Sequuntur laudantes in excelsis.

#### Ad Benedictus.

A. Cum numero prudentum, Virgines beatae, sponsum vestrum

Pro nobis Christum interpellate, Ut ad amoris sui desiderium Excitet dormitans cor nostrum, Ne nos, quod intercessio Vestra prohibeat, Ad ianuam vestrae receptionis Velut fatuas nesciat.

### In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Magnificate Dominum
Omnes filii hominum,
Cuius est fortitudinis,
Si vincit pulvis et cinis;
Nam nostrum est, si perimus,
Tuum, Christe, si vincimus.
Vince mala firmans bona,
Ut cum hac virginum turba
Caelo simul conregnemus,
Quarum palmis congaudemus.

Viaticus ms. Iohannis Noriforensis ca. 1360. Cod. Mus. Bohem. s. n A.—Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. S. B.—Brev. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Capit. Cracovien. 24. C.—Brev. ms. Augustin. Bohem. saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 2988. D.—Antiph. ms. Augiense saec. 12. Cod. Carolsruhan. Aug. 60. E.—Brev. ms. Lamprechtense saec. 13. Cod. Graecen. 134. F.—Brev. ms. S. Trinitatis Pictaven. saec. 15. Cod. Semin. Pictaven. s. n. G.—Brev. Wratislaviense imp. s. l. et a. H.—Brev. Zagrabiense imp. Venetiis 1511. I.—Brev. Pragense imp. Venetiis 1517. K.—EFG haben monastische Anordnung des Ganzen.—In 1. Vesp: Super. Ps. A in G:

Adest nobis annualis
Gaudiosa iucunditas,
Adest sacrarum virginum
Gloriosa sollemnitas,
Quae pro Christo
Sua corpora tradiderunt
Et coronas perpetuas
Suo sanguine meruerunt,
Quas felix Colonia
Possidet cum gloria,
Quarum, Christe, quaesumus,
Suffragiis et precibus
Iungamur pie gaudiis
Caelestibus.

D hat in 1. Vesp. 5 AA, nämlich: Sol novus ab insula etc: 2 Istarum collegio; 3 Digne gaudent homines; 4 Istae regi gloriae, 5 Quae dum piis mentibus. Vgl. alle 5 AA Anal. V. p. 240: — B hat folgendes R:

Plaudite, astra polorum,
Tanto collegio florum
Fulgide ornata;
O decus angelorum,
Nos laetos duc ad horum
Gloriosum chorum
In regna beata.
V. Post Ursulam gratam

v. Post Ursulam gratam adducentur tibi, Christe, Britannorum natam, gloriosae virgines istae.

In 1. Noct.: haben die monastischen Hss. 6 AA, nämlich außer den drei der ersten noch die der zweiten Nocturn. A 1, 2 virgineum K. — A 2, 1 Sol fulsit ex D, Flos fulsit in K. — A 2, 4 praeceptum Domini A-K. — R 2, 2

Pater praefatus virginis K. — Die monastischen Hss. haben R 3 Solatur: patrem Ursula etc. R 4 Spondet pater coniugium etc. - In 2. Noct. Ordnung der AA und RR in EFG:

1. Vox turturis ut sonuit, Vinea Christi floruit, Dum germinant ut palmites Per Ursulam tot virgines.

2. Cyprus et nardus cum croco, Fistula cum cinnamomo,

Murra simul et aloe Decus huius sunt vineae.

3. Inter haec flos virginalis Gloria est specialis, Unde major quam angelis Homini laus est in caelis.

(Diese 3 AA stehen auch in C. in der 3. Noct.) 4. En lectulam Salomonis etc. 5. Hie quippe virginum coetus etc. 6. Veni ergo turba Dei etc. — RB: 1. Decurso iam triennio etc. 2. Equitatui auctoris etc. 3. Ad portum vehuntur Tilae etc. 4. Dum Coloniam obsident etc. — R 1, 4 Vel spe coniugii nutet K; coniugium E. — In 3. Noct.: Ad Cantica A in EFG:

Istae sunt Dei calathus, Supernis nuptiis aptus, Ubi cantica dans nova Gaudet sponsus super sponsa.

Die zwei ersten RR sind in diesen Hss. prosaisch; das dritte, das in den

andern in der 1. Vesp. sich findet, lautet:

R. Annalis orbita votorum Nobis suscitat gaudia, Dum hac die tot virginea Pro Christo caesa pandit milia,

V. Quarum in numero Cum sua duce Ursula Fulsere ut sidera Pinnosa et Candida.

R 4 prosaisch in K. — In Laud. AA prosaisch CEFG. — A 3, 4 Seyr et Hermon K. — Ad Bened. A, 1 De numero K. — Das Officium befindet sich auch in Antiph. ms. Sanctense saec. 14. Cod. Capit. Sancten. s. n. add. saec. 14. und Rrev. Paulinorum imp. Parisiis 1540. Aus E bei Mone III, 524.

#### 94. De duobus Valentinis.

Iu 1. Vesperis.

R. Principes bellatores, Mundi, daemonis victores, Praesul sacer Valentine, Cum presbytero Romano Fide sano, Viro mentis caelestinae, Miseros vestris precibus Nos solvite a nexibus Peccatorum,

V. Rogantes prece supplici, Pravo a malo triplici Liberemur, mortis horis Situemur caeli choris.

Ad Magnificat.

A. Omnes generationes Gratiarum actiones

Referant magnificando Deum, qui altis sedibus Poli locat in aedibus Martyres exaltando, Interamnis Valentinum Praesulem, mente divinum, Valentinumque Romanum, Presbyterum diaphanum, Ambos fide adornatos Sanguineque laureatos Romae sub imperatoribus Diversisque temporibus; Quibus loco sequestratis Una est sollemnitatis Communis dies, caeli quies. Horum prece nos de nece Aeternae mortis libera Et cum eis nobis reis, Christe, concede munera. 17\*

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Novum melos, carmen divinum Decantemus summo regi, Qui utrumque Valentinum Dei inhiantem legi Caelesti coniunxit gregi.

#### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. Ex honestis parentibus
  Uterque Valentinus
  Processit, quorum mentibus
  Amor ferbuit divinus,
  Per ardorem, vitae florem,
  Redolevit amor binus.
- 2. Catholice sunt imbuti
  Certos tenendo limites
  Et baptismo restituti
  Praecelsi Christi milites,
  Sic virtute et salute
  Effecti sunt praedivites.
- 3. Regulis liberalibus
  Hi beati illustrati
  Armisque spiritalibus
  Contra impetus armati
  Confiterunt, devicerunt
  Actibus militaribus.

### Responsoria.

- 1. Orthodoxa ecclesia
  Celebret sollemnia
  Aequinominorum,
  Resonet harmonia,
  Psallat clerus melodia
  Honore Valentinorum.
  Gratulentur aegrotantes,
  Qui per ipsos sunt curati
  A contagio membrorum,
- V. Nam honorent et adorent Sanctos sani et morbosi, Qui ad curam effecturam Votis sanctis operosi.
- 2. Ecce, fulgentes exemplis, Gestis, factis Dei templis Canonice sublimantur,

Ubi actus patrant almos
Et orando legunt psalmos,
Vestigia imitantur
Et sanctorum patrum iura
Servant diligenti cura
Et ad hanc suos hortantur;

- V. His docetur gens vicina, Cedit rabies beluina Cum paganis tam profanis Per doctrinam horum piam.
- 3. Alter sanctorum opifex
  Ordinabatur pontifex
  Interamnis civitatis,
  Alter presbyter sacratur,
  Per quem Roma illustratur
  Fide christianitatis,
  Ambo tamen dogmatizant
  Sacro fonteque baptizant
  Gentem paganitatis;

V. Incliti sanctique viri,
Per quos clarent actus miri
Nam perversos aqua mersos,
Dant perfectos et dilectos.

### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- 1. Noxium morbum curavit
  Sanctus pontifex infantis,
  Sed sacerdos illustravit
  Caecam virtute tonantis,
  Sic perfectos patres tantos
  Signis salus redit tantis.
- Rhetorem praesul Cratonem Quaerit cum familia, Coniugem et Ceremonem, Per presbyterum filia Uxorque pia Austeria Christi petunt ovilia.
- 3. Infirmum dux visibilis
  Prece praesul curavit,
  Sed caecam invisibilis
  Lux vera illuminavit
  Sacerdotis, horum votis
  Deus sic concordavit.

#### Responsoria.

- 1. Comperientes pagani,
  Quod hi viri Christiani
  Fecerunt miracula,
  Sani petunt et aegroti,
  Singuli per eos loti
  Vitae sumunt consilia,
  Ut attendunt, comprehendunt
  Inaestimabilia;
- V. Omnibus suadent vitare Idola et adorare Deum verum et sincerum Cor habere et timere.
- 2. Persecutio immanis
  Imminebat christianis
  Ab imperatoribus,
  Ob quod sancti mancipantur
  Siti, fame macerantur
  A saevis tortoribus,
  Qui constantes perdurantes
  Non cesserunt doloribus;
- V. Erant hi viri cultores Christique imitatores, Pro Deo mortem pati Sunt parati.
- 3. Claudius hunc fatigatum
  Presbyterum et decollatum
  Transmittit caeli floribus,
  Placidus praesulem laesum
  Virgis et capite caesum
  Triumphatoribus;
  Sic Christo grati immolati
  Diversis sunt temporibus.
- V. Caelis vecti sunt dilecti Ab angelis hi milites Laureati, munerati Sunt inter caeli divites.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

1. A populo et sociis
Sanctus praesul humatur,
Sed famulae studiis
Presbyter tumulatur,
Sic ex more cum honore
Tumba bina praeparatur.

- 2. Tumbis dehinc ex amborum
  Patent signa ingentia,
  Nam sanantur morbidorum
  Prorsus membralanguentia,
  Quod probatur et testatur
  Populi confluentia.
- 3. Omnem sanant apoplexum
  A caduca vertigine,
  Hi confortant et perplexum
  In mortis caligine,
  Qui sic binis Valentinis
  Servit ab origine.

#### Responsoria.

- 1. Romam ambo decollati
  Valentini Deo grati
  Te consecrabant sanguine,
  De patribus tuis dole
  Martyrumque festa cole
  Laeto mentis conamine,
  Ut sincero Deo vero
  Te commendent oramine,
- V. Euge, plora de beato
  Praesule a te translato,
  Deliquisti, ob hoc Christi
  Valentinos (quod) non habes
  binos.
- 2. Martyrum est transitus
  Signis monstratus caelitus
  Per multa mirabilia,
  Nam se vivos ostenderunt
  Omnibus, qui quaesierunt
  Eorum auxilia,
  Conferendo, tribuendo
  Ineffabilia;
- V. Ater Satanas fugatur, Et reliquiis prostratur Lues dira, Dei ira Sic placatur et sedatur.
- 3. Ruituro Deus mundo
  Foetulento, furibundo
  Altas columnas statuit
  Sic utrumque Valentinum,
  Per quos verbum esse divinum
  Fideles tunc non latuit,
  Et caeleste manifeste
  Regnum aeternum patuit;

V. Tales viros mundus vere Non fuit dignus habere, Quos ad astra Dei castra Vocaverunt, susceperunt.

#### In Laudibus.

#### Antiphonae.

- 1. Induti Christi milites
  Cum caelico decore
  Et gaudio praedivites
  Virtutum cum candore
  Sunt locati, adoptati
  In sedibus honore.
- 2. Revera a praesagio
  Valentini sunt vocati,
  Valentes in suffragio
  Humanae fragilitati,
  Ob hoc hymnos Deo dignos
  Canere simus parati.
- 3. Aestimabant meliorem
  Dei misericordiam,
  Quam vitam deteriorem
  Cuperent et victoriam
  Hi athletae, qui quiete
  Carpunt vitae concordiam.
- 4. Servi Domini, divino
  Benedicite vos regi,
  Qui martyres de camino
  Passionis unit legi,
  Angelorum et sanctorum
  Ut congaudeant gregi.
- 5. Consuetos exaltavit
  Eis donando salutem,
  Gloria quos decoravit
  Deus per suam virtutem,
  Renovando, reparando
  Martyrium in salutem.

#### Ad Benedictus.

A. Cornu salutis erexit
Nobis Deus, qui respexit
Exaltando, visitando
Per utrumque Valentinum,
Vita, mente caelestinum,
Veram fidem informando
Ut intemerate
Et in sanctitate
Sic vivamus, serviamus
Domino cum timore.
Quam ob rem, fratres,
Veneremur patres
Sanctos tales, immortales
Cum cantici decore.

### In 2. Vesperis.

### Ad Magnificat.

A. Christi martyres beati, Verba non acerba Renovantur In hos Valentinos, Quae palavit, dum probravit Discipulos incredulos, Anastasin non credentes: Eos signa sequuntur digna, Qui in me credunt, Daemones cedunt, In meo nomine, Sed non ab homine, Novis loquentur linguis; His claruere signis Hi Valentini beati, In terris olim locati, Qui in throno caeli dono Nunc fulgent coronati.

Brev. ms. Curiense (?) saec. 15. Cod. Arch. Sangallen. Fabarien. IX. — In 1. Vesp.: R, 11 Pravos. — Ad Magn. A, 4 in altis. — Ibid. 19 liberari. — In 1. Noct.: A 1, 3 in quorum. — A 2, 5 saluti. — A 3, 4 Contra hostis impetus. — R 1, 6 Valentini. — 1, 7 Lies: aegrotati? — R 1, 12 effectam. — R 3, 4 consacratur. — R 3, 10 que fehlt. — R 3, 13 Dat. — In 2. Noct.: A 1, 5 Lies Sic per dictos patres? — A 3, 1 Infremum. — A 3, 5 Sacerdos. — R 1, 2 viri sumunt Christiani. — R 2, 3 Ab fehlt. — R 3, 6 Lies Addit triumphatoribus oder iungit? — R 3, 9 Caeli necti. — In 3. Noct.: A 3, 3 et fehlt. — A 3, 5 binus Valentinus. — R 1, 7 Et sincero. — R 1, 9 Statt Euge stand wohl ur-

sprünglich ein Ortsname. — R 1, 10 ad te. — R 1, 11 Delinquisti. — In Laud.: A 2, 2 Valenti. — A 4, 3 Qui fehlt. — A 4, 5 et fehlt. — Ad bened. A, 12 Venerunt patres. — In 2. Vesp.: Ad Mag. A, 4 Valentinus. — Ibid. 5 dum properuit. — Ibid. 7 Anasti non credentibus.

#### 95. De sancto Victore.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Aras, tura, deos simulacraque, maxime Victor,

Prae cruce vana putas.

#### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Laudemus Dominum Victori praemia dantem.

#### In 1. Nocturno.

Antiphona.

Felix perpetuo gaudebis, Victor, honore.

Responsoria.

1. Non humana tibi
tollent incommoda pacem,
Nec iam terrori
Maximianus erit,

V. Iam nemo, Victor inclite,
Tibi nocebit amplius,
Securus omni tempore
Caeli penetras sidera.

2. Flagra, fames, carcer, plumbi quoque flamma liquentis

Membrorum vires non domuere tuas,

V. Divinitatis gratia
In te benigne splenduit,
O Victor, orbis principem
Ut prae Deo contemneres.

3. Quis tua narrabit,
Victor, miracula, quam sis
Integer in tantis
incolumisque malis?

V. Pro terreo stipendio Aeterna sumis praemia Brevique tristis tempore Longum parasti gaudium.

In 2. Nocturno.

Antiphona.

Non aestus, non imber erit tibi noxius ullus.

#### Responsoria.

- Post hoc regnanti finem moriendo minaris, Praedicens vitae quam breve tempus erit;
- V. Miranda Christi caritas, Suis propinqua servulis, In arduis doloribus Dat spiritum propheticum.
- 2. Quin tua post mortem canibus data membra cruentis,

Vindice sub gemino tuta leone iacent.

- V. Leo, feras qui maximas Solet fugare saltibus, Victoris incliti sacrum Corpus tuetur sedulus.
- 3. Neglectum Christus
  caelo misertus ab alto
  Materno curam
  funeris ipse dedit;
- V. Sanctum dari, o nefas, canis Praeter decorem et ordinem Non passus est ullo modo Vindex suorum altissimus.

In 3. Nocturno.

Antiphonae.

Nec te carnificis laedent tormenta nefandi.

#### Responsoria.

- Tu patriae referes
   primum decus, optime Victor,
   Et Mauritanae
   gloria gentis eris;
- V. Da, sancte, nobis gratiam, Ut te sequentes praevium Digni superna gratia Reddamur omni tempore.
- Inde aliis notus toto celebraberis orbe, Multaque cum votis gens tua templa petit,
- V. Quicunque forte respicit Mandata summi iudicis,

Sibi patronum te legat Ad consequendam gloriam.

#### In Laudibus.

### Antiphonae.

- 1. Perpetuo Christi flagras, o Victor, amore.
- Impia sacrilegi spernis mandata tyranni.
- Nec prece nec pretio neu poenis vinceris ullis.
- 4. Ergo iam victo moriens simul hoste triumphas.
- 5. Exuvias propriam refers ad sidera caedem.

#### Ad Benedictus.

A. Vincenti tibi manna datur clam, Victor, Olympi Ardua quo superas.

Officium S. Victoris, S. Octaviani etc. imp. s. l. et a. — Am Schluß: Haec officia in universali ecclesia dici possunt auctoritate apostolica per breve Leonis X. die V. Novembris MCCCCCXIX concessum, in ecclesia vero Volaterrana et tota dioecesi mandatum. — Raphael Reverendis patribus Capituli Volaterrani salutem in Domino. Caritate in res divinas admoniti, patres reverendi, cum nonnulla in chori dispositione atque ordine minime decenter procedere conspexeritis, inter quae sunt ea, quae ad nostros pertinent patronos, non maiorum nostrorum, sed temporum illorum vitio literis iam pene deflorescentibus ita incongrue inepteque ac citra stili venustatem conscripta, ut inter officia divinia recipi non satis ex chori dignitate videatur, cum nec cantu clero satis apta nec intellectu legentibus facilia, neu denique auditu delectabilia sint, negotium mihi dedistis, ea, quantum fas fuerit, interpolandi. Ego vero, quamvis onus meis impar viribus bovique clientelas imponi cognoverim, pio tamen officio vestroque providentissimo consilio deesse quocunque modo fas minime putavi. Igitur breviter, quod iussistis, absolvi, ubi sic me accomodavi, ut ne ornandi causa ab historiae integritate discederem neve scripti veteris, alioquin veri, auctoritati praeter stili reconcinnationem ullo modo derogarem. Anno salutis Millesimo quingentesimo decimo nono, quinto Idus intercalares sub reverendis patribus N. N. - Folgen d. Namen d. Kapitels. - Darunter: "Raphaele Palario Decano".

#### 96. De sancto Victorino.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Dum ad aram Deo coram,
 Sancte praesul, steteris,

Ora regem, iuva gregem.
Fer medelam miseris,
Qui te colunt vincti liga,
Gravi peccatorum,

Nempe nexum tam perplexum,
Fer regna ad caelorum,
Ut astare ad altare
Possimus totum aureum,
Funde precem, pelle necem,
Pro nobis ora Deum.

#### Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Regi summo gloria Invicto et honor detur, Qui sanctos in victoria Hic iuvat et tuetur.

### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Legem Dei meditatur
  Puro corde iugiter,
  Utlignum virens complantatur,
  Fert vitae fructum dulciter.
- Astiterunt Victorino
   Praesul, clerus et populi,
   Laudem uni Deo trino
   Solvunt in prece seduli.
- 3. Tu susceptor es victorum,
  Invicte agens proelia,
  Post temptamen vitiorum
  Fer robur et auxilia.

### Responsoria.

- Hic non surda capit aure Sacra evangelia:
   Si vis perfectus esse, Me sequens vende omnia, Genti Deus sic prodesse Docens vult consilia;
- V. Super mel et omnia, Christe, tua eloquia Dulcescunt ori intus.
- Qui pro Christo Domino linquit agros, terram, Et potente cum hoste agit duram guerram,

Nam castas ignit mentes, Qui formosae in aspectu Temptat vestrum velle,

- V. Verbum dulce in affaíu Fraudis repletum felle.
- 3. Dudum iactus de supernis In flamma es Averni, Tamen stratus astu sternis Pudoris vim interni; Blandit iacens resupinus, Casta non rupit foedera,
- V. Sed vir simplex columbinus Sensus planxit scelera.

#### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Deus sanctos mirificat, Probat et dignificat Carnis post certamen, Exaudit sua gratia Iustorum sacrificia, Accepturus dat solamen.
- 2. Clamorem meum, Domine,
  Exaudi et a crimine
  Me velis expiare,
  Ut corde puro iugiter
  Te Iesum amans dulciter
  Queam exclamare.
- 3. Domíne, tu praesulem,
  Ut tristem firmet exsulem,
  Consoletur flentem,
  Statuisti provide,
  Te colat amans fervide
  Sollerter docens mentem.

### Responsoria.

- 1. Iam relictis domo, patre,
  Tota suppellectili,
  Solo est contentus fratre
  Puro, valde humili,
  Alternatim obsequentes
  Servit alter alteri,
- V. Se et suas dicant mentes Deo voce celeri.

- 2. Audito evangelio
  Christi salutari
  Cordis ex desiderio
  Coepit aspernari
  Mundum cum decore
  Et omni blandimento,
- V. Eius semper laus in ore Cum omni documento.
- 3. Victorinus pio corde
  Revolvebat iugiter,
  Absque labe, absque sorde
  Ut Deum amet digniter,
  Quaerit amans in amato
  Iesu conformari,
- V. Eius lege et mandato Peroptans sociari.

#### In 3. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Confidens praesul Domino Iustitias dilexit,
   Qui vitam sine termino Dans ipsum caelo vexit.
- 2. Purus sine macula
  Valet introire
  Aeterna tabernacula
  Deo et servire.
- 3. Te Lutomysl per saecula Te, Victor, benedicat, Tu cleri lucens facula, En, audi, laudes dicat.

#### Responsoria.

- 1. Laudans regem saeculorum
  Voce delectabili
  Pangit melos canticorum,
  Via it mirabili
  De virtute in virtutem,
  In Sion Deum cernere,
- V. Qui operatus est salutem Ablato mundi scelere.
  - Cupiebat iam dissolvi
     Et esse cum Christo,
     Clamat clerus, clamat coetus:
     Pater beatissime,

Mox absolve Victorinum, Deus, hunc certissime;

- V. Omni noxa liberatum Liquit clementissime.
- 3. Caritatis cumulator
  Carpis iam sublimia,
  In coetu regni es laudator,
  (Melos) tenes vitae bravia;
  Pangit hymnos Augustinus,
  Tuus consodalis;
  Pro salute servulorum
  Devote te colentium
- V. Ora, ut sint sortes horum Cum sortibus sanctorum Post in aula regia.

#### In Laudibus.

#### Antiphonae.

- Haec cordali gaudio
   Festa recolentes
   Decore morum vario
   Regi nunc canentes.
- Nunc internali latria
   Deo serviamus,
   Ut in caeli patria
   Sortem habeamus.
- 3. Ritu legis obsequendo
  Deo vigilabat,
  Ante lucem exsurgendo
  Ipsum exorabat.
- 4. Iam sonora mente pura Victor Deo plaudat, Quem extollit creatura, Omnis aetas laudat.
- 5. Canunt sacra agmina Concentu melodiae Laudis modulamina Tibi, pater pie.

#### Ad Benedictus.

A. Spectemus nunc magnalia
Divinae maiestatis,
Nam vincula poenalia
Peccatis condonatis
Solvuntur mirabiliter
Igne caelo delapso,

Ruunt astantes pariter
Stante solo lapso,
Quem clemens Dei gratia
Revinctum sic monstravit.
Hunc sacra ad officia
Aptum acclamavit,
Eligens dignum praesulem
Amiterniae urbis;
Sese subdit humilem
Astantibus cum turbis;
Sit in aevum benedictus,
Qui visitavit plebem.

In 2. Vesperis.

#### Ad Magnificat.

A. Audi, praesul digne,
Vota et precamina,
Perduc tecum nos benigne
Ad sanctorum agmina,
Nostrae plebis pastor bonus,
Oves tuas nosce,
Lutomyslensis es patronus
Salutem nobis posce.

Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. 8. — In 1. Noct. R 2, 2 agros terram linquit. — In 2. Noct. A 3, 3 Consoletur mentem. — In 3. Noct. R 1, 3 Plangit. — R 1, 4 Via iter. — R 3, 5 Lies: Severinus? oder sollte sich hier der Verfasser nennen? — In Laud. A 2, 1 Hune internali.

#### 97. De sancto Victorino.

### In 1. Vesperis.

#### Antiphonae.

- Laudes psallat praeconio Virtutum tripudio, Mater pangat ecclesia Victorini sollemnia.
- 2. Clarus infans puer crescens Castus, prudens adulescens, Quem laudat chorus gentium.
- 3. Vita suae iuventutis
  Plena Dei laudibus,
  Vita eius spem salutis
  Amans totis viribus,
  Erogabat, quod habeat
  Servis Christi fidelibus.
- 4. Victorinus post procellam Rerum vastam petit [cellam] Psallens Christo prece munda Laudes voce cum iucunda.
- 5. Quando nactus praesularem
  Victorinus dignitatem
  Miturnia floruit,
  Magnis signis, miris, dignis
  Laudans Deum, quod per eum
  Feliciter claruit;
  Caecitatem, surditatem
  Et mutorum perniciem

Ac claudorum, podagrorum Sanat Dei pontifex.

R. Victorinus pio corde
Revolvebat iugiter,
Absque labe, absque sorde
Ut Deum amet digniter,
Quaerit amans in amato
Iesu confirmari,

V. Eius lege et mandato Peroptans sociari.

### Ad Magnificat.

A. Illustrisque martyr Christi
Pretiosus, praecellens opere,
Victorinus generose
Cuncta resignando
Et egenis cuncta dando
Magnificans Dominum,
Pro nobis orat
Dominum, qui cuncta coronat.

### Ad Matutinum.

#### Invitatorium.

Exsultemus corde pio Victorini Domino, Qui hunc fecit antistitem Tantis miraculis fulgentem.

#### In 1. Nocturno.

#### Antiphonae.

- Fuerunt duo germani, Stirpes illustres Romani, Victorinus, Severinus In lege Domini ferventes.
- Sanctissimae erant vitae Isti duo eremitae, Vigiles psalmodia Renuebant inania.
- 3. Victorinus liberius
  Serviturus Christo purus
  Desertum poscit vastius
  Prohibens fratribus
  Multiloquium.

#### Responsoria

- Gloriosus Victorinus
   Cum fratre suo Severino
   Christi iussui Domino
   Parere volentes
   Ingressi sunt solitudinem
   Propter mundi sollicitudinem
- V. Et in circuitu perfectionis Erogabant pauperibus Facultates suae possessionis.
- Servus Dei Victorinus
   Se censens, quod sic minus
   Satisfaceret eremiticae vitae,
   Exorando cupiens solitarius
   Monasticam habitationem
- V. Inveniens situm loci Subrupto lapide Cellam sibi praeparavit.
- 3. Victorinus in spelunca Iam suum firmaverat, Incolatum, vox horrenda: Vae, misera, sum perdenda, Crudis feris esca deputanda.
- V. Victorinus operam dabat devotioni,
   Toto corde insistebat speculationi.

#### In 2. Nocturno.

### Antiphonae.

- Invoco te, Domine, Serva me ab homine, Hoc loco artitudinis Sis virtus rectitudinis.
- Sanctus ait Victorinus: Verba mea audi, Deus, Per crucis signationem, Hanc seda temptationem.
- 3. Victorinus iam deprecatus Sensit, quod sit sauciatus, Tynthae hispidae contra vulnus Petit remedium fratris.

#### Responsoria.

- 1. Concernens in se Victorinus Inimici scintillam Reseravit castra maxima, Brevis sapor sceleris Reddit calculum doloris: Deus clemens sis mihi reo.
- V. Super cellam Satanas Confudebat sanctum, Sanctus suspirans Gemebundus resumebat.
- 2. Specu procreavit,
  Quo et paenituit,
  Cellam aperuit
  Manus, scisso ligno clausit,
  Quo per tres annos cibatus
  A fratre sic vivebat
- V. Praesul Victorinus,
  Vis a luce mira
  Ipsum liberavit
  Et in cathedra sua collocavit.
- 3. Sanctus Victorinus
  In praesulem electus
  Fulsit signis variis
  Sanando languidorum
  Corpora, caecorum
  Pandens clara
  Luce luminaria,
  Virtute divina gerebat
  Dei dilectionem ad omnes,

V. Dilectus Deo et hominibus, Fulcitus bonis operibus.

#### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- 1. In Domino confidendo
  Victorinus et psallendo
  Nunquam tamen desperavit,
  Sed se poenae subrogavit
  Voluntate propria.
- 2. Fac me tecum habitare, Domine, quia memor fui Iustitiae tuae solius.
  - 3. Laetabor in virtute
    Tua, Domine,
    Et super salutare tuum
    Exsultabit cor meum
    In aeternum.

#### Responsoria.

- 1. Imperatore sub Nerva
  Aureliani proterva
  Mens irata fervide
  Sanctum iubet Victorinum
  Suspendere super rivum
  Aquae valde foetidae.
- V. Plebs implorat,
  Sanctus orat:
  O Domine,
  Exaudi me
  Pro te invocantibus.
- O celebris archimandrita, Spes et salus in hac vita, O virtutum lucerna, O pontifex venerande, Fulci nos superna laude;

V. Praesta, pater, constantiae Lucem, facem concordiae Ad aeterna gaudia.

3. Felix sidus medicinae,
Lucens ut sol, Victorine,
Vera spes ecclesiae,
Hostis qui sis tutela,
Adversus morbos medela
Tempore angustiae;

V. Salve, praesul et patrone, Tu sis salus nostrae coronae.

#### In Laudibus.

#### Antiphonae.

- 1. Mirabilis Dominus,
  Quem sanctus Victorinus
  In caeli laudat curia
  Spreta mundi gloria.
- 2. Victorini constantia, Quae servit cum laetitia Christo, post exsilium Sumpsit caeli praemium.
- 3. Virtutem Dei gloriae Victorinus victoriae In aethere contemplatur Et cum sanctis gloriatur.
- 4. Sol, luna, benedicite
  Et laudem Deo dicite,
  Victorinus in caelestibus
  Orat pro suis fidelibus.
- 5. Praesul alme Victorine,
  Possessor caeli gloriae,
  Te laudant turbae caelestinae,
  Triumphantem hodie
  Inter choros angelorum
  Monarchiae,
  Audi voces canentium.

#### Ad Bendictus.

A. Corpus terrae commendatur,
Anima caelo donatur
Per angelos deportata
Ad amoena caeli prata;
Voces sonant praelatorum,
Gaudent chori angelorum,
Dum Victorinus sanctorum
Adest contubernio.

### In 2. Vesperis.

### Ad Magnificat.

A. Felix ista patria,
Victorinus in qua natus,
Felicior, cui prodigiose
In praesulem datus

Felicíssima Luthomisl, miraculose O benigne tu patrone, Ora pro nobis Deum.

Requiem ubi elegit;

Brev. ms. Plagense saec. 15. Cod. Plagen. s. n. — In 1. Vesp. A 3, 3 Vitta. — A 4, 2 Rerum vasa petit. — Ad Magn. A, 3 generosa. — Ibid. 8 ad Dominum. — In 1. Noct. R 2, 4 Manus manu. — In Laud. A 3, 2 Victorinum. — A 5, 6 Lies Coelestis monarchiae? — Hiezu der Hymnus Anal. IV, Nr. 480. In demselben ist 7, 1 zu lesen Csesar Nerva.

### 98. De sancta Werehurga.

In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Virgo beata Dei,
cuius sacra festa diei
Corde celebramus,
rege nos prece, ne pereamus,

Esto tuis viva, Wereburga, salus et oliva.

Ad Matutinum.

Invitatorium.

Ad fontem vitae, sitientia corda, venite, Cui moriens vivit, sacra quem Wereburga sitivit.

Ad Nocturnos.

Ant. seu Resp.

- Regis erat patris, reginae filia matris, Filia Sexburgae sanctae mater Wereburgae.
- Huius origo rosae
   quam floruerit generose,
   Ethelrida parens
   testatur in ordine clarens,
   Est cui Sexburga
   soror et neptis Wereburga.
- 3. Linea regalis
  Christo sanctimonialis,
  Cui copulata datur
  virgo Wereburga sa cata,

Intrat Eligensem coetum vitando forensem.

- 4. Post obitum regis
  Ulferi subiuga legis
  Subdere cervicem
  gaudet virgo genetricem,
  Iamque Deo patri
  fit praevia filia matri.
- Rex Ethelredus,
   iniens per saecula foedus
   Cum Domino caeli,
   monachus fit mente fideli,
   Exemplum patruo
   dat Wereburga suo.
- 6. Clauditur aucarum
  cuneus gregis indomitarum.
  Virginis huius agros
  depopulantis et arva,
  Quae veniam rogitant
  nec tecta domestica vitant.
- 7. Agmina captiva laxat pietatis oliva, Et miseretur eis virgo Wereburga choreis.
- 8. Cumque recessissent volucres nec avem reperirent,

Quam puer occuluit,
quaeque retracta fuit;
Conveniunt, resonant,
per verba murmura donant,
Fit querela gravis,
ne revocetur avis.

 Ad questus tales abscondita redditur ales, His Wereburga favet, fur male facta payet.

- Cum pietatis homo
   premeretur ab iniquitate,
   Est egressa domo
   sacra virgo fluens pietate.
- 11. Corruit ante pedes
  supplex Wereburga lanistae,
  Huic orans veniam

sed parcere noluit iste.

- 12. At dum sponsa Dei
  scelus omne suae rabiei
  llli detexit,
  Deus os post terga reflexit.
- 13. Luce sub aeterna
  contemplans regna superna
  Ante Dei faciem
  perpetuum que diem,

Quo sponso plaudis dans illi cantica laudis, Nos prece sidereo da, Wereburga, Deo.

- 14. Sponsa redemptoris,
  Corpus spoliata laboris,
  Intrat promeritae
  Wereburga cubilia vitae;
  Laus sit honorque Deo,
  quo fulgurat aucta tropaeo.
- 15. Mira Dei manus aetherei facit intus et extra,
  Dum veras firmasque seras frangit sua dextra,
  Stant foras insomnes,
  intus sopor occupat omnes.
  Corpus suscipiunt,
  laeti de funere fiunt.

Cod. Londinen. (cl. S. Mariae de Ruford) Titus DXXIV. saec. 12. — In der Handschrift ist alles Vorstehende ohne Abteilung als ein fortlaufendes Gedicht geschrieben. Indes läßt der fehlende Zusammenhang und das sich deutlich als solches insinuierende Invitatorium erkennen, daß ein Reimofficium vorliegt, ohne daß es weiter möglich wäre zu bestimmen, welchen Platz in demselben die einzelnen sei es Antiphonen, sei es Responsorien einnahmen. —

#### 99. De sancto Wilhelmo.

### In 1. Vesperis.

### Antiphonae.

- 1. Gaude, mater
  fecunda liberis,
  Quae serpentis
  dum caput conteris,
  Tuis caelos
  alumnis aperis,
  Quos victores
  coniungis superis.
- 2. Grates Deo
  reddamus seduli,
  Qui sublatis
  aerumnis saeculi,
  Quod non novit
  cor, auris, oculi,
  Nostro gratis
  concessit praesuli.

- 3. Sub aetate Guillermus tenera
  Blandis parcens
  elegit aspera;
  Dum virtuti
  sic datur opera,
  Legem carnis
  lex domat altera.
- 4. Iam gaudere
  nolens ad modicum
  Adulescens
  elongat publicum,
  Mundum sibi
  cognoscens vitricum
  Pompam fugit,
  evadit lubricum.
- R. In agendis loco ducis Instans preci verae lucis Implorabat radios,

Crebro legit in scripturis, Quibus doctus de futuris Casus cavet noxios; Sic praeventus de supernis His scrutatur in lucernis Motus mentis proprios.

V. Ut virtutum in affectu
Fetus gestet varios,
Virgas habet in aspectu
Gestus patrum praevios.

### Ad Magnificat.

A. Magnifice divinis laudibus Vota reddat exsultans anima, A quo sumpsit esse cum viribus, Reparari cum drachma decima, Quam sponsavít ornans monilibus Et a paucis vexit ad plurima, Cum hanc iunxit supernis civibus Veritatis iam cibans azyma.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Exsurgamus
mente iam sobria,
Nos populus
et oves Domini,
Pro collata
Guillermo gloria
Laudes eius
reddamus nomini.

### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

Christi paret
 Guillermus legibus
 Actu foris,
 intus memoria.

Legem vitae tenet in moribus, Et in lingua lex est clementia.

- 2. Helisaei
  tenens consortium
  Iugum spernit
  ferre cum impiis,
  Ne cum illo
  portet repudium,
  Qui pro iugis
  se privat nuptiis.
- 3. Cor dilatat
  diffusa caritas,
  Quo plus iustum
  artat afflictio,
  Sic Hebraeis
  surgit fecunditas,
  Quanto maior
  urget suppressio.
- 4. In conspectu
  divino dirigit
  Gressus mundam
  percurrens orbitam,
  Viam rectam
  consultus eligit
  Se per artam
  restringens semitam.
- 5. Elevatur
   ad nutum gratiae
  Nostra spirans
   ad auram aquila,
  Escam mentis
   contemplans acie
  In superna
   vitali simila.
- 6. Ut quiete

  cum sponso dormiat,
  Nidum sibi

  ponit in arduo,
  Montem petit,

  ut turbam fugiat
  Christo iunctus

  amplexo mutuo.

### Responsoria.

- 1. Primum sonet
  in laude praesulis
  Conditoris
  honor et gloria,
  Qui diffusis
  donorum rivulis
  Patrem nobis
  dedit in patria,
  Cuius vita
  quam digna titulis,
  Certa [nobis]
  probant indicia.
  V. Signis fulget fide plenus
  Clarum gerens ortum, genus
  Ex illustri Gallia.
- 2. Flos erumpens in novella
  Planta puri corporis,
  Ne laedatur a procella
  Circumventi pectoris,
  Munda transit carnis cella
  Scirpi clausus in fiscella
  Foedi fluxus temporis;
- V. Non irrumpit cordis templum, Quod fit casus in exemplum Sub elapsu temporis.
- 3. Ne seducant mundi vana
  Cor illustris pueri,
  Sensus regit aetas cana,
  Fiunt opes oneri,
  Iam concepta mente sana
  Mox exsurgens in montana
  Subit raptu celeri;

V. Christum sequens pacis via Nudus fugit cum Helia Sub umbra iuniperi.

4. Igitur cum ambitu
Spreta mundi cura
Ductus est a spiritu
Sub claustri censura
Commutans cum habitu
Pro summis casura,
Per quod in introitu
Non formidat dura;
Dreves, Historiae rhythmicae, VII.

V. Spe suspensa muneris Relevatur oneris Amore pressura.

#### In 2. Nocturno.

#### Antiphonae.

- 1. Ingressurus
   praesul oraculum
   Mentis vultum
   lavat a maculis,
   Fons emanat
   iugis per oculum,
   Labrum supplet
   factum de speculis.
- 2. Vitam petit,
  quam dat dilectio,
  Fides et spes,
  his pro virtutibus
  Quaerit pulsans,
  sub hoc ternario
  Tribus gaudet
  amici panibus.
- 3. Super aquas
  cum Noe fabricat
  Arcam cordis
  complens in cubitum,
  Cum et mundi
  contemptum applicat,
  Actionis
  finalem exitum.
- 4. Recte laudes
  attollunt strenuum,
  Quem non flectunt
  a recto prospera,
  Iuste gaudet
  de fructu manuum,
  Quem commendant
  in portis prospera.
- 5. Hymnum dicat
  praesens collegium,
  Christum decent
  ipsum praeconia,
  Qui assumpsit
  in regni solium

- Patrem replens bonis in gloria.
- 6. Huius odor
  ut cedrus Libani
  Vitae bonis,
  mortis ad exteros,
  Qui nunc gaudent
  ad sonum organi,
  Sed in puncto
  ruunt ad inferos.

#### Responsoria.

- 1. Summo tendens in amore
  Per voti expendium
  Gradus coepit a timore,
  Sic per septenarium
  Scandens gustus in sapore
  Firmat aedificium.
- V. Factus summi nutu regis Dux Karoliloci gregis Pastor et praesidium.
- 2. Pater sanctus, dum consultum
  Tenet solitudinis,
  Pascens sibi consepultum
  Summi gregem numinis,
  Ut det palmes fructum multum,
  Purgat mentem, corpus cultum
  Iugo reddit ordinis;
- V. Ne clamoris det tumultum Terra deflens hominis.
- 3. Servit Iacob pro Rachele
  Per vitae septennium,
  Urit aestus, sed querelae
  Sopit amor taedium,
  Ad amplexus traxit Liae,
  Gemens cedit fraudi piae
  Morem videns patrium.
- V. Delicati somnum thori Turbat lippa, cum labori Sanctum datur otium.
- 4. Adhuc latens in deserto
  Lucerna sub modio
  Dare lucem in aperto
  Procedit in medio,

Minat oves gressu certo, Vagam ponit in lacerto Reportans ab invio;

V. Clamat vigil oculus, Quod sit praesul sedulus In ovili proprio.

#### In 3. Nocturno.

#### Ad Cantica.

A. In canticis labiorum

Laudis sibi laxet lorum

Vox una laetantium,

Rachel plorans consolatur,

Vox in Rama iam mutatur

Maeroris in gaudium.

#### Responsoria.

- 1. Hic primatu fungitur
  In sede Biturica,
  Nec virtutum fabrica
  Flatu laudis quatitur,
  Supra petram figitur
  In virtute modica:
- V. Frustra rete iacitur, Dum pennatis tenditur In aspectu pedica.
- 2. Forma gregis populo
  Gestis monstrat oculo
  Leges aequitatis,
  Mel perfectis pabulo,
  Lac ad potum parvulo
  Sub lingua primatis,
  Verbum non adulterat,
  Dum dictis aequiperat
  Facta probitatis.
- V. Iugum tollit umeris, Quod imponit ceteris Doctor veritatis.
- 3. Sub undenae pondus horae
  Sudans ab infantia
  Sero facto de labore
  Vocatur ad praemia;
  Denario gaudet pari
  Stella fulgens singulari,
  Sumpturus duplicia.

- V. Nova iusto lux est orta, Transit luctus, cum absorpta Mors est in victoria.
- 4. Pater, precum in hac hora
  Sub noctis silentio
  Nostra tibi sit decora
  Laus, placens devotio;
  Sic concordent mens et ora,
  Quod post mortem sine mora
  Tu sis nostra portio.

V. Pater sancte, gregem fulci Ducis prece tuo dulci Nos fovens in gremio.

### In Laudibus.

Super Psalmos.

A. Vocem laudis
 affectus iubilo
 Deo solvens
 te, grex, exhilara,
 Melos cordis
 cum vocis sibilo
 Dat iucundum
 psalmum cum cithara.

### Ad Benedictus.

A. Benedictus rex invictus,
Dux patris ad bravium,
Qui conflictus vicit ictus
Graves ferens hostium,
Ut vi mortis arma fortis
Frangens, vires sontium,
Nos in portis ditet sortis
Dans supernae gaudium.

### Ad Horas.

Ad Primam.

A. Primo mane
iunctus agricolis
Exit vitis
patris ad opera,
Nil commune
gerens cum subdolis
Diem portat
et aestus pondera.

#### Ad Tertiam.

A. Ter exponit verberi
Reducens itineri
Cum mago iumentum,
Fami, flagris, operi,
Carnis quaerens conteri
Lascivae fermentum.

#### Ad Sextam.

A. Sexta fiunt tenebrae,
Dum cor inflammatur,
In qua sancto celebre
Nomen occultatur,
Ne quid cernant palpebrae
Quo mens extollatur.

#### Ad Nonam.

A. Novem regis cubitorum
Lectulus ostenditur,
Cum coetibus angelorum
Novem praesul iungitur
Quo quiete post laborum
Aestus Deo fruitur.

### In 2. Vesperis.

### Antiphonae.

- Mane nobiscum vespere,
   Ne nox subrepat scelerum,
   Dans precum patris munere
   Rectos progressus operum.
- Agat cor vigil spiritu
   Vices, dum pausant corpora
   Litis sopito strepitu
   Pacis succedant tempora.
- 3. Nullo iam fine clauditur
  Vivens iusti memoria,
  Cuius ubique spargitur
  Lucens signorum gloria.
- 4. Mors in piscina corruit

  Languens sub eius pedibus,
  Opem, qua cunctis affluit,
  Pastor non neget ovibus.

18\*

Ad Magnificat.

A. Magnificat
sponsum in numine
Sponsa, cuius
trina potentia
Trinitatis
splendet imagine,

Trinae dotis
iam fulgens gloria,
Pio cuius
sponsus precamine
Nos ascribat
ad vitae praemia.

Brev. ms. Wettingense saec. 13. Cod. Aaraugien. W 7. A. — Antiph. ms. Hilariense anni 1632. Cod. Hilarien. V. B. — In B fehlen Matutin und Laudes. — In 1. Vesp. A 1, 3 sq. Quae caput serpentis conteris B. — A 3, 2 Guilelmus B. — Ad Prim. A, 6 cum fehlt B. — Ad Tert. A, 3 Cum in agone iumentum B. — In 2. Vesp. A 1, 2 fratris B. — A 2, 1 vigili B. — A 3, 4 signorum memoria B. — Hymnen: Ad Vesperas: Iesu corona celsior (Anal. IV, 259); Ad Complet.: Enixa est puerpera (Rom. Forsch. IV, 489); ad Tert: A solis ortus cardine (Ibid. 489 sq.). In A von anderer Hand die Worte beigefügt: "Frere Nicolas liger religieux de Barbenn." Ob dieselben auf den Verfasser hinweisen?

#### 100. De una Electa.

### In 1. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Laudemus Christum Dominum
In hac sancta famula,
Quae post carnis terminum
Inventa sine macula
Gaudet in regno luminum
Cum Christo in saecula,
Qui solvat mole criminum
Nos eius prece sedula.

### Ad Matutinum.

Invitatorium.

Corde et voce Deum cuncti laudare venite, Qui dedit aeterna [Hedwigi] gaudia vitae.

### In 1. Nocturno.

Antiphonae.

- 1. In sancta sua famula
  Deum admirabilem
  Laudemus mente sedula,
  Omnibus laudabilem.
- Ancillae Christi opera Virtutum narrent aethera, Caeli gaudent per saecula.

3. [Hedwigis] conversatio

Exstitit angelica,

Cuius nos oratio

Trahat ad regna caelica.

Responsoria.

- Gaude, sponsa Iesu Christi, Pro quo terrena sprevisti, Sed ad Christum pervenisti, Quem toto corde dilexisti.
- V. De valle miseriae Transisti ad regem gloriae.
- Salve hostium triumphatrix, Mundi, carnis superatrix, Tu clara virtutum operatrix,
- V. Salvatoris imitatrix, Sis nostra pia suffragatrix.
- 3. Laus tibi Christe, rex amabilis, Per quem triumphat sexus fragilis,

Cui contra hostes victoriam Das et virtutum gratiam.

V. Quia gloria virtutis sanctorum Tu es, Iesu bone, et merces eorum.

In 2. Nocturno.

Ad Magnificat.

 Exaudi nos, Dei famula, Et duc ad vera gaudia,

- Memor esto te laudantium Tui memorum fidelium.
- 2. Tu templum sancti spiritus, Quod illustravit caelitus, Nobis praeclara domina, Defer Christi solamina.
- 3. Mors tua est triumphalis, Memoria immortalis Et gloria perennalis.

#### Responsoria.

- Quae spretis mundi lubricis
   Laetaris in hymnidicis
   Choris angelorum canticis,
   Audi preces plebis supplicis,
- V. Fruens gaudiis caelicis Et praemiis magnificis.
- 2. Haec Dei prudens famula
  Laudavit usque ad mortem
  Dominum mente sedula,
  Quam sanctorum fecit consortem;
- V. Translata ab exsilio, Regnans in caeli solio.
- 3. Sancti spiritus unctio

  Te salutis oleo unxit

  Et divino solacio

  Te sanctis suis coniunxit,
- V. In caelesti hierarchia Decoratam aeterna gloria.

### In 3. Nocturno.

### Antiphonae.

- 1. Omni desiderio
  Tendens ad caelestia
  Omnis tua actio
  Fulsit sanctimonia.
- 2. Humilium exaltatio
  Est Christus et salvatio,
  Filia Sion angelica
  Audit exsultans cantica.
- 3. Quae Dominum iugiter
  Toto corde dilexit,
  Hanc ipse feliciter
  Ad aethera provexit.

#### Responsoria.

- 1. Thesauro sui sanguinis
  Margaritam comparavit,
  Hanc Christus et in luminis
  Perennis throno locavit,
- V. Gratia sacri flaminis
  [Hedwigem] sanctificavit.
- 2. Ave, veneranda domina,
  Tu sanctitate eximia
  Caeli transcendis limina,
  Cum de maerore ad gaudia
  Et de labore ad praemia
  Translata es caelestia;
- V. Perenni gaudes gaudio Dei corregnans filio.
- 3. Nobis tua sollemnia
  Devote recolentibus
  Esto, mater, propitia
  Nos tuis iuvans precibus,
- V. In hac die laetitiae Fer nobis donum gratiae.

#### In Laudibus.

### Antiphonae.

1. Induta Dei famula
Virtutum pulchritudine
Regnat cum Christo per saecula

In caelesti lumine.

- 2. Haéc de valle tristitiae Intrans regnum lactitiae Regnat cum rege gloriae.
- 3. Haec ad Christum iugiter
  Pervenire sitivit,
  Cui vivens feliciter
  In sanctitate servivit.
- 4. Benedicimus Dominum,
  Qui [Hedwigem] laudabilem
  Post huius vitae terminum
  Exaltavit humilem.
- 5. Senes cum iunioribus
  Exaltent nomen Domini,
  Qui nos [Hedwigis] precibus
  Sanctorum iungat agmini.

#### Ad Benedictus.

A. Virtutibus decorata
[Hedwigis] Christo servivit,
Caritate inflammata
Iesum sponsum concupivit,
A quo gloria coronata
Caeli gaudium introivit,
Haec nos iuvet prece grata,
Quae cum Christo semper vivit.

### In 2. Vesperis.

Ad Magnificat.

A. Ancillam suam humilem,
Rex Christus exaltavit,
Dum post vitam flebilem
In caelo hanc locavit,
Quae nobis placabilem
Deum reddat, quem amavit.

Brev. ms. Pedepontanum anni 1398. Cod. Meliten. Pragen. 8. A. — Brev. ms. Waradinense anni 1460. Cod. Vatican. 8247. B. — Brev. ms. S. Annae Pragen. saec. 16. Cod. Pragen. XII D. 3. C. — Brev. FF. Praedicatorum imp. Venetiis 1514. D. — A giebt das Officium als de s. Maria Aegyptiaca, C als de sancta Hedwige, BD als de communi. — In 1. Vesp. Super Ps. hat B die folgende A:

Dies adest lactitiae, Qua carnis soluta nexibus N. rex gloriae Iunxit sanctorum coetibus, Prece cuius, Iesu pie, Nos iunge caeli civibus.

Ad Magn. A, 7 a mole C. — Ad Matut. das Invitatorium lautet in C:

Laudemus in saecula regem saeculorum,

Qui beatam Hedwigem, matrem orphanorum

Coaequavit meritis sanctorum.

In 3. Noct. R 1, 2 Hanc margaritam C. — R 2, 1 O veneranda C. — Hymnen: In 1 Vesp.: Gratuletur ecclesia (Anal. XXIII, Nr. 143); in Laud.: Haec summi regis famula (Ibid. Nr. 144).

# ANHANG.

# BRUCHSTÜCKE VON REIMOFFICIEN

in Cod. Colonien. 28.



1. Achatii et sociorium martyrum, 22 Iunii. 1º [fol. 97 b]. Zwei Antiphonen unbekannter Herkunft. A ad Magn.:

Magna laude,
Gaude, plaude,
Ecclesia, totis viribus,
Fecundata,
Decorata
Millenis martyribus,
Qui in cruce
Christo duce
Vicerunt minas gentilium,
Flagellati, morti dati
Sequuntur Dei filium,
Qui est vera salus [mera]
Spes et rector humilium.

Quem orate,
Impetrate,
Ut post carnis exsilium
Nobis pacem
Det veracem
Aeternum et auxilium.

A. O Achati, Hermolae,
Elyethes, Menelae,
Et Albine, duces fortes,
Impetrate nos consortes
Esse sempiternae lucis
Per virtutem vestrae crucis.

2º [fol. 168a]. Noch folgendes R gleichfalls unbestimmter Herkunft:

R. Adest dies veneranda,
Digna laude celebranda,
Qua mundana exsilia
Transcendunt decem milia.
V. Ista dies laeta conservetur sine meta.

2. Adriani martyris, 4. Martii, [fol. 142b]. Zwei AA, die beide dem Officium Anal. XXV, Nr. 4 fremd sind:

A. Pie martyr et modeste,
Congaudes sanctis honeste,
Amictus [es] alba veste
Nunquam transitorie;
Nos supplices laudantes te
Conserves ab omni peste
Et perducas ad caeleste
Iubar verae gloriae.

A. Magne martyr Adriane,
Flos Graecorum, odor Galliae,
Detergat nostra crimina
Tua cruoris purpura,
Ut Deum nostra anima
Magnificet per saecula.

3. Agricii, episcopi Trevirensis et confessoris, 13. Ian. [fol. 58 a]. Inv., A ad Magn. in 1. Vesp., A ad Magn. in 2. Vesp., A ad Bened. aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 5.

4. Alardi abbatis, 2. Ian. [fol. 237 a]. Folgende Verse, die einem Officium, die aber auch einer Sequenz oder einem Hymnus entnommen sein können:

O virum nobilem, De terra caelibem, De terra genitum Iam caelo redditum; O pater celebris, Alarde, filiis Adesto precibus
Nostris et laudibus,
Pulsis serpentibus
Et malis omnibus
Opem fer, quaesumus,
Nobis assiduus.

- 5. Albani, presbyteri et martyris, 21. Juni [fol. 55 a]. Folgende Bruchstücke eines unbekannten Officiums:
  - Inv. Sanctorum regi iubilemus laude celebri, Qui dedit Albano secum regnare beato.
    - A. Celebret laetus sollemnia gaudia coetus Martyris Albani caelo terraque sacrati.
    - A. Inclitus Albanus, fidei virtute probatus, Exponendo fidem sectas damnabat ibidem. In manibus sumptum caput a cervice revulsum Illuc adducit, ubi nunc in pace quiescit.
- 6. Albini [sic], protomartyris Britanniae, 22. Junii [fol. 65b]. Auf das Inv. ein B und A, die sämtlich prosaisch sind, folgt:

Inclitus Albinus, non vulpinus sed ovinus, Mentes vulpinas prece corrigat atque lupinas.

Salve, sancte pater, Britannorum genteque martyr, Cis eras atque pater tu marquetyrum modo frater, Proque tuis caris dominantem namque precaris.

> Ave, protomartyr Anglorum, Miles regis angelorum, O Albine, flos martyrum Velut rosa vel lilium, Funde preces ad Dominum Pro salute fidelium.

Da letztere A de communi und auf viele Heilige angewandt ist, den vorstehenden Leoninischen Versen aber nicht anzusehen ist, ob sie zum Officium zählen oder nicht, bleibt es zweifelhaft, ob dies zum Teil rhythmisch war oder nicht.

- 7. Alexandri, martyris Lugdunensis, 24. Apr. [fol. 153a]. Eine A, ad Nunc dimittis?
  - A. Ave, clemens martyr Christi,
    Sancte Alexander,
    Serto fulgens aureo,
    Audi preces humilium
    Ad te pie clamantium;
    Conserva nos vigilantes
    Et custodi dormientes,
    Ut in Christo vigilemus
    Et in pace quiescamus.
- 8. Alexii confessoris, 17. Julii, [fol. 90b]. Nur folgende Verse ohne Bezeichnung und unbekannter Herkunft:

O lilium munditiae Relinquens sponsae thorum, O rosa patientiae Probra ferens servorum, Diu latens es viola Factus humilitatis, Iunge potens caelicola Nos, Alexi, beatis. 9. Ambrosii, episcopi Mediolanensis, 1° 4. Aprilis [fol. 57b]. In keinem der bekannten Officien finden sich die Bruchstücke unserer Hs.:

Inv. Cuncti laetemur, Christum regem veneremur, Qui dedit Ambrosio regna superna pio.

A. Magnificat ecclesia
Te vota per fidelia,
Christe Iesu salvator,
Per quem nobis Ambrosius
Veritatis egregius
Est datus praedicator,
Obscuras qui prophetarum
Nobis voces fecit clarum
Lumen voce sedula
Huius prece duc in caelos
Nos, Deus, ut tibi melos
Solvamus per saecula.

A. O praesul admirabilis,
Doctor veritatis,
Vere desiderabilis
Odor suavitatis,
Nobis sis affabilis
Motu caritatis,
Ambrosi amabilis,
Et da claritatis
Regnum, ne nos instabilis
Mundus vanitatis
Abstrahat a pabulis
Verae deitatis.

Am Rande ist sodann ohne nähere Bezeichung nachgetragen:

Ave, Ambrosi, doctor egregie, Clarum lumen militantis ecclesiae, Digne sacerdos et pontifex, Deo placens bonorum opifex, Tuis nunc dignis meritis Solve nos nexu criminis Et post cursum huius vitae Participes facias Sempiternae vitae.

Hierauf folgen noch vier Strophen ex hymno. Die erste beginnt mit den Worten: Ambrosius, vir fidelis.

2° 7. Dec. [fol. 220 a]. A O flos cleri principalis, übertragen von Augustin; vgl. Anal. V, S. 137.

10. Amoris confessoris, 8. Oct. 1° [fol. 62a]. Nur das Invitatorium ist metrisch:

Sanctus Amor sensu verbo factisque beatus, Usibus hic frugi propriis et largus egenis.

2° Zwei weitere prosaische AA [fol. 87b]. — 3° [fol. 201 a]:

R. Adiuva nos, pater sancte, Te rogamus, Amor pie, Et tu semper miserere Orantium toto corde.

V. Funde preces Domino pro nobis, Alme Amor, in saecula. A. O Amor, venerande confessor, Caelestis patriae adoptivus posses-

Contra malignos spiritus Sis nobis defensor, Et pro delictis, quaesumus, Apud Doum pius intercessor.

11. Annae, matris B. M. V., ohne Datum, [fol. 235a]. Zwei AA und ein R aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 19.

12. Aniani, episcopi Aurelianensis, 17. Nov. et 14. Jun. [fol. 62b]. Inv. A ad Bened., A ad Magn. 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XIII. Nr. 10.

13. Annonis, archiep. Colonien, 4. Decemb. [fol. 52b]. Inc.: In Annonis annua veneratione. Invit., 1 A, 2 RR u. eine pros. A aus dem Reimoff. Anal. XIII, Nr. 11. Am Schlusse noch:

O rosa rubens, vernula, Candescens mundi lilium, Fecundi fructus plantula Anno, pontifex Christi, Gregem fratrum simplicium Aspiciens, compatiens Fove, quos genuisti.

Derselbe wieder [fol. 75a]. 1 A und 2 RR aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 11.

- 14. Anscharii, episcopi et confessoris, 2. Feb. [fol. 237b]. A ad Magn. 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 12.
- 15. Anselmi, archiepiscopi et confessoris, 21. Apr. [fol. 82b]. Nur eine A:

Inclite doctor, ave, praeceptor idonee, salve Tu lumen caecis, tu das vestigia claudis, Solamen maestis precibus pia vice rependis; O praesul pie, Anselme, nobis miserere.

- 16. Antonii, abbatis et confessoris, 17. Jan. 1° [fol. 93b]. Die rhythmische A ad. Magn. Dies ista celebris etc. sowie das Invit. Iubilemus voto pari gehören zu einem verbreiteten, im übrigen aber ganz prosaischen Officium. Vgl. z. B. Brev. Romanum completissimum, Venetüs 1525, S. 251 u. f. 2° [fol. 128b]. Eine unbekannte A: Collaudantes veneremur Beatum Antonium etc.
- 17. Antonii, confessoris ordinis minorum, 13. Junii [fol. 59b]. Invit. und 1 A aus dem Offic. Anal. V, Nr. 42; Strophe 1 des Hymnus En gratulemur hodie Mone III, 203.
- 18. Apolloniae virginis, martyris, 9. Feb. 1° [fol. 111b]. Die A Christi martyr (al. Virgo Christi) egregia, Anal. XXV, S. 108, sowie die folgende:

O martyr Apollonia, Quae malens per incendia Christi sequi vestigia Quam verba fari turpia, Dolorem passa dentium Tu culpas tolle mentium Pro nobis orans Dominum, Ut caeli det fastigium.

- 2° [fol. 137 b]. Eine A unbekannter Herkunft, an die sich wieder Virgo Christi egregia etc. anschließt:
- A. Laetetur mater ecclesía In hac die sacra Beatae virginis Apolloniae sanctificata, Quae hodie ad aethereum

Thalamum sublimata
Apud Christum regnat coronata.
O beata Apollonia,
O pia consolatrix miserorum,
Intercede pro nobis ad Dominum.

- 19. Arnoldi confessoris, citharoedis, 18. Julii, [fol. 111a]. A ad Magn. 2. Vesp. aus dem Offic. Anal. XXV, Nr. 38 in zwei AA aufgelöst.
  - 20. Arsenii, 19. Julii, [fol. 177b]. Ein R ungewisser Herkunft:
    - R. Exemplar morum nec non speculum monachorum,
      Arseni (pater) clarum nos duc per iter tibi;
      Huius deserti fac nos intendere bellis,
      Ut tecum certi iungamur in aethere stellis.
      V. Cernere fac tecum Christum gandereque secum

V. Cernere fac tecum Christum gaudereque secum, In quem desiderant angeli prospicere. 21. Asellae virginis, 6. Dec. [242a]. Die folgenden Verse werden in der Handschrift als Rigmus bezeichnet.

Virginis Asellae statum
A te dudum approbatum,
Immo prius in se natum
Ac deinde consummatum,
Bone Deus, memorantes
Et ob eam te laudantes,
Quantum possumus, precamur,
Ut hic ita mereamur
Vivere, quod per eandem
Plene te fruamur tandem.

22. Attalae virginis, 3. Dec. [fol. 115b]. Nur eine A:

Insigni laude gaude, pia contio, plaude, Plebs, Attalae festo iubilum de corde modesto. Luce sub hac caelis fuit insita virgo fidelis; Hace favet aegrotis, sanos fovet optima notis.

23. Athelberti, regis Angliae et martyris, 20. Maii [fol. 83a]. Zwei AA, die auf ein Officium zu deuten scheinen:

- A. Salve, martyr Athelberte,
  Flos et decus Angliae,
  Hoste strato detur per te
  Tuae pax ecclesiae,
  Apud Christum impetretur
  Cum augmento gratiae.
- A. Inclinatos tuae laudi, Rex et martyr, nos exaudi, Tua prece placa Deum Et offensum da placatum Summi regis filium.

24. Athelberti, regis Cantiae et confessoris, 24. Febr. [fol. 83 a]. Zwei AA eines unbekannten Officiums, die erste augenscheinlich A ad Magnificat:

- A. Magnificat miraculis
  Athelbertum divinitas,
  In quo cunctorum oculis
  David fulsit humilitas,
  Salomonis serenitas
  Et Ezechiae veritas,
  Quem gratiarum titulis
  Sollemnem fecit populis
  Iosiae benignitas.
- A. Rex Athelbertus angelis
  Coniunctus in caelestibus
  Suos alumnos protegat
  Et Anglis pacem tribuat,
  Ut Christo semper serviant
  Et serviendo gaudeant.

25. Auctoris, episcopi Trevirensis, 20. Aug. [fol. 221 b]. Die zwei ersten AA und das R der 1. Vesper aus dem Officium Anal. XIII., Nr. 16.

26. Augustini, episcopi Cantuariensis, confessoris, 26. Maii [fol. 83 a]. Folgende A, die dem Officium Anal. XIII, Nr. 17 fremd ist:

Anglorum primas et pontificalis honestas, Augustine pater, meritis nos protege semper, Ne laedat zabulus, commisit quos tibi Christus.

27. Aureae virginis, abbatissae, 4. Oct. [fol. 76b]. Zwei AA, wie es scheint, aus einem Officium:

A. Sicut bona margarita
decoratur laurea,
Sic virginum fulget chorus
et ornatur Aurea.

A. Beata virgo Aurea,
Fulgens in choro virginum,
Compta caelesti laurea,
Pro nobis ora Dominum.

28. Autberti, episcopi Cameracensis et confessoris, 13. Dec. [fol. 58b]. Invit., A und R. Nur das Invit. ist in gereimten Hexametern abgefast, R und A prosaisch, wie das ganze Officium. Dann folgt Str. 1 aus dem Hymnus Autberte praesul inclite (Anal. XII, Nr. 151); endlich:

Ave, pontifex Autherte, Cuius virtutes expertae Renident et solamina, Quae fiunt illis apertae, Qui pulsu fidei certae Tua quaerunt iuvamina. Per te gratia divina
Lapsis confert levamina,
Rogamus sancte, pater te,
Fer opem, da precamina
Pro nobis et gravamina
Procul a nobis averte.

V. Christi confessor caelos, Autherte, decorans, Sis intercessor pro nobis iugiter orans.

Ob dies Stück ein R, ein Tropus oder etwa ein Reimgebet, bleibt ungewiss.

29. Barbarae, virginis ac martyris, 4. Dec. [fol. 92b]. Invit.: Adoremus regem regum, Anal. XXV, S. 120. Dann folgen zwei AA unbekannter Herkunft, von denen die zweite als A ad Magn. bezeichnst ist:

A. Laus, honor, benedictio,
Salus, gratiarum actio
Sit nunc atque perpetuo
Glorioso Dei filio,
Qui Barbarae hoc certamine
Digne pro merito
In sui caeli palatio
Caelesti coronavit bravio.

A. Virgo, cuius magna devotio,
Cuius oris iusta confessio
Testificata et scripta est sanguine proprio,
Obtineas nobis a Dei filio,
Ut nobis tribuatur peccatorum remissio,
Et finito praesentis huius [vitae] exsilio
Nobis concedat in caeli solio
Tecum sanctorum beato frui consortio.

Hierauf A ad Magn.: O pulchra praecipuum etc. Anal. XVIII, S. 31.

30. Bartholomaei apostoli, 1° 24. Aug. [fol. 99b]. A 1 und R 1 aus der 1. Noct. des Officiums Anal. V. Nr. 50; nachgetragen zwei prosaische AA.

2° in crastino conceptionis, [fol. 234b], translat. Eine A unbekannter Herkunft: Audi servorum clemens pia vota tuorum etc., die dem angezogenen Officium fremd ist.

- 31. Basini, episcopi et confessoris, Kal. Jan. [fol. 62b]. Alles prosaisch. Am Rande: O praesul admirabilis etc. wie oben bei Ambrosius.
- 32. Basini, episcopi et confessoris, 4. Martii. [fol. 142b]. Nur eine A ungewißer Herkunft:
  - A. Salve, praesul Deo digne
    Basis templi, o Basine,
    Funde preces creatori,
    Nostro parcat ut errori
    In hac vita misera.
- 33. Beati presbyteri, 26. Julii, [fol. 180 a]. Zwei AA, wie es scheint, aus einem Officium, aber entlehnt:
- A. Magna te Deum cantica
  Clara decent per omnia,
  Cuius virtute dexterae
  Sanctus(Beatus) splendet in aethere;
  Eius nos, Iesu, precibus
  Peccati solve nexibus.
- A. O sancte pater Beate,
  Nos a mundi munda sorde,
  Aufer offendicula,
  Inter hostes via tuta
  Deduc nos [iam] resoluta
  Peccatorum nebula.
- 34. Benedicti, abbatis et confessoris, 1° 21. Martii, [fol. 95a]. A ad Magn. und Invit. aus dem Officium Anal. XXV, Nr. 145. 2° 11. Julii [fol. 175b], translat. Zwei AA unbekannter Herkunft:
  - A. Ave, pater Benedicte,
    Monachorum dux invicte,
    Tuis nos suffragiis
    Deo notos fac et gratos
    Ac monastice probatos
    Vitae testimoniis.
  - A. Sanctissime Benedicte, Egregie dux invicte, Perduc nos ad viam rectam, Ad regionem electam.
- 35. Benigni, episcopi et martyris, 1. Nov. [fol. 64b]. Aus einem von Anal. XVIII, Nr. 13 verschiedenen Officium:
  - Inv. Martyris egregii recolentes festa Benigni Psallamus Christo, quem decet omnis honor.
    - R. Sancte Benigne, Christi martyr, Audi rogantes servulos etc.

Da dies R auf zahllose Heilige verwertet ward, bleibt es zweifelhaft, ob ein Reimofficium vorliegt.

36. Berlindis virginis, Idibus Sept. [fol. 239b].

O pia Berlendis nobis insiste tuendis, Iam assumpsisti sponsalia dulcia Christi, Inclita sponsa Dei, memor esto per omnia nostri, Ut tua precatio sit consolatio nostra. Sancta Dei, tenebras dignare repellere nostras Acquirens nobis aeternae gaudia lucis.

37. Bernhardini, ordinis Minorum, 20. Maii, [fol. 106a]. Folgende A oder Invit. [?] unbekannter Herkunft:

Patris sancti Bernhardini Memoriam recolamus, Tamquam vel [l. veri?] peregrini Patriam repetamus.

Darauf folgt die A: (O) splendor pudicitiae etc. Anal. XXV, S. 159.

38. Bertini abbatis, [fol. 191b]. Verse unbestimmter Herkunft, mit V. bezeichnet:

Gloria sanctorum, Deus, accipe vota tuorum Nosque tuas laudes in Bertino venerantes Respice placatus nostros solvendo reatus.

39. Bertulphi confessoris, ohne Datum, [fol. 235h]. Invit., eine A und ein (prosaisches) R aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 25.

40. Bernwardi, episcopi et confessoris, 1º 20. Nov. [fol. 221a]. In

vit., drei AA, ein R aus dem Officium Anal. V. Nr. 53.

2° 16. Aug. [fol. 221b], translat. Bernwardus vita, moribus etc. als A bezeichnet, eine Str. aus dem Hymnus Anal. XI, Nr. 149; dann A O gemma Saxoniae etc. Anal. V, S. 157.

41. Bibìanae (Vivianae), virginis et martyris, 2. Dec. [fol. 115b]. Nur folgende A (Sequenz?):

Ave, summi regis sponsa,
Sancta virgo Viviana,
Martyr caelo coronata
Cum caelesti gloria,
Supplicamus, nos commenda
Christo regi, gloriosa,
Ut a vita aerumnosa
Ducat ad caelestia.

42. Birgittae viduae, 23. Julii, [fol. 108b]. A Rosa rorans bonitatem etc. Anal. XXV, S. 162; A O Birgitta, murrae gutta etc. ebenda S. 165; A Ministrans pauperibus etc. ibid. p. 163.

43. Blasii, episcopi et martyris, 3. Feb. [fol. 77b]. A Ave praesul honestatis etc. Anal. XVI, S. 62.

44. Calixti, papae et martyris, 14. Oct. [fol. 60a]. Aus einem von Anal. XVIII, Nr. 17 verschiedenen Officium:

Inv. Omnes iubilemus
Deumque laudemus
Mortis pro victoria,
Qui Calíxto sedem
Dedit in mercedem
Cum sanctis in gloria.

Ut tuorum sanctorum In coetu sine metu Simus mortis ab examine.

A. O rex Christe, da, quod iste Martyr bonus sit patronus, Iuvet nos precamine, A. O Calixte, quo felix [te]
Supernorum gaudiorum
Condelectat portio,
Nos gaudentes
Et psallentes
De te tibi
Iungas [ibi]
(In) sanctorum consortio.

45. Cannici abbatis, 11. Oct. [fol. 202b]. A ad Magn. 1. Vesp. aus dem Officium Anal. XXV, S. 185 und die A Ave confessor nobilis etc. a. a. O. S. 187.

46. Castoris, presbyteri et confessoris, 4. Feb. 1° [fol. 54b]. A ad Magn., Invit. AA ad Bened. et Magn. 2. Vesp. aus dem Offic. Anal. XIII, Nr. 32. 2° [fol. 89b]. R Sanctus Castor a puero etc. Anal. l. c. sq., das aber als A bezeichnet ist; dann A ad Magn. in 2. Vesp.

47. Clarae virginis, 12. Aug. 1 [fol. 89a]. A Francisci pia [l. prima] plantula etc. Anal. V, S. 158, sowie eine unbekannte A: Instar solis speciosa, Clara virgo generosa etc.

2º [fol. 184b]. Die A Salve sponsa Dei etc. a. a. O. S. 159.

48. Colendae virginis, 13. Maii [fol. 223 b]. Nachtrag einer späteren Hand (saec. 15/16):

Speciosa iam in caelis Virgo simplex et fidelis Coram Deo gratulatur, Iam in sponso delectatur, Iam videt, quod optaverat, Iam habet, quod amaverat.

Haec amando triumphavit
Et in fine transvolavit
Ad palmam victoriae,
Ubi cum sanctis ceteris
Oret pro nobis miseris
Regem caelestis gloriae.

49. Colomanni martyris, 13. Oct. 1° [fol. 203 a]. R Iesu sequens vestigia etc. Anal. XIII, S. 96. — 2° [fol. 220b]. A Benedictus sit Dominus etc. 1. c. p. 98.

50. Columbae, virginis et martyris, 31. Dec. [fol. 56b]. Enthält Inv., R, A eines unbekannten Officiums. Da aber R und A prosaisch sind, dürfte das Officium ganz oder doch zum Teile ein prosaisches gewesen sein. Das Inv. lautet:

Emicat alma dies, Christi depromite laudes, Sanguine qui sponsam voluit decorare Columbam.

51. Conceptionis B. M. V. 8. Dec. 1° [fol. 116]. R Hodie concepta est etc. Anal. V, S. 51; A: Ave, decus virgineum etc. Ibid. p. 47. Außerdem die A:

Salve, virgo gratiosa,
Mater Dei gloriosa
In caelesti curia,
Tota pulchra, praeelecta,
Sine labe es concepta
Speciali gratia.

2º Octava Conceptionis B. M. V. [fol. 118b]. Folgende Verse ohne Bezeichnung und ungewisser Herkunft:

O Maria, mater pia, Finis et exordium, Posce natum, ut optatum Det nobis remedium, Quo sanati sauciati Sine sorde vulnerum Transferamur et ducamur In sanctorum numerum.

52. Cornelii, papae et martyris, 14. Sept. [fol. 71 a]. Auf zwei prosaische AA folgt eine rhythmische, aus der ein Schluß auf ein ehensolches Officium nicht zu ziehen ist:

A. O praesul honorabilis,
O martyr venerabilis,
Praesenta summo numini
Preces devotas populi,
Ut nobis per tua merita
Pandatur caeli ianua.

53. Coronae spineae Domini nostri, 4. Maii, [fol. 96 a]. Invit: Iubilemus hodie, Anal. V, S. 40 und A ad Magn.: Consecrator coronae spineae ibd. p. 42 in not.

54. Cuthberti, episcopi Lindisfarmensis, confessoris, 20. Martii 1° [fol.81a] Zwei AA, von denen die eine prosaisch, die andere rhythmische de communi ist: Ave praesul gloriose, Ave sidus iam caeleste etc. — 2° [fol. 146a]. Eine A; ob einem Officium entnommen?

A. Qui Raphaelem Tobiae dedit medicum, Cuthberti genu languidum Suum sanat per angelum.

55. Cyriaci martyris et sociorum, 16. Martii et 8. Aug. [fol 85b].

A. Vir inclitus Cyriacus,
Martyr Domini pretiosus,
Succensus igne divini amoris
Constanter sustinuit supplicia passionis,
Aeternam meruit palmam
Et sempiternam coronam.

56. Cyrilli episcopi, 5. Martii, [fol. 225a]. Invit. aus dem Officium Anal. XXV, Nr. 82 sowie eine A unbekannter Herkunft: O Cyrille patriarcha, incola Carmeli etc.

57. Dalmatii, 7. Dec. [fol. 241b].

A. O amande vir Dalmati,
Quamvis eras hic probati
Moris et unius prorsus,
Tyrannorum tamen morsus
Propter fidem te vexarunt
Nimis et martyrizarunt;
Poscimus, ut per te demur
Tales hic, ut hinc salvemur
Tecum Deo famulantes,
Exsultantes, iubilantes.

- 58. Divisionis apostolorum, 15. Julii, [fol. 98b]. Zwei AA aus dem Officium Anal. V, Nr. 22.
- 59. Dominici confessoris, 1° 5. Aug. [fol. 90 b]. Nur die A: O lumen ecclesiae etc. Anal. XXV, S. 241. 2° 24. Maii [fol. 162 a], translat. AA ad. Magn. 1. et 2. Vesp. aus Anal. XXV, Nr. 86.
- 60. Donati martyris, 7. Aug. [fol. 183a]. Die A super Psalmos 1. Vesp.: Celsa sancti praesulis etc. aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 40.
- 61. Dorotheae, virginis ac martyris, 6. Feb. [fol. 94a]. A: Ave, gemma virtuosa etc. und Invit. aus dem Officium Anal. V, Nr. 56.

62. Dunstani, archiepiscopi Cantuariensis, confessoris, 19. Maii, 1° [fol. 83b]. Nur eine A, aus der wohl nicht auf ein rhythmisches Officium geschlossen werden kann:

Euge nunc, Dunstane pie, Ex hominibus assumpte, (Arch)angelis Dei coniuncte, Nostri, pater, memorare Et pro nobis preces funde, Ut in aevum [te] laudare Possimus (Deum) perenniter.

Lässt man die Worte laudare und perenniter ihre Stellen wechseln, wird der Rhythmus der beiden letzten Zeilen hergestellt.

2° [fol. 160 b]. Folgende, das "Ave regina caelorum" imitierende Verse sind dem Officium S. Edmundi (Anal. XIII, Nr. 43) entlehnt:

Ave, gemma confessorum,
Ave, dux et doctor morum,
Salve sanctitatis rosa,
Mundi lampas luminosa.
Gaude, pater pietatis,
Summae sidus honestatis.
Vale, vernans flos Dunstane,
Et pro nobis preces funde.

63. Duthaci, episcopi et confessoris, 8. Martii, [fol. 143b]. Ein R und zwei AA eines verlorenen schottischen Reimofficiums:

R. O sancte Duchate,
Confessor mitissime,
Deprecamur te,
Serve Christi, devotissime,
Ut plebs tua tuis precibus
Suscipiatur in caelestibus.
V. Qui laetaris in militiae

Caeli contubernio.

- A. Omnes a periculo
  Fideles salvantur,
  Qui devotis precibus
  Duchatum precantur.
- A. Deum benedicite, cunctae creaturae, Qui Duchato contulit caelum sui iure.

64. Dympnae virginis, 15. Maii, [fol. 159b]. Zwei AA, welche in dem Officium der Heiligen Anal. XXV, Nr. 87 fehlen:

A. O castitatis lilium,
Virgo, decus regium,
Sponsa Christi Dympna,
Celebrantes tua sollemnia
Post hoc merendi spatium
Supernis iunge civibus.

Ave, martyr gloriosa,
O Dympna egregia,
Patri carnis odiosa,
Christo regi gratiosa
Fidei constantia,
Tua prece pretiosa
Nos a morte aerumnosa
Vera due ad gaudia.

A. Ave virgo speciosa

65. Edmundi, episcopi et confessoris, 16. Nov. [fol. 81b]. Die beiden AA der ersten Vesper. Dann folgt:

A. Ave, mire [!] clarissime Sanctorum confessorum, Ave, decor dignissime Rector[um] et pastorum, Ave tutor piissime Cunctorum afflictorum, Edmunde sanctissime, Patrone Anglicorum, Virtutem tuam exprime In tutela servorum. 66. Edmundi, regis et martyris, 20. Nov. [fol. 213a]. Nur folgende A, dieselbe, die auch weiter unten bei Edward:

Ave, rex gentis Anglorum, (Ave) miles regis angelorum, O Edmunde, flos martyrum Velut rosa vel lilium, Funde preces [ad Dominum] Pro salute fidelium.

[fol. 81a] steht dann noch irrig unter Edmund, Bischof, das folgende, vielleicht einer Sequenz entnommene Bruchstück:

Confessor Christi Edmunde,
[Tu] pro nobis preces funde
Mariae, virgini(s) fecundae
Deitatis gratia.

Maria, regina mundi,
Per preces regis Edmundi
Munda nos, ut simus mundi
In Dei praesentia.

- 67. Edwardi, regis et confessoris, 7. Jan. [fol. 70 b]. Zwei AA:
  - A. Ave, sancte rex Edwarde, inter caeli lilia Meritis tuis exornas regnantes in gloria, Nos omnes te diligentes duc ad vera gaudia.
  - A. O decus ecclesiae, Pie rex Anglorum, Exemplar iustitiae, Lex et norma morum, Post finem angustiae, Mortis et laborum Praesta dono gratiae Regnum beatorum.
- 68. Edwardi, regis et martyris, 18. Jan. [fol. 70a]. Drei AA, von denen eine prosaisch, eine andere de communi, eine dritte rhythmisch ist. Ob Bruchstücke eines Officiums vorliegen, scheint zweifelhaft. Die beiden letztgenannten AA lauten:
  - A. Rex, per quem ecclesia fuit sublimata, Per quem tota Anglia est [l. fuit] honorata, Cui semper iustitia fuit comitata, Nobis Christi gratia da regna beata.
    - A. Ave, rex gentis Anglorum,
      Miles regis angelorum,
      O Edwarde, flos martyrum
      Velut rosa vel lilium,
      Funde preces ad Dominum
      Pro salute fidelium.
- 69. Elisabeth viduae, 19. Nov. [fol. 105b]. A ad Magn. und Inv. aus dem Officium Anal. XXV, Nr. 90.
- 70. Elisaei, prophetae et confessoris, 14. Junii, [fol. 85 b]. A ad Magn. (2. Vesp.) und A ad Bened. aus Anal. XXV, Nr. 94; A ad Magn. (2. Vesp.) aus Anal. XXV, Nr. 95. Außerdem:
  - A. O Helizee, propheta nobilis, Carmelitarum pater nobilis[!], Christo corregnans in caelestibus, Confer opem tuis supplicibus.
- 71. Elyphii martyris, 16. Oct. [fol. 108a]. Aus einem unbekannten Officium:

Inv. Ad laudes vitae cuncti iubilando venite, Qui fovet Eliphium pro Christi nomine passum. A. O magna et gloriosa Regis aeterni purpura, Inclite martyr Elyphi, Caelum, terram(que) perornasti Hinc merito, hinc exemplo; Unde nobis prece sancta Posce vitam in saecula.

72. Elzearii, die Cosmae et Damiani, [fol. 234b]. A ad Magn. und R 1. der 1. Noct aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 44.

73. Emmerici confessoris, 3. Sept. [fol. 191a]. A ad Magn. Ave, flos nobilium etc. Anal. V, S. 166.

74. Erasmi, episcopi et martyris, 3. Junii [fol. 78a]. Folgende Teile eines unbekannten Reimofficiums:

Invitatorium.

Imitemur affectanter
Christum vocis iubilo,
Ut Erasmi glorianter
Laetemur suffragio.

A. Erasmi ob meritis[!]
Coronam se diligentibus
Confert vitae Dominus,
Sicut promisit patribus,
Abrahae et semini eius.

A. Adest dies laetitiae,
Qua Dominus respexit,
Cum ex valle maestitiae
Erasmum erexit.

A. O martyr Christi inclite,
Precibus assidue
Ora pro desolatis,
Ut [1: Et], quam optamus, veniae
Conferre nobis tribue
Vitam cum beatis.

75. Erici, regis Succiae et martyris, 18. Maii, 1° [foi. 91a]. A Ave, martyr pretiose etc. Anal. XXV, S. 286. -- 2° [fol. 160 b]. A 1 der 1. Vesp. und R 2 der 2. Noct. ibid. p. 285 sq.

76. Erkenwaldi, episcopi et confessoris, ultimo Aprilis [fol. 73a]; nur eine A:

O decus insigne nostrum pastorque benigne,
O lux Londoniae, pater Erkenwalde beate,
Qui super astra gaudes [1: sedes] Deum spectare per aevum,
Aspice laetantes tua gaudia nos celebrantes
Et tecum vitae fac participes sine fine.

77. Eskilli, episcopi et martyris, 6. Oct. [fol. 201a]. A ad Bened. aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 1, aber mit dem Anfang: O pontifex egregie, fidei lucerna.

78. Ethelredis, virginis nobilissimae, 23. Junii [fol. 75b]. Nur eine A:

Flos regalis Ethelreda,
Sponsa, virgo, vidua,
Monialis, abbatissa,
Regina dulciflua,
Mente, carne non marcescis
Vivens neque mortua,
Famulorum sis tuorum
Adiutrix assidua.

79. Eugeniae, virginis et martyris, 5. Dec. [fol. 218a]. Zwei AA unbekannter Herkunft:

A. Eugenia clarissima,
Virilis abbas femina,
Spreta turpi Melantia
Pro luxus elephantia
Gaudet caelesti curia.
Parentes eius idola
Philippus atque Claudia
Damnant in Alexandria

Reperta cara filia Pudica cum familia Negando mundi vilia.

A. Christus propter Eugeniam Convertit Alexandriam Praestando sibi gratiam, Confundens idolatriam.

80. Eulaliae, virginis et martyris, 10. Dec. [fol. 117a]. Nur eine A:

O Eulalia formosa, Sponsa Christi gratiosa, Plena caeli gaudiis, Quem tu semper dilexisti, Pro quo mori non sprevisti, Placa nobis miseris.

## Darauf: Item 12. Feb.:

- A. Tertia iam dena moriens Eulalia plena
  More, boni vena fuit orbi, luna serena.
  Nuda flagellatur, oleo sua mamma crematur,
  Plumbo temptatur, ignita calce probatur,
  In fornace Iesum caelestem palpitat esum,
  Quae nos prece pia perducat in aethera summa.
- 81. Euphemiae virginis, 16. Sept. et 13. Apr. [fol. 222a]. Zwei AA und ein R aus dem Officium Anal V, Nr. 59.
- 82. Eutropii episcopi et martyris, 18. Jan. [fol. 70a]. **B** 2 der 3. Noct. aus dem Officium Anal. XIII, S. 136.
- 83. Evergisli, episcopi Coloniensis et martyris, 1°24. Oct. [fol. 104a]. Aus einem verlorenen Officium:
  - A. Assunt nobis festa
    Sancti Evergisli sollemnia,
    Cuius veneranda victoria
    Martyrum refulget in gloria;
    Per eius pretiosa vulnera,
    Christe, tuis condona scelera.

Inv. Collaudemus regem sempiternum Qui regit terram, mare, infernum, Cuius ope currens in stadio Evergislus fulsit martyrio.

R. O martyr digne meritis praesulque benigne,
 Evergisle, Dei nos praesenta faciei,
 V. Martyr eximie, nobis 1) placato regem gloriae.

2° 38. Martii [fol. 147b], in translatione. Eine weitere A:

A. Caelitus admonitus Bruno meritis redimitus, Praesul vicesimus quartus vel nomine primus, Exstitit almarum translator reliquiarum.

Diese A könnte indes auch zu den eingangs charakterisierten Distichen unserer Quelle gehören.

<sup>1)</sup> Vielleicht zu lesen: Martyr nobis eximie; der V. bestünde dann aus jambischen Dimetern.

84. Evodii, episcopi et martyris, 6. Maii, [fol. 231 a]. Folgende Verse die dem Officium Anal. XXVI, Nr. 5 fremd sind:

Ave, pontifex Evodi, Dudum sic amator modi Et insignis martyr Christi Christo dante qui fuisti Et nunc secum coronatus Es aeterneque beatus, Poscimus, pro nobis ora, Ne laedamur mortis hora.

85. Ewaldorum martyrum, presbyterorum, 1° 3. Oct. [fol. 101b]. Inv., A ad Magn., R 3 der 3. Noct. aus dem Officium Anal. V, Nr. 60.

 $2^{\circ}$  16. Nov. [fol. 216 b], translat. 4 AA aus den Laudes und A ad Magn. 2. Vesp. aus demselben Officium.

86. Farae virginis, 7. Dec. [fol. 242 a]. Folgende Verse ohne Bezeichnung und schwerlich in liturgischem Gebrauch:

Farae, virginis praeclarae, Cuius festa celebrare Gestaque commemorare Convenit et honorare, Quae contempta pompa mundi Se decrevit agni mundi Semet osculo parare Ac servitiis aptare. Quaesumus, o virgo Fara, Sit ut nobis vita clara.

87. Firmini, episcopi Ambianensis et martyris, 25. Sept. [fol. 197b]. Folgende A, die in den Officien Anal. XIII, Nr. 52—54 nicht vorkommt:

A. Martyr invictissime,
(Firmine) pontifex egregie,
Pius adesto servulis,
Te [pie] deprecantibus
Dissolve nexus criminum
Tu, sancte (pater), apud Dominum,
Ut tecum in caelestibus
Sanctorum iungamur coetibus.

88. Floriani martyris, 4. Maii [fol. 156a]. Eine A, die in dem Officium Anal. XXVI, Nr. 11 nicht vorkommt und deren Herkunft unermittelt; nach dem mangelhaften Reime zwischen Vers 2 und 4 vielleicht Entlehnung:

A. Rosa florens martyrii,
Inclite (martyr) Floriane,
Fragrans ad instar lilii,
Virtutum candore,
Sucurre nobis miseris,
Ut supplantatis vitiis
Tandem erigamur
Et meritorum (fulti) floribus
Beatis caeli civibus
Feliciter iungamur.

- 89. Florini 17. Nov. [fol. 212 b]. Ein R unbekannter Herkunft:
  - R. O pie Florine, flos caelice, cui sine fine
     Pro meritis perpes vernat super aethera merces,
     Nobis clementem precibus fac cunctipotentem,
     V. Ut sibi nos vere det nunc semperque placere.
- 90. Francisci confessoris, 4. Oct. [fol. 102a]. Invit., AA ad Magn. A. et 2. Vesp. aus dem Officium Anal. V, Nr. 61.
- 91. Fusciani et sociorum martyrum, 11. Dec. [fol. 118a]. AA ad Magn in 1. et. 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 56. 2° [fol. 237b]. Dieselben AA nochmals.
- 92. Gangolphi martyris, 13. Maii 1° [fol. 64a]. Aus einem leider unbekannten Officium:
  - Inv. Ad laudem Domini vigiles iubilando venite, Munere cuius habet Gangulphus gaudia vitae.
    - R. O decus ecclesiae, martyr pie, sancte patrone, Te collaudantes audi, Gangulphe, clientes.
    - V. Post finem carnis nobis fer gaudia lucis.
    - A. Fulget sole Deo, cuius virtute tropaeo
      Est sublimatus et luminis arce locatus,
      Qui prece nostrorum propellat taetra malorum.
- 2° [fol. 89 a] noch eine weitere A in anderem Versmaß:
  - A. O Gangulphe pie, hone, Cordis nostri cellulas Purga iuvans in agone Tuos prece vernulas Trinitatique compone, Laudes ut dent sedulas.
- 93. Gatiani, episcopi Turonensis, 16. Dec. [fol. 238a]. Zwei AA, die wohl keiner Historia entlehnt sind.
  - A. Copiosae caritatis Gatiane pontifex, Tu qui rerum perditarum gaudes privilegio, Nobis redde, supplicamus, bona quae perdidimus, Ut exutos gravi carne iungas caeli civibus.
  - A. Ave, decus Turonense, Gatiane, praesul pie,
     Signum lampadis accensae Peregrinis huius viae,
     Consors lucis et immensae Iungeris hierarchiae,
     Da pro nobis iam propense Christo preces et Mariae.
- 94. Genovefae virginis, 3. Jan. [fol. 124a]. Außer einer prosaischen die A ad Magn. des Officiums Anal. XVIII, Nr. 26.
- 95. Gerardi, abbatis Broniensis, 3. Oct. [fol. 222 b]. Folgende zweifellos einer historia entnommene Bruchstücke:
  - A. O Gerarde, pater alme, Gregi tuo vires palmae Da virtutis cum bravio, In conspectu summi regis Ut tu pastor tui gregis. Gratuleris consortio.
  - R. Alma stirpe natus miles fuit iste beatus Christi castrorum, dux ter sex coenobiorum. His petimus castris nos eingat et inserat astris.
  - V. Quos pavit in innocentia cordis et in intellectibus manuum suarum deduxit.

- A. Miles emeritus, meritorum lumine clarus, Ad fontem vivum sitiens plenusque dierum Deposito fragilis tandem velamine carnis Christi lucifluam Iesu transmigrat ad aulam.
- A. Alme pater, caeli sidus, pia spes miserorum, Ante Deum caeli fer vota precesque tuorum.
- 96. Gerardi, episcopi Tullensis et confessoris, ohne Datum, [fol. 111 a]. AA ad Magn. et Bened. aus dem Officium Anal. XVIII, Nr. 31.
- 97. Gerlaci, confessoris et eremitae, 5. Jan. [fol. 64b]. Die Bruchstücke seines Officiums sind mitgeteilt Anal. XIII, S. 8.
  - 98. Germani, episcopi Parisiensis, 28. Maii [fol. 162b].
    - R. O Germane, pastor pie, morum virens plantula, Summi regis te collaudant frequenter miracula, Hostis saeva da prudenter praecavere iacula,
       V. Poscas nobis apud Deum vitam prece sedula.
- 99. Gerulphi pueri, martyris in Flandria, 21. Sept. [fol. 196]. A ad Magn. der 2. Vesp. Anal. XXVI, S. 66.
- 100. Gisleni, episcopi et confessoris, 8. Oct. [fol. 202a]. A ad Magn. 1. Vesp. Anal. XIII, S. 154.
- 101. Godefridi comitis, confessoris, eodem die [i. e. 13. Jan. fol. 127b]. Wie es scheint aus einem Officium:
  - R. O quanta (Godefridus) comes gratia Per clara fulget merita, Qui solum per intuitum Effugavit daemonium.
  - V. In Domino Deo virtutum Ipse ad nihilum deduxit inimicum.
  - A. Felix dies hodierna,
    In qua lactus ad superna
    Ascendit Godefridus,
    Cuius meritis praeclaris
    Salvet nos a [cunctis] malis
    Iesus, Dei filius.
- 102. Godolenae virginis, 5. Julii [fol. 173a]. Eine A ungewisser Herkunft:

A. Ave, martyr speciosa,
Christi sponsa [gloriosa],
Godolena sanctissima,
Stirpe nata generosa,
Virgo florens velut rosa,
Nutu Dei conservata,
Virgo manens immaculata
Viri per malitiam,
Post per ipsum iugulata
Et a servis es necata
Caelo tradens animam;
Unde, martyr memorata,
Nostri memor sis, beata,
Tui facientibus memoriam.

- 103. Goaris, presbyteri et confessoris, 6. Julii, [fol. 89b]. Zwei, wie es scheint, einem unbekannten Officium entnommene AA:
  - A. Laude Deo digna celebremus mente benigna Hic confessoris sollemnia sancta Goaris, Ut mereamur eum nos semper habere patronum.
  - A. Pastor summe Deus, nos respice propitiatus Pro confessoris sancti virtute Goaris Et nos custodi, cum pace tuere perenni.
- 104. Gregorii, papae et confessoris, 12. Martii, [fol. 94b]. Invit., zwei AA, ein R aus dem Officium Anal. V, Nr. 64.
  - 105. Gregorii, presbyteri et martyris, 22. Dec. [fol. 119b]. Nur folgende A:

Martyr Gregori,
Cor adaequans ori
Vota supplicum attende
Et veri amoris in nobis ignem
tuis precibus accende.

- 106. Gudila e virginis, 8. Jan. 1° [fol. 61b]. Invit., eine metrische und eine prosaische A aus dem Offic. Anal. XXVI, Nr. 27. 2° [fol. 126a]. A O pia virgo Gudila, tuis confer suffragia etc. aus demselben Officium.
  - 107. Gummari confessoris, 11. Oct. [fol. 88 b]. Eine A:

Ortus stirpe generosa Gummarus emicuit, Qui virtutum speciosa Menti puer imbuit, In spineto velut rosa Mandi falsi floruit.

Dann: Item in eius festo servetur istud suffragium:

Eia, dulcis, eia, care,
Tuis assis hic, Gummare,
Festis insistentibus,
Et hic laudes inchoare
Quos fecisti, consummare
Fac cum caeli civibus.

- 108. Harlindis et Relindis virginum, 6. Febr. 1º [fol. 115a]. Nur:
  - A. Virginis Harlindis meritis precibusque Relindis Nunc famulis miserere tuis, bone Christe, modestis.
- 2° [fol. 136b], noch folgendes R:
  - R. Castitatis margaritae,
    Harlindis atque Relindis (beatae),
    In corona Iesu sitae
    Nitentes vero signis,
    Per vos saxa
    Sunt in flores versa,
    Sex obsessi liberati,
    Caeci, claudi sunt sanati
    Divina clementia.
    V. Virginis Harlindis

meritis precibusque Relindis Nunc famulis miserere tuis, bone Christe, in saecula saeculorum [sic]. 109. Hedwigis viduae, ducissae, 15. Okt. [fol. 78a]. 1 R, 1 A und die Prosa der 1. Noct. aus dem Offic. Anal. XXVI, Nr. 28.

110. Helenae reginae, 18. Aug. [fol. 76a]. Auf drei prosaische AA folgt eine rhythmische, die sich in den Anal. IV, XVII und XVIII mitgeteilten Officien auf die Heilige nicht findet:

Haec inventrix sanctae crucis
Adimplevit opus lucis
Pio cordis desiderio,
Sacrosanctam passionem
Crucis per adinventionem
Omni venerata studio;
Gaudet ergo nunc in caelis
Dispensatrix haec fidelis
Inter angelorum milia.

111. Henrici, imperatoris et confessoris, 13. Julii, [fol. 88b]. Außer einer prosaischen A folgende Verse:

Imperatorum speculum,
Henrice rex Al(a)manniae,
Cunctis relinquens titulum
Sanctitatis eximiae,
Prece iuvans in saeculum
Devotum tibi populum.

112. Heriberti, archiepiscopi Coloniensis et confessoris, 16. Martii [fol. 73b]. Nur eine A:

Ave, vitae dux iustorum, Lux ad lucem confessorum, O confessor, flos pastorum, Heriberte, vas odorum, Funde preces flori florum Pro salute miserorum.

113. Hermelli martyris, 3. Aug. [fol. 223b]. Eine Aungewisser Herkunft:

Gaude, martyr o Hermelle, Caruisti quia felle, Iunctus nunc supernae cellae Frueris divino melle; Adversa nobis repelle, Te precamur, o Hermelle.

114. Hieronymi, presbyteri et confessoris, 1° 30. Sept. [fol. 57a]. Einem unbekannten Officium gehören die folgenden Bruchstücke an:

Inv. Veneremur praeceptorem,
Christum regem gloriae,
Ieronymum qui doctorem
Providit ecclesiae.

A. In laudem Dei de caelis Consurgat omnis fidelis Et exsultet spiritus, Ieronymus, mundi lumen,
Die quo caeli cacumen
Petiit emeritus,
Qui nos sancta iuvet prece,
Ut de peccatorum faece
Trahamur divinitus.

2° 9. Maii [fol. 231a], translat. A ad Magn. 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 40.

115. Hildegardis virginis, 17. Sept. [fol. 195b]. Folgende A, wahrscheinlich zum Benedictus und somit aus einem uns nicht erhaltenen Officium:

A. Benedictus es, Domine,
In benedicta virgine
(Hildegarde),
Cuius et habitaculum
Lustrasti per miraculum,
Quo clara [lux] apparuit,
Dum soluta carne fuit.

116. Honorati, episcopi Arelatensis, confessoris, 16. Ian. [fol. 128a]. Aus einem unbekannten Officium zwei AA:

A. Fulgens adest Honorati praesulis sollemnitas Cuius virtutum fulgori solis cedit claritas, Quo consorte caelum stupet, quo patrono terra gaudet. Honorate, pro devotis intercede, quaesumus, Et solutos faece carnis caeli iunge cantibus.

A. O praeclare Dei pontifex,
O pie cunctorum opifex
Te quaerentium,
Honorate, flos praesulum,
A Christo, rege gloriae,
Implorans locum veniae
Nos felici munere
Da beate vivere.

117. Huberti, episcopì et confessoris, 1º 3. Nov. [fol. 110 a]. RO Huberte pastor pie etc. Anal. XXVI, S. 121, als A bezeichnet; dann die prosa l. c. p. 123; endlich folgende A:

O Huberte, ubertatem Morum nobis tribue, Corporalem sanitatem Infirmis restitue Orans summam maiestatem Pro nobis continue.

2° 30. Maii [fol. 163a], translat. Außer einer prosaischen folgende zwei AA:

A. Petri clerus iucundetur
Cum laude praeconii,
(Hodie Leodium)
Praesens corpus veneretur
Praesulis eximii,
Ut eidem suffragetur
Ope patrocinii.

A. Apertum est monumentum
Gloriosi corporis,
Nullum sensit detrimentum
Vestustate temporis,
Sed illaesum est inventum
Os cum membris ceteris.

118. Hugonis, episcopi Gratianopolitani, 1. Apr. [fol. 148b].

A. O lumen ecclesiae,
Doctor veritatis,
Rosa patientiae,
Ebur castitatis,
Aquam sapientiae
Propinasti gratis,
Fundator Carthusiae,
Praedicator gratiae,
(Hugo) iunge nos beatis.

Gaude perpetuo, praedulcis, amabilis Hugo, Tu meritis plenus fidei pietate serenus, Illustris donis divinae cognitionis, Mundi calcator, Christi fervens imitator, Iustitiae forma, morum rectissima norma. O pater, exora pro nobis mortis in hora, Ut simus digni postrema luce beari. 119. Hugonis, episcopi Lincolniensis et confessoris, 17. Nov. 1 [fol. 72 a]. Nur eine rhythmische A (oder Hymnenstrophe?):

Ex finibus Burgundiae Exortum claro sanguine, Virtutum plenum gratia Hugonem tenet Anglia.

2º [fol. 85a] drei AA, die dem Officium Anal. XVIII, Nr. 97 fremd sind:

A. Hugo [iugo] subiugatus Est a pueritia,
Sanctitate sublimatus Est virtutum gratia,
Artiorem imitatus Vitam in Carthusia,
Hinc honore(m) praesulatus Functus in ecclesia;
Admiranda decoratus Signorum potentia
Aegros sanat miseratus Et pellit daemonia.
Nostros deleat reatus Ipsius clementia
Per quem fruitur beatus Hugo caeli gloria.

A. Confessor Domini Hugo vitam angelicam gerens in terris Speculum bonorum operum factus est mundo, Et ideo cum Christo iam sine fine gaudet in caelo.

Die dritte A bezieht sich auf die Translatio des Heiligen, 6. Oct.

A. O Hugo, confessor Christi, Exora pro mundo tristi, Qui nuper translatus fuisti In villa Lincolniae.

3° [fol. 212b]. Eine weitere A gleichfalls unbekannter Herkunft:

A. Praecipuus meritis et sanguine clarus avorum, Carthusiae decus fuit Hugo, semita morum, Servet ab illicitis nos actibus atque sacrorum Nos faciat monitis attentos eloquiorum.

120. Ieronis 17. Aug. [fol. 186a]. Nur eine A unbestimmter Herkunft; sodann eines der eingangs charakterisierten Distichen.

A. Sancti Ieronis gloria
 Clarescit laude populi,
 Aeterna in memoria
 Est in saeculum saeculi.

121. Ignatii, episcopi et martyris, 1. Feb. [fol. 133a]. Eine A unhekannter Herkunft, wahrscheinlich Entlebnung:

A. Victor migrat laetabundus
Ad regnum post miserias
Christi mensus vestigia,
Quam beatus, quam iucundus
Intrat ad agni nuptias,
Mira pandunt prodigia;
Eia, ergo totus mundus
Petat fundens lacrimas
Tanti patris suffragia.

122. Inventionis capitis s. Iohannis B., 24. Febr. [fol. 141a]. Nur eine A unbestimmter Herkunft:

Truncato in Arabia
Praecursore tumulatur
Caput eius in Aelia,
Quae Ierusalem vocatur,

Illic demum demonstratur, Qui in specu morabatur, Marcello cuidam monacho, Transfertur honorifice Ab eodem pontifice, Qui praeerat civitati.

123. Joachim confessoris, 1° 16. Sept. [fol. 194b]. Das Inv.: Deo cuncti inbilemus etc. Anal. XXVI, S. 140. Dann:

Salve, sancte Ioachim virgini dans esse, Sed hoc per miraculum de radice Iesse, Te ergo devotius duximus rogare, Preces nostras citius Mariae praesentare, Ut ipsa de filio velit impetrare Nos patris palatio simul corregnare.

2 9. Dec. [fol. 220a]. Folgende A unbekannten Ursprungs:

A. O Ioachim, exsulta gaudio (magno) Iam veteri carens opprobrio, (Anna) uxor tua concepit (tibi) filiam, Quae convertit legem in gratiam.

124. Iodoci, presbyteri et confessoris, 13. Dec. [fol. 53b].

A. Exsultet caelum laudibus, Resultet terra plausibus, Divi(ni) Iudoci merita Festa declarant inclita, Qui iunctus caeli civibus Triumphat in caelestibus.

Inv. Regi totius gloriae Iucunde iubilemus, Cum iubilo laetitiae Iudocum invocemus.

A. O Iudoce, miserorum
Portus et refugium,
Medicina languidorum
Ad te dirigentium
Vota sua, da suorum
Postulata cordium.

Diese Bruchstücke, augenscheinlich einem Reimofficium entlehnt, gehören zu keinem der drei Officien Anal. XXVI, 49, 50 und 50b.

125. Iohannis, archiepiscopi Eboracensis, Beverlaci, 7. Maii [fol. 80b]. Nur eine A, ob aus einem Officium?

Ave, doctor nobilis,
Praesul Eboraci,
Dux vitae laudabilis,
Tutor Beverlaci,
Erue nos precibus
Ab hoste fallaci,
Salvans a carceribus
Infernalis laci.

126. Iohannis et Pauli martyrum, 29. Iunii [fol. 97 b.], eine prosaische A; dann folgendes

R. Virtutum pannis oratio sancti Iohannis
 Et Pauli nudos decoret faciens mage sudos;
 V. Iohannes, Paule, nos vestrae iungite aulae.

127. Iohannis, prioris regularium, 10. Oct. [fol. 240 b].

A. Iohannes sanctissime, hospes gratiarum, Oppressis refugium, fons deliciarum, Supplicantem populum redde Deo carum, Ut post mortem habeat visum Dei clarum. Pater amantissime, gemma confessorum, Rutilas ut lucifer in coetu sanctorum, Nos ascribe supplices sorti beatorum Et fac nos participes gaudii caelorum.

128. Iohannis, Reversionis de exsilio 1 3. Dec. [fol. 115b]. A Christus suum discipulum etc. Anal. XXVI, S. 160.

2º 26. Sept. [fol. 198a]. Folgendes R nachgetragen, das a. a. O. fehlt:

R. Iohannes [apostolus] proscriptus exsilio,
 Destitutus undique humano exsilio [l: auxilio],
 Cum esset in spiritu die sub dominico,
 Relevatur Dei visione caelestique colloquio.
 V. Hic dum apud Ephesum Docet evangelium,
 Ob fidei constantiam Relegatur ad insulam.

129. Iosephi, nutricis Domini et confessoris, 19. Martii, 1 [fol. 94 b]. Folgende Teile eines unbekannten Officiums:

Inv. Collaudemus adorando Iesum, Dei filium, Qui Mariam desponsando Ioseph dat consilium.

R. O magna viri sanctitas,
O Ioseph alma dignitas,
O digna laude castitas,
Mentis carnisque puritas,
Quam summa Dei bonitas
Elegit et aeternitas;
V. In Ioseph larga pietas
Fulgebat et humilitas.

2º [fol. 145 b]. Zwei AA, von denen die erste aus den AA 1, 2 und 5 der 1. Vesp. des Officiums Anal. XXVI, Nr. 61, zusammengesetzt ist; die zweite besteht aus der 5. A ad Laudes, Anal. XXVI, S. 174, und der folgenden A (ad Benedictus?):

A. Nazarenus Iesus dictus
Sit rex clemens benedictus,
Qui Ioseph de domo David
Visitando coronavit
Sponsum Mariae regium,
Suum dulcem nutricium,
Dans illi pacis oscula
Per saeculorum saecula.

130. Irmgardis virginis, 4. Sept. [fol. 191a]. Folgende als A bezeichnete Verse, die indes auch einer Sequenz entnommen sein könnten:

A. O Irmgardis, virgo Christi,
Hoc a Iesu meruisti
Tuis sanctis precibus:
(Quod) qui te quaerunt corde puro
Illos(que) salvas in futuro
Tuo adiuvamine.

131. Irminae virginis, abatissae Trevirensis, 24. Dec. [fol. 119 b]. Zwei AA, die um so mehr auf die Existenz eines Reimofficiums schließen lassen, als die zweite augenscheinlich eine A ad Magn. ist:

A. Filiae Sion, plaudite,
Festum diem ducite
Regis regum pro gloria
In Irminae memoria,
Quae virgo stirpis regiae
Regem dilexit gloriae.

A. Magnificat Dominum
Angelorum et hominum
Nostra devota anima
In venerenda Irmina,
Quam et hic magnificasti
Et in caelis coronasti.

132. Iulianae, virginis martyris, 16. Febr. [fol. 139b]. Eine A und ein R die sich in den Officien. Anal. XXVI, Nr. 64 und 65 nicht finden:

A. Iuliana, virgo grata,
Afflictorum advocata
Et adiutrix, sis rogata,
Ut defectus et peccata
Per te nobis sint ablata.

R. Instantes laudi Iulianae nos, Deus, audi,
In qua magna . . . . , qui potens es, operaris,
Ut fragilis sexus nulla formidine flexus
A te vellatur, sed et ense prius moriatur.

V. In cuius festo nobis [pie] semper adesto Nosque post cursum [huius] vitae trahe sursum.

133. Iuliani, episcopi Cenomannensis, confessoris, 27. Ian. [fol. 68b]. Folgende als A bezeichnete Zeilen, die indes augenscheinlich nicht liturgisch sind und daher kein Reimofficium anzeigen:

Hospes Christi, Iuliane, Fundo preces tibi mane, Ut me velis conservare Atque tecum provocare In tuo hospitio.

134. Ivonis, presbyteri et confessoris, 19. Maii 1° [fol. 79a]. Drei AA aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 67. — 2° [fol. 160b]. Zwei AA, die in den vier Anal. XIII mitgeteilten Officien nicht vorkommen; die zweite scheint nicht liturgisch zu sein.

A. O decus Britanniae. Laus advocatorum, Assertor iustitiae, Regula iustorum, Vera lux ecclesiae, Exemplar bonorum Dux misericordiae Ivo, forma morum, Te canentes hodie In valle dolorum De faece nequitiae Ad statum iustorum Reduc dono gratiae, Ut cum electorum Numero et [1: in] requie Iungamur polorum.

A. [O] confessor Dei mitis Et sedator magnae litis Semper cum iustitia, Ivo, per amorem Christi Advocatus tu fuisti Detestando vitia. Pauperum tu pie causas Direxisti propter pausas; Divitum (tu) sprevisti dona Cunctaque terrena bona Simul transitoria. Nobis [1: Mihi] vero advocatus Sis in morte dum citati [1: citatus] Fuerim(us) peremptorie. Ut index mitigetur ..... detur(que) Corona victoriae.

135. Kanuti, ducis Slaviae [!] et martyris, 7. Ian. [fol. 87a]. Eine A, die dem Officium Anal. XXVI, Nr. 67 fehlt:

A. Ave, martyr, dux Danorum, Kanute, qui proditorum Armis saevis nectus es, Nos expertes peccatorum Hinc ad sedes fac polorum Scandere, quo vectus es.

136. Kanuti, regis Daciae et martyris, 10. Iulii, 1° [fol. 87a]. Ein R, welches in dem Officium Anal. XXVI, Nr. 68 fehlt:

R. O felix Kanute,
Iam de tua gloria secure,
Nostris miseriis curam impende,
Per Christum excusa
Mala, quae fecimus,
V. Et obtine bona,
Quae poscimus.

2º [fol. 175a]. A Ave, martyr praecipue etc. Anal. XXVI, S. 194.

137. Karoli, imperatoris ac confessoris, 28. Ian. [fol. 87a]. Zwei AA aus dem Officium Anal. 25, Nr. 66.

138. Katharinae, virginis et martyris, 25. Nov. [fol. 106a]. Zwei AA aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 69.

139. Kentigerni, episcopi et confessoris, ohne Datum [fol. 127a]. Folgende zwei AA, die dem Officium Anal. XXVI, Nr. 76 fehlen:

A. Eia, laudes decantemus,
Iubilemus Domino,
Kentigernum venerantes
Laudum cum praeconio.

A. Sacrosanctam Kentigernus Servans parsimoniam Fame, siti et algore Eius pavit animam, Dum in aquis decantaret
Frigidus psalterium
Ac quatriduano cibo
Foveret corpusculum.
Ipsum omnes proclamemus
Cum precum instantia,
(Ut) de mortis terrore ducat
Nos ad caeli gaudia.

140. Kunegundis, virginis ac imperatricis, 3. Martii [fol. 90b]. Zwei AA unbekannter Herkunft:

A. Castitatis florens rosa, Kunegundis, nostra prosa Devotis tuis precibus In Christi sonet auribus.

A. O claritatis speculum
Totum illustrans saeculum,
Tibi radius solaris
Procedenti ad altaris
Sacrificium ministrat
In manus tegumento;
Dulcis, nostrum memento.

Dann die beiden AA ad Magn. aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 77. Dreves, Historiae rhythmicae. VII.

141. Kunerae, virginis et martyris, 12. Iun. et 28. Oct. 1º [fol. 114a]. Eine A eines unbekannten Officiums:

A. O superni regis
Sponsa laetabunda,
O devotae gentis
Cella praelucida,
O Kunera splendida,
Rubens instar rosae,
Sis subventrix sedula
Gentis onerosae.

2° [fol. 166 a]. Folgende Verse, als A bezeichnet:

 A. Kunera, virgo nobilis, Pauperam solamen, Nobis peccatoribus
 Sis sedulum iuvamen.

142. Ladislai regis, 27. Iunii. [fol. 169b]. A 5. der Laudes und A ad Magn. der 2. Vesp. des Officiums Anal. XXVI, Nr. 78.

143. Lamberti, episcopi et martyris, 17. Sept. [fol. 100b]. A ad Magn. und Invit. aus dem Officium Anal. XXVII, Nr. 79.

144. Lanceae Domini, feria sexta post octavam paschae [fol. 51a]. Inc.: In splendore fulgurantis hastae etc. Fünf AA und 2 RR aus dem Reimofficium Anal. V, Nr. 7.

145. Leocadiae virginis, 9. Dez. [fol. 244b]. Folgende Verse unbestimmter Herkunft;

Leocadia beata,
Virgo Christi demonstrata,
Dure nimis macerata,
Carcere sed liberata
Sine poena graviore,
Poscimus, ut pio more
Nostra modo sis adiutrix
Et adversus mala tutrix,
Qua virtute potiamur
Et salute perfruamur.

146. Leodegarii, episcopi et martyris, 2. Oct. [fol. 199a]. R O henigna Dei semper etc. Anal. XVIII, S. 118. Dann:

A. Testis o Domini, Leodegari, famulos nunc Et semper meritis, precibus (que) tuearis opimis, wo V. 1 wahrscheinlich zu lesen: famulos nunc Leodegari.

147. Leonhardi confessoris, 6. Nov. [fol. 104b]. Alles prosaisch außer folgender A:

Sacra Leonhardi recolentes festa beati Nomen [Christe] tuum laudemus, quem tibi carum In terra signis extollis, in aethere donis, Cuius nos meritis a cladibus eripe cunctis.

148. Leopardi martyris, Aquisgrani quiescentis, 30. Sept. [fol. 91b].

Exsultemus omnes in Domino
Spiritali iucunditate
In beati Leopardi
Veneranda sollemnitate,

De cuius martyrii gloria Caelestis congaudet curia.

Das Stück, welches in der Hs. keine Bezeichnung trägt, scheint wohl am ehesten ein Introitus auf die Melodie "Gaudeamus omnes" zu sein. Dann folgt:

R. Nobili stirpe progenitus Fuit in urbe Romana Beatus Leopardus; Hic aetate sub tenera Plenus erat Dei gratia,

V. Pulchra facie, Eleganti corpore.

149. Liborii, episcopi et confessoris, 23. Iulii [fol. 108b]. Die hier mitgeteilten Verse sind keinem Officium entlehnt, sondern bilden die Schlusstrophe der Sequenz: Eia militemus Deo, Kehrein Nr. 638.

150. Livini, episcopi et martyris, 12. Nov. 1° [fol. 211b]. Invit.: Personis trinum etc. aus Anal. XXVI, Nr. 88. Außerdem A ad Magnif. in 2. Vesp. Anal. XXVI, S. 289.

2° [fol. 226b]. Folgende Verse, die eher der Schluss einer Sequenz zu sein scheinen:

Levine martyr nos praeclare Prece tua tueare Ab aeterno taedio Facque Christum nos amare, Ut dignemur iubilare In perenni gaudio.

151. Lubentii, presbyteri et confessoris, 6. Febr. [fol. 136a]. Drei AA aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 89.

152. Ludgeri episcopi, 26. Martii et 3. Oct. 1° [fol. 59a]. Invit. und 2 RR aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 91. — 2° [fol. 199a]. R 3 der 3. Noct. vgl. ebenda.

153. Ludmillae viduae, 15. Sept. [fol. 194b]. A ad Magn. 2. Vesp. Anal. V, S. 198.

154. Ludovici, episcopi et confessoris, 19. Aug. [fol. 66a]. Invit., 2 RB, 2 AA aus Anal. XXVI, Nr. 92.

155. Ludovici, regis Franciae, 25. Aug. 1° [fol. 71b]. Eine A aus Anal. XIII, Nr. 71. Dann:

 (O) felix corona Franciae Ludovící vírtutibus,
 Cuius corona gloriae Fulget in caelestibus.

O vir egregie,
Quondam rex Franciae,
Ludovice pie,
Cum rege gloriae
Triumphas hodie
Pro pace, requie
Regni, ecclesiae
Christum deprecare.

Hierauf folgen nach einer prosaischen die AA Ludovice rex Francorum und O martyr desiderio, Anal. XIII, S. 187. — 2° [fol. 87b]. A Magnificat miraculis etc. Anal. XIII, S 187.

156. Lupi, episcopi Trecensis et confessoris, 29. Iulii [fol. 57a]. Folgende Bruchstücke eines unbekannten Officiums:

Inv. In Christo Iesu
iubilat ecclesia,
Qui sanctum Lupum
vexit ad caelestia.

R. Lupi sancti sollemnia recolamus digne Eiusque insignia replicantes pie, Quoniam tripudiat in caelis sine fine. V. Nomen eius scriptum

datur astris et est benedictum.

R. Lupe, sancte pontifex, Nostrae salutis opifex, Succurre nobis miseris Tuis cum auxiliis, Ut mereamur perfrui Gaudiis aeternis.

V. Hoc cito da munus, qui regnas trinus et unus.

A. Sursum corda suscitentur In laudum praeconia, Ut condigne venerentur Sancti Lupi sollemnia.

157. Luthardi, comitis Cliviensis et confessoris, 15 Sept. [fol. 88b]. A Salve, sancte pater etc. aus dem leider unvollständigen Officium Anal. XXVI, Nr. 95.

158. Macarii, Alexandrini abbatis, 2. Ian. [folg. 124a]. Aus einem sonst unbekannten Officium:

R. O praeclara caeli stella,
Machare pater, seda bella,
In eremo quae patimur,
Ignis ardet, mordet serpens,
Gravat labor, aret torpens
Mens, Amalech insequitur;

V. Duc ad montem visionis, Terram ad promissionis, Supernam Ierusalem. A. Gaude, cultor eremi,
Qui virtute Domini
Supplantasti vitia,
Mundum et daemonia;
Per te lapsos erigat,
Per te vagos dirigat,
Per te nostra vulnera
Sanet Deus omnia.

159. Maccabaeorum, 7 fratrum martyrum, Kal. Aug. 1º [fol. 90a]. Neben der Collecte nur folgendes:

Viri fortes Maccabaei
Pro servanda lege Dei
Dura corporis pati,
Ecce, sunt parati,
Septiformis gratia
Spiritus induti
Certant pro iustitia
Caelitus adiuti.

2° [fol. 181b]. Drei weitere AA:

A. Viri fortes Maccabaei Pro servanda lege Dei Pati dira corporis Tormenta sunt parati.

A. O martyrum primitiae, Sancti Maccabaei, Pro zelo iustitiae Strenui Iudaei, Mirae patientiae, Viri magnae spei, Impetretis gratiae Nobis donum Dei.

A. Consummatis filiis
Confecta suppliciis
Mater migrat ad coronam
Cunctis post se laudis bonam
Relinquens materiam
Et exemplum forte
Merendi perpetuam
Vitam brevi morte.

160. Machuti, episcopi et confessoris, 15. Nov. [fol. 73a]. Vier als AA bezeichnete Distichen, zum Teil dem Hymnus des Fortunatus Anal. XI, Nr. 365 entlehnt und mit Fehlern versehen, die hier belassen:

Inter Christicolas, quos actio vexit ad astra Pars tibi pro meritis magne, Machute, pater.

Quidam caecus venit, rapuit palpando salutem, In mediis tenebris fulsit aperta dies.

Alius quidam veniens, dum veherent membra sancta feretro, Subtractum meruit caecus habere diem.

Compedibus validis alter manicisque ligatus Mox tetigit peplum, ferrea vincla cadunt.

161. Marcellini presbyteri et Petri exorcistae, 2. Iunii [fol. 164a]. Zwei AA ad Magnificat und ad Benedictus aus einem unbekannten Reimofficium, wahrscheinlich aus Seligenstadt.

- A. Magnificet virtutum Dominum Angelorum chorus et hominum, Cuius dedit consortem gratia Marcellino Petrum in gloria, Pari gaudent triumpho gemini Triumphantes sub ictu gladii.
- A. Benedictus sis verus oriens, Qui salutem a patre prodiens Operaris mundi sub termino Pari binos donans martyrio, Quorum sacris astantes laudibus Sine fine iuvemur precibus.

162. Marci evangelistae, 25. Apr. [fol. 153 a].

A. Evangelista summi regis,
Nos dita cordis opibus,
Memento, Marce, tui gregis
Supernis reple dapibus,
Doctrinam doce verae legis
Et attrahe caelestibus.

163. Margaretae, virginis et martyris, 13. vel 30. Iulii, 1° [fol. 97b]. Nach dem Invitatorium:

Virginum sponso, iubilemus Iesu Christo hodie, Suo quo sacro (sanctam) Margaretam sociavit thalamo.

folgt die A ad Magn. 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 3. Hierauf ist folgendes nachgetragen:

Ave, virgo, Christi sponsa, Ave, Deo praeelecta, Sanctissima Margareta, Perfer nostra clemens vota In[tra] thalami secreta, Quo cum sponso gaudes laeta.

Inv. Mentes pronae votis laetae In agone Margaretae Modulantes iubilent.

2° [fol. 176a]. A ad Magnif. aus dem Officium Anal. XXVII, Nr. 3.

164. Mariae Aegyptiacae, martyris paenitentiae, 9. Apr. 1° [fol. 95 a]. A ad Magn., Invit., und 2 AA aus dem Officium Anal. XXIII, Nr. 8; dann:

A. O Maria, mater pia,
 Paenitentium quae es via
 Supplicantes die isto
 Nos commenda Iesu Christo,

Qui te claram virtutibus Locavit in caelestibus.

2° [fol. 150a]. R 3 der 3. Noct. aus demselben Officium, Anal. XXVIII, Nr. 8.

165. Mariae Iacobi, scilicet minoris, matris, 2. Iulii [fol. 96b]. Die A ad Mag. Anal. XVI, S. 151 und die A: Nomine, quo gaudes etc. Ibid. p. 150.

166. Mariae Iacobi et Mariae Salome, die translationis, 25. Maii [fol. 96b]. A ad Mag., AA 1 und 2 der 1. Noct., A ad Magn. 2. Vesp. des Offic. Anal. V, Nr. 25. Dann:

A. O felix prosapia
Ex regali germine
David propagata,
Beata Provincia
Sub Mariae nomine
Stellis illustrata,
Digne gaudes, villa maris,
Quae duabus filiabus
Annae venustaris.

167. Mariae Magdalenae, translationis, 20. Martii [fol. 146a]. Eine A aus unbekanntem Officium, aus der zugleich die Heimat desselben zu erkennen ist:

A. Gaude prole, Bethania, Gaude matre, Marsilia, Urbs Aquensis, Provincia Per Magdalenam credula; Veseliace, iubila Fruens eius praesentia.

168. Mariae Salome, matris Iohannis ac Iacobi maioris, 22. Oct. [fol. 97a]. A Virginei floris mater etc., R Sollemni festo etc., A Nomine, quo gaudes etc. A Eia, Maria, vale etc. alle Anal. XVI, S. 150.

169. Marthae virginis, hospitae Christi, 29. Iulii [fol. 99 a]. Alles prosaisch oder nicht-liturgisch bis auf das Inv. des Officiums Anal. XXVII, Nr. 20.

170. Materni, episcopi et confessoris, 14. Sept. [fol. 78b]. Drei AA aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 21.

171. Matthiae apostoli, 24. Feb. [fol. 94a]. Drei prosaische AA und ein Invit. in Hexametern aus einem sonst prosaischen Officium.

172. Maturini confessoris, 1. Nov. [fol. 208b]. Die folgenden Verse, die keine Bezeichnung tragen:

Confessor magnifice,
Sancte Maturine,
Dux hominum,
Cuius meritis mirifice
Curantur energumeni,
Qui repellis mirifice [!]
Malorum fraudes spiritum,
Te rogamus, alme pater,
Ora pro nobis Dominum,
Ut purgati gratifice
Prorsus a labe criminum
Vivamus beatifice
Post huius vitae terminum.

173. Mauritii ac sociorum martyrum, 22. Sept. [fol. 101a]. A ad Magn., Invit., R 3 Noct. 2 aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 22.

174. Maurorum martyrum, 1º 15. Oct. [fol. 92 a]. A ad Magn., Invit., R 3 Noct. 3, A ad Bened. aus dem Officium Anal. XXVI, Nr. 26.

2° 25. Junii [fol. 169a], translat. Das R: Transfert Anno castigatus etc. Anal. XXVI, S. 78, aber als A bezeichnet.

175. Maximi, episcopi Regiensis, 27. Nov. [fol. 236b]. Folgende Teile einer Historia:

- R. Virtutum signis resplendens pastor herilis Reddidit incolumes fidei medicamine plures, V. Vir pius et mitis rivos stillans pietatis Undique debilibus mellifluis precibus.
- A. Ave, gemma sacerdotum, ave, sidus aureum, Hierusalem inter cives refulgens ut lucifer, Audi preces, audi vota, suscipe praeconia Et caelorum nobis regna obtine perpetua.
- A. Stella fulgens matutina inter caeli lumina, Veri solis illustrata, o Maxime, gloria, Residentes mortis umbra Adae culpa visita Lumen eis impetrando et pacis remedia.
- 176. Mechtildis virginis, ohne Datum [fol. 221a]; eine A: Gloriosa iam per orbem etc. entlehnt aus Anal. XVIII, Nr. 57.
- 177. Meinulphi, diaconi et confessoris, 1º 5. Oct. [fol. 102 a]. Aus einem verlorenen Officium:
  - R. Magnis Meinulphum attollamus laudibus Pravitatis nostrae purgatis erroribus, Ut in auribus caelestium Gratae sint voces psallentium. V. Non est speciosa laus in ore peccatorum.

Item Alleluia Missae. Confessor pretiose Meinulphe, Precibus tuis nobis suffragare Et pro tuo grege Deum deprecare.

Ex sequentia.

Hunc patronum veneremur, Dulci voce modulemur In eius sollemniis, Apud Christum sublevemur, Ne damnemur, ut meremur, Ipsius suffragiis.

2º 26. Sept. [fol. 197b]. Hier wird noch das folgende R nachgetragen

R. Petra scissa monumenti Signo docet evidenti De sepulcro transferendas Corporis reliquias In sanctorum consortium In salutem omnium.

V. Congaudet populus, Dum exsultant caelitus Ossa humiliata.

178. Melchiadis, papae et martyris, 10.Dez. [fol. 244b]. Die folgenden Verse ohne Bezeichnung erinnern eher an ein Reimgebet, denn an eine A aus einem Officium:

Ave, papa gloriose,
Pascens tuos virtuose
Per virtutum meritum,
Quem nec poenae dolorosae
Nec blanditiae dolosae
Vicerunt carnificum,

Superans victoriose, Quidquid es iniuriose Passus per martyrium, Spreto quo laboriose Mox ad vitae gaudiosae Transisti consortium.

179. Mildretha e virginis, 13. Julii [fol. 240 a].

Gaude, virgo gloriosa. In Christi tui gloria, Mildretha benignissima, Proles regum clarissima, Merciorum margarita, Cantuariae corona, Totius Angliae stella Radians et trans maria, Fave cunctis prece pia.

180. Monicae viduae, 4. Maii et 9. Apr. [fol. 115a]. Die beiden an diesem Ort mitgeteilten Strophen scheinen eher Bruchstücke (Schluß) einer mir unbekannten Sequenz zu sein:

Gaude, mater tantae lucis,
Augustini, nostri ducis,
Doctoris eximii,
Parens carne, sed plus corde
Tuo fletu dum a sorde
Lavatur exitii.

Tu pro nobis Deum ora, Ut extrema mortis hora In matre catholica Fide recta fixi stemus, Nato tuo corregnemus, O beata Monica.

181. Monulphi et Gundulphi fratrum, episcoporum ac confessorum, 16. Iulii, [fol. 88a]. R 2 der 1. Noct. aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 26.

182. Moysetis, episcopi et confessoris, 7. Febr. [fol. 137a]. Zwei AA unbestimmbarer Herkunft; vgl. aber weiter oben Nr. 37.

A. Patris sancti Moysetis Memoriam recolamus Et auxilii divini Tamquam veri peregrini Patriam repetamus. A. Salve, confessor inclite, Moyses beatissime, Caelesti fulgens schemate, Qui facis Christo credulam Saracenorum gentem asperam.

183. Nicetii, episcopi Trevirensis (depositio), 5. Dec. [fol. 116 a]. Außer einer prosaischen folgende A:

O Niceti, pater sancte, Nos ab hoste supplantante Et ab omni peste mala Tuae tege precis ala Et a pestilentia. 184. Nicol'ai, episcopi et confessoris, 6. Dec. [fol. 93a]. Die beiden AA O pastor aeterne etc. und Copiosae caritatis etc., die keinem Reimofficium entlehnt sind, sondern in dem gewöhnlichen, im übrigen prosaischen Officium sich finden.

185. Niniani, episcopi Scotici, 16. Sept. [fol. 195a]. R der 2. Vesp. des Officiums Anal. XXVII, Nr. 31: Nos qui sumus involuti etc. mit folgender Abweichung: 2, Deviantes et imbuti.

186. Noytburgis virginis, in vigilia omnium sanctorum [fol. 56b]. Folgende Teile eines leider unbekannten Officiums:

Inv. Ut pateant multis Noithurgis culmina sanctae, Hymnemus cuncti Domino, qui contulit ante.

[A]. El sibi praetendit caelos, stellas quoque pandit, Non hunc offendit, ideoque per aethera scandit.

[A]. Christo cantate, mihi congaudete, fideles, Ipsum laudate dantes laudes Danielis.

R. O pia Noitburgis, fallentes impetus urge, Sponso, quo frueris, pro nostro robore surge, Urbs es cunctorum de mundo tribulatorum,

V. Ergo servorum semper miserere tuorum.

Item. Omnibus invicta Noitburgis sit benedicta,
Nam mundum vicit, merito Dominum benedicit,
Ad thronum vecta, quia fecit hic opera recta.

187. Odiliae virginis, 13. Dec. [fol. 109 b]. Ob die mitgeteilten AA einem Officium entlehnt sind, ist mindestens zweifelhaft. Die erste derselben steht im Hortulus animae, vgl. Mone III, 468; die zweite ist eine Umbildung der A auf Apollonia, Mone III, 204:

Christi virgo egregia, Pro nobis sta Odilia, Funde preces ad Dominum, Ne pro reatu criminum Vexemur morbo luminum.

Hiezu noch das Invitatorium:

Magnum regem Christum, sponsum adoremus virginum, Qui beatae Odiliae dedit vincere saeculum.

188. Odulphi, presbyteri et confessoris, 12. Iunii. 1° [fol. 60 a]. Invit. und 1. A aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 35. Dann Strophe 1, 3 und 4 aus dem Hymnus Anal. XI, Nr. 188, wobei 1, 1 geändert ist in: Ave, Odulphe, sanctorum, 1, 3 in: Lux vera gentis Frisiae.

2º [fol. 89b]. Zwei Strophen aus demselben Hymnus, dann:

A. Laborum dura series Coronae fit materies, Odulphum Deus coronavit, Nam legitime certavit.

189. Onufrii eremitae, 11. Iunii [fol. 165b]. Nur folgende Verse ohne Bezeichnung:

(O) beate pater Onufri,
 Tuo semper assis gregi,
 Tui sumus, o patrone,
 (Ut) ad paradisi gaudia
 Perducamur ad gloriam.

190. Osithae, virginis et martyris, 4. Iunii [fol. 223a]. Folgende Teile eines uns nicht erhaltenen Officiums:

A. O flos virginum Anglorum, Ositha, precantibus Placa regem angelorum Pro tuis supplicibus.

R. Ad tyrannum
Ositha trahitur
Et de lege
sua conquaeritur,
Clamans Christum
cervice plectitur.

V. Caelum subit,

dum sanguis funditur, Christo vivit, dum mundo moritur.

A. Virginis corpus erectum
Baiulando manibus
Virtute divina sectum
Caput firmis gressibus
Ad apostolorum templum
Properat, virginibus
Nobile praebens exemplum
[Eam] imitantibus.

191. Os mundi, episcopi et confessoris, 3. Decemb. 1° [fol. 84b]. Collecte und eine A, mitgeteilt Anal. XIII, S. 7. — 2° [fol. 116a]. Dieselbe A nochmals.

192. Oswaldi, regis et martyris, 5. Aug. [fol. 84a]. Nur eine A, die dem Officium, Anal. XIII, Nr. 81, fremd ist:

A. O martyr ineffabilis,
Oswalde, testis indomabilis,
Hic te dies terris exuit
Et cum triumpho in senatu caeli recondidit.
Intercede pro nobis in caelis,
Qui post te suspiramus in terris.

193. Ottonis episcopi, 2. Iulii, [fol. 171b]. A 1. Noct. 1. aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 37, sowie eine zweite mit dem Anfange: Gens Pomerana laetetur.

194. Pantaleonis martyris, transl. 6. Febr. [fol. 136b]. Nur folgende als A bezeichnete Verse ungewisser Herkunft:

> Vox de caelis docet dona, Quibus martyr cum corona Praenitet in praemio, Pantaeleimon vocatur, Liberator multis datur Caelo gaudet pervio; Quo patrono liberetur, Liberata conservetur [Praesens] nostra contio.

195. Patriarcharum et prophetarum, 6. Oct. [fol. 82a]. Außer zwei Kollekten folgende zwei AA:

A. Vos quoque, sancti patriarchae Et prophetae, poscite Nobis a Deo indulgentiam, Puram conscientiam Et sanctam perseverantiam Vitamque aeternam.

A. Patriarchae cum prophetis, Ante thronum vos gaudetis Agni Dei, quem amastis Atque mundo prophetastis Nasciturum virgine, Rogo vestram sanctitatem, Ut ad Dei claritatem Preces vestrae me perducant, Nec me mala hie seducant, Quae latent in homine.

Letzteres ist aber keine Antiphon, sondern augenscheinlich ein Bruchstück aus einem Reimgebet. Ein Reimofficium de patriarchis ist deshalb hier nicht anzunehmen.

196. Paulae viduae, 26. Ian. [fol. 131b]. Eine A Eia, mater, nos agnosce etc., dem verbreiteten Hymnus der hl. Elisabeth entlehnt. Vgl. Mone III, S. 286.

197. Pauli, primi eremitae et confessoris, 10. Ian. [fol. 53 a]. Invitatorium

Iubilemus eremitarum Domino, Qui Paulum ab eremo Iunxit caeli gaudio.

A. O Paule, pater eximie,
Eremitarum primitiae,
Tu sanctitatis speculum,
Vanum fugasti saeculum,
Te pastum esca caelica
Caterva (Lies Cors?) transvexit angelica
Cum choris apostolicis,
Cum coetibus propheticis;
Nos auctos tuis precibus
Adiunge caeli civibus.

Diese Bruchstücke finden sich nicht in den beiden, in diesem Bande mitgeteilten Officien des Heiligen, scheinen also einem dritten Officium entlehnt.

198. Paulini, diaconi et martyris, 4. Maii [fol. 55b]. Folgende Bruchstücke eines unbekannten Officiums:

Invitatorium.

Iabilemus exsultando Summo regi Domíno Cum Paulino venerando, Martyre sanctissimo.

R. Christi levita maxime,
Nobis auxiliare,
Pauline, martyr optime,
Nos regere dignare,
Pater, a malis intime
Nos stude liberare,

V. Ut tibi devotissime Possimus inclinare.

A. Habentibus fiduciam In te, Pauline maximam Deposee nobis veniam Apud Dei elementiam, Ipsius ut per gratiam Vitam ducamus optimam, Qua relucremur patriam, Caelestem quoque gloriam.

R. Cursum suum consummavit
Et accepit bravium,
Martyr miles subintravit
Almi regis atrium,
Ubi nimis exsultavit
Cernens Dei filium,
Sanctus, sanctus triplicavit
Confitendo Dominum.

V. Cum Paulinus exspiravit, Prompsit dulce canticum.

199. Petri Caelestini papae V. et confessoris, 19. Maii [fol. 74b]. A ad Bened. et Magn. in 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 46; dazwischen mehrere Strophen aus den Hymnen Anal. IV, Nr. 414 und 417.

200. Petri, episcopi Tarentasiensis, 8. Maii [fol. 157b]. AA ad Magn. 1. Vesp., B 2 Noct. 2., A ad Magn. 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 49.

201. Petri, martyris O. Domin. 29. Apr. [fol. 90 a]. AA ad Magn. ex. 1. et 2. Vesp. aus dem Officium Anal. XXVIII, Nr. 48.

202. Pharahildis virginis, Idus Ian. [fol. 234 a]. Invit., ein R und vier AA, von denen zwei zu einer verschmolzen sind, aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 83.

203. Pirminí episcopi, 2. Nov. [fol. 209a]. Folgende Verse ohne Bezeichnung:

Gaude, felix ecclesia,
Quae parturis tot pignora,
Quae Deo canunt carmina
In caelesti bierarchia.
Ex quibus est (beatus) Pirmin[i]us,
Cuius nos festum colimus,
Non minor, sed eximius,
Ut credimus,
Cuius doctrina aurea
Tota fulget provincia;
Cuius odor dum fraglabat,
Omnes fide confortabat.
Cuncti cui proclamamus:
Hoc qui die te laudamus,
Sancte Praesul (Pirmine) nos tuere,
Duc(que) ad fontem lucis verae.

204. Potentini, Felicii ac Simplicii martyrum, ohne Datum [fol. 127a]. A Surge martyr Potentine etc. Anal. XIII, S. 220; A Viri fortes et decori etc., ibid. p. 219; A Ad instar carbunculi etc., ibid. p. 217.

205. Praecordii, presbyterei et confessoris, 1. Febr. [fol. 237a]. Translat. Eine A unbestimmter Herkunft:

A. Sume decus proprii, Precorde beate, triumphi,
O sacer, aeternis par super astra choris;
Respice devotam festiva laude catervam
Propitiumque tuis redde Deum famulis.

206. Praesentationis B. M. V., 20. Nov. [fol. 213b]. Zwei AA und zwei RR aus dem Officium Anal. XXIV, Nr. 25.

207. Priscae, virginis et martyris, 18. Ian. [fol. 129b]. Zwei AA, von denen mindestens die letztere entlehnt ist:

A. Ave, Prisca Deo digna,
Virgo dulcis et benigna,
Ave, martyr pretiosa,
Felix valde et formosa,
Posce nobis gaudia,
Quae possides cum gloria.

A. Solaris dum volvitur orbita,
Votiva recurrunt festa,
In quibus et Domini
recitantur magnalia,
Et sanctae Priscae
retractantur merita.

208. Procopii abbatis, 3. Iuli [fol. 172b]. Folgende A unbekannter Herkunft:

O Christi confessor egregie, Lumen praeclarum ecclesiae, Nostrae deliciae, Flos et decus Bohemorum, Gemma et salus Procopiensium monachorum, Procopi beatissime, Iunctus hodie Coetibus angelorum, Ora pro nobis regem caelorum.

209. Quinque vulnerum Christi, 4. Iunii [fol. 164a]. A Assunt sacrosancta festa, Anal. XXIV, S. 20. Dann:

A. Sex millena sexcentena
.... vulnera
Sexagena atque sena
illis aggregata
Nobis a gehenna
sint tutgla grata.

210. Quirini martyris, tribuni, 30. Martii [fol. 112a]. Neben einer prosaischen folgende 2 AA, die aber auch Hymnenstrophen sein könnten:

Quirine, martyr inclite, Dignare nos invisere, Ut cum superno munere Deo queamus psallere.

Quirine, dux militiae, Aufer pondus malitiae, Nunc due per gubernaculum, Post ad caeli cenaculum.

211. Reinoldi martyris, 7. Ian. [fol. 53b]. Diese Bruchstücke sind bei dem Officium Anal. XVIII, Nr. 60 verwertet.

212. Remacli episcopi, 3. Sept. [fol. 190b]. Folgende als A bezeichnete Verse, die indes aller Wahrscheinlichkeit nach einer Sequenz entnommen zu sein scheinen:

A. O Remacle, vernans rosa,
Grata tibi sit haec prosa
Tu nos Christo die isto
Clementer concilia.
Praesul magnae dignitatis,
Ora fontem pietatis,
Ut nos omnes a peccatis
Mundet data venia.

213. Richardi, episcopi et confessoris, 3. Apr. 1° [fol. 83 b]. Nur eine A, die sich als eine Nachahmung des Ave regina caelorum zu erkennen gieht:

Ave, coheres caelorum,
Ave, Richarde, lux Anglorum;
Salve, cleri norma,
Ex quo nitet vitae forma;
Gaude, gloriose,
Inter sanctos speciose;
Vale voce canora
Et caelesti dono nos semper irrora.

2° [fol. 149a] steht dasselbe noch einmal.

214. Richardi, episcopi et martyris, ohne Datum [fol. 82 b]. Nur das Folgende, das eher wie der Schluß einer Sequenz aussieht:

O Richarde, qui tot signa Praestas aegris laude digna, Sacra manu nos consigna, Qui plantamus fenum, ligna, Purga prece nos benigna, Ut fruamur gloria. 215. Roberti martyris pueri, 24. Apr. [fol. 152b].

A. Ave, martyr gloriose,
Infans Christo pretiose,
Laude dignus hominum,
Flos infantum, o Roberte
Beate [l. Sancte], sint acceptae per te
Preces (nostrae) ante Dominum.

216. Romani militis, martyris, 9. Aug. [fol. 183 b]. Nur ein R unbestimmter Herkunft:

R. Protege, Romane precantes seroque mane,
 Ne scelus immane queat hos seducere vane,
 V. Nobiscum remane sine fine, beate Romane.

217. Rumoldi, episcopi et martyris, 1º 19. Apr. [fol. 60 b]. Invit. A ad Magn., A 3 ad Laudes aus dem Offic. Anal. XIII, Nr. 88.

2° Kal. Iul. [fol. 88 a]. Invitatorium ebendaher.

3º [fol. 171a]. A ad Magn. 2. Vesp. ebenda; sodann:

Rumoldus, vir inclitus, Regis Scotiae filius, Archiepiscopus Hiberniae Ac gubernator Mechliniae.

218. Salvii, episcopi et martyris, 26. Iunii [fol. 107a]. Zwei AA aus einem unbekannten Officium:

A. Flos praesulum Salvi,
Pie tu nos exaudi
Hodie, cotidie
Detententos in loco, in die
Impie,
Ut tuo precamine
Possimus obtinere
Donum tuae gratiae
In cordis requie
Non devie.

 A. Natus ab Aquitania, Translatus in Hannonia Devicerat immania, Assumptus est in gloria.

219. Sebaldi confessoris, 19. Aug. 1° [fol. 114a]. A ad Magn. des Officiums Anal. XVIII, Nr. 64. — 2° [fol. 186b]:

A. O Sebalde, Christi verna,
Duc nos ad gaudia aeterna,
Ut nos ibi mixti choris
Perpetuis vivamus horis
Et laetemur in perenni gloria.

220. Servatii, episcopi Tungrensis, 13. Maii. 1° [fol. 52a]. Inc.: In laudem Domini resonent vox carmen et hymni. Invit., 1 A, 1 R aus dem Reimoff. Anal. V, Nr. 77.

2° [fol. 96 a]. Eine prosaische A ad Magn. und die A: Inclite Servati etc. Anal. V, S. 216, mit diesen Abweichungen: Zeile 5 requiem, quae summa laborum est; Zeile 7 sq.: Doxa patri genitoque proli cum pneumate sancto.

221. Severi, episcopi Ravennen. et confess. 22. Oct. [fol. 56a]. Folgende Bruchstücke eines unbekannten Officiums:

> Inv. Auctorem vitae, Christum laudare venite, Pontificem verum qui vexit ad astra Severum.

A. Instrue, Christe pie, nos vera laude sophiae, Tecum laetemur prece patronique iuvemur.

> R. O Dei clementia, Intuere vota pia Et dignare nos tueri Precibus pii Severi, Per patronum qui adiutis Verae dona des salutis. V. Nos ope Severi

digneris, Christe, tueri.

Item in commemoratione ipsius et uxoris suae ac filiae 1. Febr.

R. Transmigrata ex saeculo Vincentia sepelitur, Post haec sorte simili Filia potitur,

V. Ex mandatis sancti patris Comprimuntur ossa matris Et dant locum filiae.

R. Celebrata missa rite, Consummato cursu vitae, Sacrosanctum dum complevit Praesul donum gratiae, Inter ossa requievit Uxoris et filiae,

V. Corpus cuius hic putrescit, Spiritus in te quiescit.

222. Severi, presbyteri et confessoris, 15. Febr. [fol. 54b]. Folgende bruchstücke eines unbekannten Reimofficiums:

> Invit. Adoremus Christum regem, confessorum dominum, Qui aeterna sanctum Severum coronavit gloria.

A. (Tu pater) mysticae plantator vineae O sacer sacerdos Severe, Tuam hanc visita vineam Devotam tibi famulam [1: familiam] Fac tuis precibus perfici, Quam plantavit dextera Dei.

223. Severini, episcopi Coloniensis et confessoris, 23. Oct. [fol. 104a]. Aus einem verlorenen Officium:

A. Sancte pater Severine, Nostris precibus intende Et pro nobis ora Deum, Qui te nobis instituit Doctorem atque patronum.

A. Sancte pater Severine, Praesul urbis Agrippinae, Ora Deum, ut nos tecum Gaudeamus sine fine.

A. Pater sancte Severine, Maiestati offer trinae Preces pro familia, Ut mundati suo rore Vitiorum a squalore Fecundemur gratia.

224. Sigfridi, episcopi et confessoris, 16. Febr. [fol. 139 a]. Zwei AA, von denen zweifelhaft ist, ob sie zu dem Officium des Heiligen Anal. XXVIII, Nr. 68 gehören oder zu einem anderen.

A. Adest dies gloriosa, Digna laude pretiosa Pro Sigfridi gaudiosa Praesulis memoria,

Qui pro vita virtuosa Et doctrina radiosa Deportavit copiosa In supernis praemia. Per cuius patrocinia Nobis Dei clementia Praestet aeterna gaudia.

A. Pie pater et patrone, Tua interventione Nos a malis liberari Et procures collocari Sine terminatione Tecum caeli mansione.

225. Silvestri papae et confessoris, ultimo Dec. [fol. 59b]. Aus einem unbekannten Officium:

Inv. Iubilemus exsultantes
Summum Deum venerantes,
Qui Silvestrum sublimavit
Et secum glorificavit.

- A. Silvester, vir beatus,
  Legem meditatus
  Semper summi Dei,
  Ut sol mundo luxit,
  Caesarem instruxit
  Fide sanctae spei.
- R. O per omnia laude dignum Praesulem sanctum et benignum, Qui divina gratia In agnum lupum mutavit,

Christi vineam dilatavit Per terrarum spatia.

- V. Magnificavit cum Dominus in conspectu regum et dedit illi coronam gloriae.
- A. O Silvester bone
  Dulcis et patrone,
  Nunc pro nobis Deum,
  Adi orans eum,
  Ut per tua festa
  Nostra male gesta
  Tergat, ut ducamur
  Post haec, quo fruamur
  Dono suae gratiae
  Laeta sua facie.

226. Simonis comitis et sociorum martyrum 4. Aug. [fol. 84b]. Außer der Kollekte nur eine A, mitgeteilt Anal. XIII, S. 7.

227. Stanislai [episcopi Cracoviensis], 8. Maii [fol. 157b]. A ad Magn. 1. Vesp. aus dem Officium Anal. V, Nr. 81.

228. Swiberti, episcopi et confessoris, 1. Mart. [fol. 55a]. Inc.: De patroni gloria nostri gloriemur. 3 AA und Invit. aus dem Offic. Anal. V, Nr. 82.

229. Theobaldi confessoris, 30. Iunii [fol. 108a]. Vgl. das Officium Anal. XXVIII, Nr. 74 in der Note.

230. Theodardi, episcopi et martyris, 10. Sept. [fol. 193a]. Außer einer prosaischen A folgende nachträglich beigefügten Verse:

O Theodarde inclite,
Patrone Deo grate,
Omni virtute praedite,
Iam digne sublimate,
Martyr Dei pretiose,
Praedicator gratiose,
Magnae vir prudentiae,
Toto corde dilexisti,
Pro quo mortem pertulisti,
Christum, regem gloriae.

231. Theodulphi, presbyteri ac monachi, 2. Maii [fol. 155a].

A. O decus Germaniae, norma sanctitatis,
 Astans invocantibus vultu bonitatis
 Vita desperantibus signis salvantur [1: ades?] gratis,
 (Per te) Theodolphe, (pater) inclite, nos iunge cum beatis,

232. Thomae de Aquino confessoris, 7. Martii, 1º [fol. 91a]. A: Doctor Thomas repletus gratia etc. Anal. V. S. 231.

Thomas repletus gratia etc. Anal. V, S. 231.

2 Translatio, 31. Ian. [fol. 132a]. Ein B als A bezeichnet aus dem Officium Anal. V, Nr. 84; ein B aus dem Officium Anal. V, Nr. 85.

233. Thomae, archiepiscopi Cantuariensis et martiyris, 1° 29. Dec. [fol. 76b]. A 5 ex Laud., A ad Bened. aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 93, A ad Magn. aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 95 und folgende Verse, die eher einer Sequenz oder einem Reimgebete entlehnt scheinen:

O Thoma, decus Anglorum, Qui foves ius clericorum, Exaudi preces tuorum Adiuvante Maria.

2 7. Iulii [fol. 173b]. A Annus adest pacis etc. Anal. XIII, S. 246; A Felix locus, felix ecclesia etc. ebenda S. 239; beiden geht vorher:

A. Ave, decus angelicum,
Consors angelorum,
Speculum mirificum
Christi confessorum,
Thoma, praesul inclite
Martyr et invicte,
Da per tua suffragia
Nobis aeterna gaudia.

234. Thomae, episcopi Herfordensis et confessoris, 2. Oct. [fol. 83 b]. Nur eine A aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 95.

235. Thomae, comitis Lancastriae et martyris, 22. Martii, 1° [fol. 84 b]. Aufser der Kollekte nur eine A, mitgeteilt Anal. XIII, S. 7. Eine andere A und eine andere Kollekte findet man in Wright, Political Songs of England, S. 268. Ebenda zwei Prosen, eine Sequenz und einen Hymnus S. 269 ff. — 2° [fol. 146 a]. Eine weitere A nachgetragen:

A. Miles Christi gloriose,
Laus, spes, tutor Angliae,
Flecte gentis criminosae
Dura corda [gratiae],

Fac discordes gratiose Reduci concordiae, Ne sternatur plebs [dolose] Empta Christi sanguine.

236. Trium regum, 1°11. Ian. [fol. 126b]. Folgende A, die in dem Officium Anal. V, Nr. 23 fehlt:

O reges beatissimi,
O magi prudentissimi,
Iaspar, Melchior, Balthasar,
Qui recenter Christum natum
In praesepi reclinatum
Fideliter quaerentes
Bethlehem repperistis,
Sedulum ipsis precibus
Exorate felicibus,
Nos ut misericorditer
Vestrum per auxilium
Ducat ac veraciter
Latum caeli fastigium
Praestet et perpes bravium,
Ut laetemur perenniter.

2º 23. Iuli [fol. 178b]. A Magorum praesentia etc. Anal. V, S. 77.

237. Trudonis, episcopi et confessoris, 23. Nov. [fol. 214a]. Zwei AA aus dem Officium Anal. XIII, Nr. 96.

238. Udalrici, episcopi et confessoris, 4. Iulii, [fol. 65 a]. Invit. und R aus Officium Anal. XXVIII, 83, sowie A ad Bened. aus Anal. V, Nr. 86.

239. Urbani papae, 25. Maii, [fol. 162a]. Folgende A (vielleicht Bruchstück einer Sequenz?):

Iustus, mitis, simplex, rectus, Deum timens et perfectus, Deo claruit dilectus Urbanus et hominibus.

240. Ursmari episcopi et confessoris, 19. Apr. 1 [fol. 60 h]. Invit. 2 AA, 1 R alle prosaisch. Dann:

Salve, noster o patrone,
Salve, praesul optime,
Salve cum sanctis, Ursmare,
Salve, pastor inclite,
Salve iam cum Christo regnans,
Salve nostri memorans.

Bis auf diese Zeilen scheint das Officium ein nicht rhythmisches gewesen zu sein. — 2° [fol. 87b]. 19. Maii vel 18 eiusdem. 2 prosaische AA.

241. Ursulae, virginis et martyris ac sodalium, 21. Oct. 1º [fol. 103a]. Die A Flos fulsit ex Britannia etc. aus der 1. Noct. des Officiums Laetis canamus vocibus.

2º Translatio, 31. Ian. [fol. 132a]. Drei AA eines unbekannten Officiums:

- A. Arae Dei dum (astaret) insertus Sanctus praesul Cunibertus, Missam caelo per columbam Ursulae cognovit tumbam.
- A. Trium virginum reliquiae Quibusdam dono traditae,

Sed minus digne habitae Reponunt se Coloniae.

A. Istae regi gloriae Carae margaritae Inventae sunt hodie Longius quaesitae.

242. Valerii, episcopi Trevirensis, confessoris, 29. Ian. [fol. 132b]: Nur eine A unbekannter Herkunft:

O virtutum speculum, Valeri gemma praesulum, Tuo nos precamine Purgatos a crimine Ad intransitorias Transmitte delicias.

243. Victorini, episcopi et martyris, 2. Nov. [fol. 208b]. Folgende Verse ohne Bezeichnung und unbekannter Herkunft:

Ave, praesul Victorine,
Cui fiebant multae minae,
Dum hic eras propter fidem,
Quam docebas, et hoc [1: ob] idem
Opus martyr es effectus
Et ad arcem caeli vectus.
Quotquot ita [1: id] commemoramus,
Toto corde supplicamus,
Ut pro nobis exorare
Velis et nos adiuvare.

244. Vincentii levitae et martyris, 22. Ian. [fol. 67a]. Zwei AA, von denen zweifelhaft bleibt, ob sie einem rhythmischen Officium entlehnt sind, weil die zweite derselben auf viele Heilige angewandt erscheint.

A. Purpuratur ecclesia
Sanguine Vincentii
Rutilante per varia
Genera supplicii,
Quem non flexit angustia
Cruenti martyrii.

A. Ave, martyr gloriose,
Ave sidus iam caeleste
Decorans, Vincenti, caelum,
Nos guberna visens humum,
Quo laetemur triumphantes,
Te patronum venerantes.

245. Vincentii, ordinis Praedicatorum, 5. Apr. [fol. 149b.] Zwei AA ad Magn. 2. Vesp. und A 1 der 3. Noct. aus dem Officium Anal. V, Nr. 91.

246. Visitatonis B. M. V. 2. Iulii [fol. 171b]. Das R O praeclara stella maris etc. Anal. XXIV, S. 94 aber als A bezeichnet.

247. Walburgis virginis et abatissae, 1. Maii [fol. 65a]. Aus einem unbekannten Officium:

Inv. Regi sponsoque virginum
Iubilet plebs fidelium
In hac sponsae memoria,
Quam coronavit gloria.

A. Hodiernae lucis sollemnia Congaudendo colat ecclesia, Qua Walburgis exuta corpore Triumphali ditatur munere.

Außerdem ein prosaisches R. Vielleicht waren also die AA des Officiums rhythmisch, die RR nicht.

248. Wenzeslai martyris, 28. Sept. [fol. 198a]. AA ad Magn. der 1. und 2. Vesp. aus dem Officium Anal. V, Nr. 96; letztere A als R bezeichnet.

249. Weomadi, episcopi Trevirensis, 8. Nov. [fol. 210b]:

Weomade, praesul Dei, In peccatis multum rei, Nos tuere, te precamur, In gehennam ne ducamur, Sed per tua praeclara merita Perducamur ad vitae gaudia.

250. Wiberti, monachi et confessoris, 23. Maii [fol. 161b]. Eine A eines unbekannten Officiums, jedenfalls ad Magnificat:

A. Magnificando Deum Wibertum magnificemus, Magna Deum dantem, Wibertum magna merentem. Sancte Wiberte, tuis, oramus, ut auxilieris.

251. Widonis confessoris, 12. Sept. [fol. 238a]. Folgende Verse ungewissere Bestimmung:

Ave, sancte peregrine,
Wido, vitae tu divinae
Exemplar et flosculum,
Te colentes fac ruinae
Ne subsint, sed sine fine
Regnent post hoc saeculum.

Te patronum nam donavit
Nobis Deus, quem dotavit
Perpulchris miraculis,
Fuga scelus, quod nos stravit.
Vitam pande, quae te pavit
Ereptum de maculis.

252. Wilhelmi, archiepiscopi Eboracensis et confessoris, 8. Iunii, 1° [fol. 82b]. Nur eine prosaische A; am Rande:

O praesul Wilhelme pie, Fac, nos per preces Mariae Ut finito duro die Iungamur ad gaudia. Woher diese Zeilen, die dem Officium Anal. XIII, Nr. 99 fremd sind, genommen, ob aus einem Officium oder einer Sequenz, bleibt ungewiß.

2° [fol. 164 b]. A Ave, praesul gloriose, ave sidus iam caeleste etc. Entlehnung.

253. Wilhelmi, comitis et confessoris, 10. Febr. 1º [fol. 88 a]. A O comes Pictaviae etc. Anal. V, S. 266; R Spe patroni gaudeamus etc. ibid.

2º [fol. 138a]. Folgende AA unbekannter Herkunft:

A. O Wilhelme, caeli civis et noster patrone, In Sion reduceris spreta Babylone, Qui pro solitudinis luctu et maerore Coronatus gloria gaudes et honore, Da nobis auxilium, ut sic gradiamur Mundi per exsilium, ut Deo fruamur.

Hierauf: O comes Pictaviae, Peregrine Tusciae etc. Dann:

O Wilhelme pater, nos ad nova gaudia transfer, Tu caelos aperi, ne pereant miseri. Tu spreto mundo transisti corde iucundo Ad regnum vitae dans exemplum bonae vitae.

254. Wironis, episcopi et confessoris, 8. Maii [fol. 158a]. Eine A, entlehnt?

A. Ex hoc mundi stadio
Vitae dignus praemio
Migrans vir beatus (Wiro),
Corpore deposito
Fide, vitae merito
Plenus et probatus,
Sanctorum consortio
Vero gaudet gaudio
Christo sociatus.

255. Zachariae, 5. Nov. [fol. 209b]. Folgende Verse ungewisser Herkunft ohne Bezeichnung:

O praeclare Zacharia, Cuius vita fuit pia Statusque sacerdotalis Deum placans et a malis Plebem expians orando; Propter quae nunc exorando Poscimus, ut [ex]orante Te pro nobis a vastante Vitio sic emundemur, Quod virtute decoremur.

<Y5

## Inhalts-Übersicht.

## I. Real-Index.

Nr. Seite
33. De sancto Odgero 94
34. De sancta Odrada 96
35. De sancto Odulpho 99
36. De sancta Ottilia 101
37. De sancto Ottone 103
38. De sancto Pancratio 106
39. In Festo Patronorum Hildes-
heimensium 107
40. In Festo Patronorum Salis-
burgensium
41. In Festo Patronorum Em-
meramensium
42. In Festo Patronorum Regni
Sueciae
43. In Conversione s. Pauli 118
44. De s. Paulo Eremita 121
45. In Transl. s. Pauli Erem. 125
46. De s. Petro Caelestino 127
47. In Transl. s. Petri Caelest. 134
48. De s. Petro Martyre 135
49. De s. Petro Tarentasiensi . 137
50. De sancto Placido 139
51. De sancto Placido 142
52. De ss. Praeiecto et Amarino 145
53. De ss. Quinque Martyribus. 148
54. De ss. Quinque Martyribus. 151
55. De sancto Quirino 153
56. De sancto Quirino 156
57. De sancta Quiteria 159
58. De sancta Regenflede 162
59. De sancta Regiswinde 165
60. De sancto Reinoldo 166
61. De sanctis Reliquiis 169
62. De sancto Richardo 171

<b>—</b> 326	i —
N- Seite	Nr. Seite
111.	82. De sancto Trudberto 222
62 a. De sancto Saviniano	83. De sancto Udalrico 225
64. De sancto Sebaldo 178	84. De sancta Ursula 228
65. De sancto Severino 181	85. De sancta Ursula 231
66. De sancto Sigeberto 182	86. De sancta Ursula 234
67. De sancto Sigfrido 183	87. De sancta Ursula 237
68. De sancto Sigfrido 186	88. De sancta Ursula 240
69. De sancto Sigismundo 187	89. De sancta Ursula 243
70. De sancto Sixto 189	90. De sancta Ursula 246
71. De sancto Stephano 192	91. De sancta Ursula 249
72. De sancto Sozomeno 196	92. De sancta Ursula 252
73. De sancta Thecla 199	93. De sancta Ursula 256
74. De sancto Theobaldo 202	94. De ss. Valentinis 259
75. De sancto Theodolo 203	95. De sancto Victore 263
76. De sancto Theodoro 207	96. De sancto Victorino 264
77. De sancto Theodoro 209	97. De sancto Victorino 267
78. De sancto Timotheo 211	98. De sancta Wereburga 270
79. De sancto Thoma 215	99. De sancto Wilhelmo 271
80. De sancto Thoma 217	100. De una Electa
S1. De sancto Thoma 220	
Anh	an o
Nr. Seite	Nr. Seite
1. De sancto Achatio 281	28. De sancto Autherto 286
2. De sancto Adriano 281	29. De sancta Barbara 286
3. De sancto Agricio 281	30. De sancto Bartholomaeo 286
4. De sancto Alardo 281	31. De sancto Basino
5. De sancto Albano 282	32. De s. Basino Trevirensi 287
6. De sancto Albino 282	33. De sancto Beato 287
7. De sancto Alexandro 282	34. De sancto Benedicto 287
8. De sancto Alexio	35. De sancto Benigno 287
9. De sancto Ambrosio 283	36. De sancta Berlinde
10. De sancto Amore	37. De sancto Bernhardino. 287
11. De sancta Auna 283	38. De sancto Bertino
12. De sancto Aniano	39. De sancto Bertulpho. 288
13. De sancto Annone	40. De sancto Bernwardo 288
14. De sancto Anschario 284	41. De sancta Bibiana 288
15. De sancto Anselmo 284  16. De sancto Antonio Abbate . 284	42. De sancta Birgitta
	43. De saneto Blasio
17. De sancto Antonio Patavino 284	44. De sancto Calixto 288
18. De sancta Apollonia 284	45. De sancto Cannico
19. De sancto Arnoldo 284 20. De sancto Arsenio 284	46. De sancto Castore 289
21. De sancta Asella	47. De sancta Clara 289
21. De sancia Asena	48. De sancta Colenda 289

49. De sancto Colomanno . . . 289 50. De sancta Columba . . . . 289

51. De Conceptione B. M. V. 289

52. De sancto Cornelio . . . . 289 53. De Corona spinea . . . . . 290

54. De sancto Cuthberto . . . . 290

22. De sancta Attala . . . . . 285

23. De s. Athelberto Mart. . . . 285 24. De s. Athelberto Conf. . . . 285

25. De sancto Auctore. . . . . 285

26. De s. Augustino Cantuarien. 286

27. De sancta Aurea . . . . 286

Nr.		Seite :	Nr. Seite
55.	De	saucto Cyriaco 290	106. De sancta Gudila 298
56.	De	sancto Cyrillo 290	107. De sancto Gummaro 298
57.	De	sancto Dalmatio 290	108 De ss. Harlinde et Relinde 298
		Divisione Apostolorum. 290	109. De sancta Hedwige 299
		sancto Dominico 290	110. De sancta Helena 299
		sancto Donato 290	111. De sancto Henrico 299
		sancta Dorothea 291	112. De sancto Heriberto 299
62.	De	sancto Dunstano 291	113. De sancto Hermello 299
		sancto Duthaco 291	114. De sancto Hieronymo 299
64.	De	sancta Dympna 291	115. De sancto Hildegarde 299
		sancto Edmundo Episc. 291	116. De sancto Honorato 300
		sancto Edmundo Mart. 292	117. De sancto Huberto 300
67.	De	sancto Edwardo Conf., 292	118. De s. Hugono Gratianop. 300
68.	De	sancto Edwardo Mart 292	119. De s. Hugone Lincolnien . 301
69.	De	sancta Elisabeth 292	120. De sancto Ierone 301
70.	De	sancto Elisaeo 292	121. De sancto Ignatio 301
71.	De	sancto Elyphio 292	122. De Inventione capitis s.
		sancto Elzeario 293	Iohannis Bapt 301
<b>7</b> 3.	De	sancto Emerico 293	123. De sancto Ioachim 302
74.	De	sancto Erasmo 293	124. De sancto Iodoco 302
75.	De	sancto Erico 293	125. De s. Iohanne Eboracensi. 302
76.	De	sancto Ercenwaldo 293	126. De ss. Iohanne et Paulo 302
		sancto Eskillo 293	127. De s. Iohanne Priore 302
		sancta Ethelrede 293	128 De Reversione s. Iohannis 303
79.	De	sancta Eugenia 293	129. De sancto Ioseph 303
		sancta Eulalia 294	130. De sancta Irmgarde 303
		sancta Euphemia 294	131. De sancta Irmina 303
		sancto Eutropio 294	132. De sancta Iuliana 304
83.	De	sancto Evergislo 294	133. De sancto Iuliano 304
84.	De	sancto Evodio 295	134. De sancto Ivone 304
		sanctis Ewaldis 295	135. De sancto Kanuto Duce 304
86.	De	sancta Fara 295	136. De sancto Kanuto Rege 305
		sancto Firmino 295	137. De sancto Karolo Magno, 305
		saneto Floriano 295	138. De sancta Katharina 305
		sancto Florino 296	139. De sancto Kentigerno 305
		sancto Francisco 296	140. De sancta Kunegunde . 305
		sancto Fusciano 296	141. De sancta Kunera 306
		sancto Gangolpho 296	142. De sancto Ladislao. 306
		sancto Gatiano 296	143. De sancto Lamberto 306
94.	De	sancta Genevefa 296	144. De Lancea Domini 306
95.	De	s. Gerardo Broniensi . 296	145. De sancta Leocadia 306
		s. Gerardo Tullensi 297	146. De sancto Leodegario . 306
		sancto Gerlaco	147. De sancto Leonhardo 306
		sancto Germano 297	148. De sancto Leopardo 306
		sancto Gerulpho 297	149. De sancto Liborio 307 150. De sancto Livino 307
		sancto Gisleno	-
		sancto Godefredo 297	
		sancta Godolena 297	152. De sancto Ludgero 307 153. De sancta Ludmilla 307
		sancto Goare	
		sancto Gregorio M. 298	
109.	De	s. Gregorio Martyre 298	155. De sancto Ludovico Rege. 307

Nr. Seite	Nr. Seite
156. De sancto Lupo 308	205. De sancto Praecordio 316
157. De sancto Luthardo 308	206. De Praesentatione BMV 316
158. De sancto Macario 308	207. De sancta Prisca 316
159. De sanctis Maccabaeis 308	208. De sancta Procopio 316
160 De sancto Machuto 308	209. De Quinque Vulneribus D. N. 317
161. De sancto Marcellino 309	210. De sancto Quirino 317
162. De sancta Marco 309	211. De sancto Reinoldo 317
163. De sancta Margareta 309	212. De sancto Remaclo 317
164. De s. Maria Aegyptiaca . 309	213. De sancto Richardo Conf 317
165. De s. Maria Iacobi 310	214. De sancto Richardo Mart 317
166. Dess. Maria Iacobi et Salome 310	215. De sancto Roberto 318
167. De s. Maria Magdalena 310	216. De sancto Romano 318
168. De s. Maria Salome 310	217. De sancto Rumoldo 318
169. De sancta Martha 310	218. De sancto Salvio 318
170. De sancto Materno 310	219. De sancto Sebaldo 318
171. De sancto Matthia 310	220. De sancto Servatio 318
172. De sancto Maturino 310	221. De s. Severo Ravenate 319
173. De sancto Mauritio 311	222. De s. Severo Presbytero . 319
174. De sanctis Mauris 311	223. De sancto Severino 319
175. De sancto Maximo 311	224. De sancto Sigfrido 319
176 De sancta Mechtilde 311	225. De sancto Silvestro 320
177. De sancto Meinulpho 311	226. De sancto Simone 320
178. De sancto Melchiade 312	227. De sancto Stanislao 320
179. De sancta Mildretha 312	228. De sancto Swiberto 320
180. De sancta Monica 312	229. De sancto Theobaldo 320
181. De ss. Monulpho et Gundul-	230. De sancto Theodardo 320
pho	231. De sancto Theodulpho 320
182. De sancto Moysete	232. De s. Thoma Aquinate 321
183. De sancto Nicetio 312	233. De s. Thoma Cantuariensi. 321
184. De sancto Nicolao 313	234. De s. Thoma Herfordensi 321
185. De sancto Niniano 313	235. De s. Thoma Lancastrensi 321
186. De sancta Noitburge 313	236. De ss. Tribus Regibus . 321
187. De sancta Odilia	237. De sancto Trudone 321
188. De sancto Odulpho 313	238. De sancto Udalrico. 322
189. De sancto Onufrio 313	239. De sancto Urbano 322
190. De sancta Ositha 314	240, De sancto Ursmaro. 322
191. De sancto Osmundo 314	241. De sancta Ursula 322 242. De sancto Valerio 322
192. De sancto Oswaldo 314	
193. De sancto Ottone 314	243. De sancto Victorino 322 244. De sancto Vincentio 323
194. De sancto Pantaleone 314 195. De ss. Patriarchis et Pro-	245. De s. Vincentio Ferrerio 323
	246. De Visitatione BMV. 323
phetis	247. De sancta Walburge 323
197. De s. Paulo Eremita 315	040 70 . 777 3 000
198. De sancto Paulino 315	248. De sancto Wenceslao . 323 249. De sancto Weomado . 323
199. De s. Petro Caelestino 315	250. De sancto Wiberto . 323
200. De s. Petro Tarentasiensi 315	251. De sancto Widone 323
201. De s. Petro Martyre 316	252. De s. Wilhelmo Eboracensi 323
202. De sancta Pharahilde. 316	253. De s. Wilhelmo Magno 324
203. De sancto Pirmino 316	254. De sancto Wirone 324
204. De ss. Potentino et Sociis. 316	255. De sancto Zacharia. 324
	Daniaria

## II. Verbal-Index.

Seite ,	~
Adest dies gloriosa	Christicales of remains 110
Adest dies laetabunda	Christicolae ad sanctos 110
Adest dies laetahundus	Christi virgo egregia
Adest dies veneranda 221	Christo sit pia laus
Auest digna praecontis	Collaudemus adorando. 303
Adiuva nos pater sancte 000	Collandormus in same
Ad laudem Domini vigiles 206	Collaudemus in sexu
Ad laudes vitae cuncti 900	Confessor Christi Edmunde . 292
Ad Morandi venerandi 80	Confessor Christi Stephane . 192
Adoremus Christum regem 319	Confessor magnifice
Agmina caelica dant iubilamina 243	Consilio portiform
Almi laudes confessoris 171	Consilio pontificum 182
Anglorum primas et pontificalis 286	Copiosae caritatis Gatiane 296
Arae Dei dum insertus 322	Cuncti laetemur Christum 283
Aras tura deos simulaces con	Dies adest veneranda
Assunt nobis festa sancti 294	Econ diag alam marity
Assunt sollemnia Thomae 217	Ecce dies clara moritur 156
Auctorem vitae Christum 319	Eia laudes decantemus 305 Electorum memoriam 107
Aurora Iesu rutilans 34	Emicat alma dies. 289
Ave Ambrosi doctor egregie 283	En illuxit lux celebris. 45
Ave clemens martyr Christi 282	Eugenia clarissima
Ave coheres caelorum	Euge nunc Dunstane pie 291
Ave decus angelicum 321	Evergelists armed and 200
Ave doctor nobilis 302	Evangelista summi regis 309
Ave dulcedo pauperum 153	Exemplar morum nec non
Ave gemma confessorum. 291	Ex hoc mundi stadio 324
Ave martyr gloriose 318	Ex noe mundi stadio
Ave martyr speciose 297	Ex regali germine
Ave mire clarissime. 291	Example notes management 140
Ave papa gloriose 312	Exsulta pater monachorum . 142 Exsultemus omnes in Domino . 306
Ave pater Benedicte 287	Exsultet caelum laudibus 302
Ave pontifex Authorite	Exsultet urbs Bethania 55
Ave pontifex Evodi . 295	Farae virginis praeclarae 295
Ave praesul Victorine . 322	Festum beatae Ursulae 249
Ave Prisca Deo digna 316	Filiae Sion plaudite. 304
	Flores mitert condens -: 90
Ave rex gentis Anglorum 292	Flores nitent candore niveo
Ave sancte peregrine	Flos praesulum Salvi 318 Flos regalis Ethelreda 293
Ave summi regis sponsa. 288	Fulgens adest Honorati 300
Ave virgo Christi sponsa 309	Gaudeamus et caelestis
Ave vitae dux iustorum 299	Gardo andre torre plands 95
Benedictus es Domine 300	Gaude caelum terra plaude
Caelitus admonitus Bruno 294	Gaude felix visitata. 58
	Gaude martyr o Hermelle 299
Castitatis florens rosa 305 Castitatis margaritae 298	
Celebret ecclesia Martyris 70	Gaude mater fecunda liberis
•	
	Gaude prole Bethania
Chorus novae militiae	Gaude virgo gloriosa 312
Ourrose turs ramuris	Gloria virtus lex spes gratia 38 21**
	ZI ***

Seite	Seite
Gloriosos laudemus milites. 196	Magnificemus Dominum 39
Gratuletur ecclesia	Magnificet Dominum 166
Haec inventrix sanctae crucis 299	Magnificet virtutum Dominum . 309
Hodie rex gloriae. 41	Magnis Meinulphum attollamus. 311
Hodie virgo pretiosa 14	Magnum regem Christum 313
Hospes Christi Iuliane 304	Mariae Salomae merita 36
Hugo iugo subiugatus. 301	Martyr Gregori cor adaequans 298
Hune patronum veneremur. 311	Martyr invictissime pontifex 295
Iesu corona virginum 234	Martyris egregii recolentes 287
Iesu praemium regnantium. 112	Martyris invicti Placidi 139
Illustris civitas subiacet 203	Martyrum sollemnia celebrent . 22
Imitemur affectanter. 293	Mater laetare Aegyptiacae 28
Imperatorum speculum 299	Mente pura corde mundo 202
	Mentes et linguas excitet 181
In caelesti patria	Miles Christi gloriose 321
	Militans Christo ecclesia. 99
Inclite confessor Christi 125	Nobili stirpe progenitus 307
Inclite doctor ave praeceptor. 284	Nova bella virginum 246
Inclitus Albinus non vulpinus , 282	Nova bella virginith
In Dei sedes dextera et caeli . 127	Novus sol progreditur 186
In sanctis mirabilem 189	Nuremberg attoleris
Insigni laude gaude 285	O amande vir Dalmati 290
Instanti sollemnio. 31	O beate pater Onufri
Inter Christicolas quos actio 308	O castitatis lilium 291
Iohannes apostolus proscriptus 303	O Christi confessor egregie 316
Iohannes sanctissime hospes . 302	O Christi pietas quae virgines 228
Iste sanctus in papatu	O decus Britanniae 304
Iubilemus eremitarum 315	O decus Germaniae 320
Iubilemus exsultando 315	O decus insigne nostrum 293
Iubilemus exsultantes 320	O doctrix et didascala 176
Iucundare ex novella 25	O Eulalia formosa
Iucundare mater ccclesia 115	O felix corona Franciae 307
Iuliana virgo grata 304	O felix Kanute iam de tua 305
Iustus mitis simplex rectus 322	O felix prosapia ex regali 310
Laborum dura series 313	O flos caelestis o Christi 222
Laetare Taxandria 91	O flos virginum Anglorum 314
Laetetur mater ecclesia 284	O Gerarde pater alme 296
Laetis canamus vocibus 256	O Germane pastor pie 297
Laudate Deum pueri 169	O gloriosum lumen
Laudate o pueri Deum 209	O Helizee propheta 292
Laudate puellae Dominum 237	O Huberte ubertatem 300
Laude Deo digna celebremus 298	O Ioachim exsulta gaudio 302
Laudemus Christum Dominum, 276	O Irmgardis virgo Christi 303
Laudes psallat praeconio 97	O lilium munditiae 282
Laus honor benedictio 286	O lumen ecclesiae doctor 300
Leocadia beata virgo Christi 306	O magnum et memorandum 103
Levine martyr nos praeclare 307	O Margareta caelorum virgo. 17
Magna laude gaude plaude 281	O Maria mater pia Finis 289
Magna te Deum cantica 287	O Maria mater pia Paenitentium 309
Magnificando Deum Wibertum . 323	O martyr Apollonia 284
Magnificat miraculis 285	O martyr ineffabilis 314
Magnificemus Dominum 225	Omne genus harmoniae 211

Seite	Seite
Omnes iubilemus Deumque 288	Regem caelorum Dominum 34
O Niceti pater sancte 312	Regem qui altat minores 151
O pater Odgere Tua de 94	Regi sponsoque virginum 323
O pia Berlindis	Rex per quem ecclesia
O pie Florine flos caelice 296	Rosa florens martyrii 295
O praeclara caeli stella 308	Rumoldus vir inclitus 318
O praeclarae margaritae 231	Sacra Leonhardi recolentes 306
O praeclara sponsa Christi 36	Salve clemens hospita 50
O praeclare Zacharia 324	Salve confessor inclite 312
O praesul honorabilis 290	Salve martyr Athelberte 285
O praesul Wilhelme pie 323	Salve noster o patrone 322
O quam praedigna quam felix . 52	Salve praesul Deo digne 287
O quanta comes gratia 297	Salve sancte Joachim 302
O reges beatissimi 321	Salve virgo gratiosa Mater 289
O Remacle vernans rosa: 317	Sancte pater Severine 319
O Richarde qui tot signa 317	Sancti Jeronis gloria 301
O rosa rubens vernula 284	Sancti per festa Nicolai 84
Ortus stirpe generosa	Sanctorum regi iubilemus 282
O sancte Duchate	Sanctus Amor sensu 283
O sancte Saviniane	Sanctus Sigfridus Angliae 183
O Sebalde Christi verna 318	Sex millena sexcentena 317
O sidus angelicum	Sicut bona margarita
O superni regis sponsa 306	Speciosa iam in caelis 289
O Theodarde inclite 320	Sume decus proprii
O Thoma decus Anglorum 321 O Thoma dux errantium 220	Summe sacerdos inclite 82
Ovans agat haec contio 87	Summi regis ad honorem 20 Tecum Thecla splendor 199
O vir egregie quondam rex 307	Theos unum sic et trinum. 207
O virtutum speculum 322	Fe Petrus decorat
O virum nobilem De terra. 282	Tertia iam dena moriens. 294
O Wilhelme caeli civis 324	Testis o Domini Leodegari. 306
Patriarchae cum prophetis. 314	Truncato in Arabia 301
Patris sancti Bernhardini	Ut pateant multis
Patris sancti Moysetis 312	Veneremur praeceptorem. 299
Petri clerus iucundetur 300	Victor migrat laetabundus 301
Pie martyr et modeste	Virginis Asellae statum 285
Plebs fidelis veneretur. 47	Virginis Harlindis meritis 298
Praeclaram nunc victoriam 145	Virginum sponso iubilemus 309
Praecipuus meritis et sanguine . 301	Virgo beata Dei cuius sacra 270
Principes bellatores Mundi 259	Viri fortes Maccabaei 308
Protege Romane precantes 318	Vir inclitus Cyriacus
Purpuratur ecclesia 323	Virtus Christi iam panditur . 148
Qui potenter magna fecit 159	Virtutis florem large 165
Qui Raphaelem Tobiae 290	Virtutum pannis oratio 302
Quirine dux militiae	Virtutum signis resplendens 311
Quirine dux militiae	Vos quoque sancti patriarchae . 314
Recensentes mira Dei 71	Vox de caelis docet dona 314
Recolamus gaudia 61	Weomade praesul Dei 323

Pierer'sche Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co. in Altenburg.









THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDES

59 QUEEN'S PARK CRESCENT

TORONTO - 5, CANADA

10808



